5 - 122

PETRI

GASSENDI

DINIENSIS

ECCLESIÆ PRÆPOSITI,

ET IN ACADEMIA PARISIENSI

MATHESEOS

REGII PROFESSORIS

ASTRONOMICA,

VIDELICET

I. Institutio Astronomica cum Oratione Inaugurali.
II. Observationes Cælestes.
III. Mercurius in Sole visus & Venus inuisa.
IV. Nouem Stellæ circa Iouem visæ.
V. Solstitialis altitudo Massilienſis.

TOMVS QVARTVS.

CVM INDICIBVS NECESSARIIS.

LVGDVNI,

Sumptibus LAVRENTII ANISSON,
& IOANNIS BAPTISTÆ DEVENET.

M. DC. LVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

INDEX TITVLORVM

Hoc Volumine contentorum.

INSTITVTIO ASTRONOMICA iuxta hypotheſeis tam Veterum, quàm Copernici & Tychonis Brahei: Dictata in Regio Pariſienſi Collegio.

EPISTOLA Dedicatoria ad Eminentiſſimum Cardinalem Ludouicum Alphonſum Pleſſæum Richelium, Lugdunenſem Archiepiſcopum.

Caput Proœmiale. *pag.* 1

LIBER I.

De Doctrina Sphærica Aſtronomiæ.

CAP. 1. QVid Sphæra ſit, & ex quibus conſtet. *pag.* 3
2. De vocato Cæleſti Globo, quatenus idem enm Sphæra eſt. 4
3. De repræſentata in medio Sphæræ Terra. 5
4. De Axe, & Polis, qui dicnntur Mundi. ibid.
5. De Circulis Sphæræ, ac primùm de Horizonte. 6
6. De Meridiano. 7
7. De Æquatore. ibid.
8. De Tropicis. 8
9. De Polaribus. ibid.
10. De Coluris. ibid.
11. De Zodiaco, & Ecliptica. 9
12. De Signis Zodiaci. ibid.
13. De aliis quibuſdam in Sphæra intellectis Circulis, vt qui dicuntur Verticales, Altitudinis, Diſtantiæ, Poſitionis, ſeu Domorum cæleſtium. 10
14. De Circulis itidem allis, vt Declinationis, ac Latitudinis: vbi & de Aſcenſione, ac Longitudine Siderum. 12
15. De triplici poſitn Sphæræ, Recto, Obliquo, Parallelo. 13
16. De Zonis, ac ideò de Ventorum Plagis per Parallelos Sphæræ circulos deſignatis. 14
17. De Climatibus, déque varietate Incolarum Terræ, propter Parallelos. 15
18. De Crepuſculis, quæ ad horizontem in quouis Sphæræ ſitu viſuntur. 16
19. De Radiorum Sidereorum Refractionibus, qoæ ad horizontem maximè contingunt. ibid.
20. De Ortu, Occaſúque Siderum Horizontali. 17
21. De Ortu, Occaſúque Siderum Heliaco. 18
22. De partibus Temporis (cuius menſura eſt Primus Motus reuolutione Sphæræ deſigoatus) ac primùm de Die. ibid.
23. De Hora. 19
24. De Hebdomade. ibid.
25. De Menſe. 20
26. De Anno. 21
27. De Epochis Temporum. 22

Obſeruationes Gaſſendi. ã 2 LIBER

LIBER II.

De Doctrina Theorica Astronomiæ.

CAP. 1. DE Phænomenis variis, quæ secundorum Mobilium Theoriæ occasionem fecerunt. *pag.* 24

2. Varia genera Hypotheseon saluandis, siue explicandis huiusmodi Phænomenis. 25

3. Hypothesis Ptolemaica, seu communis, quæ est per Eccentricos, & Epicyclos. 26

4. De Theoria Solis. 28

5. De Theoria Lunæ. 29

6. De Theoria trium Superiorum Planetarum, nempe Saturni, Iouis, & Martis. 31

7. De Theoria duorum Inferiorum Planetarum, Veneris nempe, & Mercurij. 32

8. De Theoria Firmamenti, & superexstructi vnius, alteriusve Crystallini. 33

9. Quare Planetæ nunc Maiores, nunc Minores appareant. 35

10. Quare nunc Veloces, nunc Tardi. ibid.

11. Quare nunc Directi, nunc Retrogradi, nunc Stationarij. 36

12. Quid Parallaxis, ob quam Planetæ altiores, aut humiliores iudicantur. 37

13. Quæ sit proinde singulorum, & Fixarum etiam, à Terris distantia: quisve adeò Cælorum ordo. 38

14. Quæ item eorumdem, & Fixarum sit (sed habitis simul apparentibus diametris) vera magnitudo. 39

15. Qui Planetarum aspectus sint. 40

16. De variis Lunæ Phasibus, pro varietate aspectuum, configurationumve ipsius cum Sole. 41

17. De Eclipsi Lunæ. 43

18. De Eclipsi Solis. 45

LIBER III.

De Copernici & Tychonis Brahei Systemate.

CAP. 1. QVos imitatus Copernicus in Systemate confingendo fuerit. *pag.* 47

2. Quo proinde situ atque ordine Terram, Sideráque habuerit. 48

3. Cuiusmodi triplicem motum Telluri attribuerit. 49

4. Quamobrem de motu, quieteve Telluris, aut Siderum fidendum sensui non duxerit. 50

5. Quæ visæ magis congruæ rationes ad adstruendum motum Telluris diurnum. 51

6. Quæ visæ magis congruæ ad asserendum annuum. 52

7. Quæ visæ demum magis congruæ ad motum Tertium inducendum. 54

8. Quid Copernicani ad ea, quæ obiici solent ex Astronomia respondeant. 56

9. Quid ad ea, quæ ex Physica. 57

10. Quid ad ea, quæ ex Scriptura sacra. 59

11. Quid de Siderum à Terris distantia & magnitudine definiant. 60

12. Quale Mundi Systema sit quod Tycho Braheus induxit. 61

13. Quibus rationibus adductus illud excogitauerit. 62

14. Qua ratione id à Tychonis Sectatoribus propugnetur. 63

15. Quæ sit iuxta ipsum distantia & magnitudo Siderum. 64

Oratio inauguralis habita ab Auctore in Regio Parisiensi Collegio anno 1645.

COMMENTARII DE REBVS Cælestibus.

PRÆFATIVNCVLA. *pag.* 75

OBSERVATA

ANNO 1618. COmeta, & distantia Iouis à Venere, &c. *pag.* 77

1619. Distantia Martis à Virgine, Iouis à Venere, Lunæ à Ioue, Satellitum inter se Iouis, Eclipsis Lunæ, &c. 79

1620. Halos, seu Corona Lunaris, altitudo meridiana Lunæ, ortus Tauri,

Tauri, Satellitum Iouis inter se distantia , aliquot Vagarum à Fixis & contrà, 83

1621. Distantia Martis à Libra, Solis ac Lunæ Eclipsis (vbi & obseruandi methodus exponitur) Auro-Borealis, &c. 88

1622. Distantia Veneris à Marte, Pægaso, Andromeda, &c. 91

1623. Halos Solaris, Eclipsis Lunæ, distantia Martis à Sagittario, &c 92

1624. Altitudo Poli Viziliæ, & meridiana Solis Gratianopoli, distantia Martis ab Orione, Tauro, & Iouis ac Saturni à Leone, &c. 97

1625. Contactus Lunæ ac Veneris, Eclipsis Lunæ, altitudo Solstitialis Gratianopoli , distantia Martis à Pægaso, &c. ibid.

1626. Maculæ Solares (vbi etiam obseruandi methodus repræsentatur) &c. 99

1627. Iouis à Scorpione distantia, Cordis Leonis occultatio à Luna, itemque Stellæ in Gena Sagittarij, &c. 100

1628. Lunaris Eclipsis, &c, 101

1629. Nix sexangula, &c. 102

1630. Solaris Eclipsis , occultatio Saturni à Luna atque humeri sinistri Sagittarij & ipsius Lunæ transitus prope Stellam Ophiuchi &c. 103

1631. Mercurius in Sole visus & Venus inuisa, Eclipsis Lunæ, Mars prope Leonem, &c. 104

1632. Occultatio Martis à Luna , Coniunctio Veneris & Mercurij , Eclipsis Lunæ, Poli Dinienſis altitudo , Meridianæ Solis altitudines variæ, &c. ibid.

1633. Variæ distantiæ Mercurij à Venere & aliis, Occultatio Caudæ Arietis à Luna, maculæ Solares, Eclipsis Solis, forma Veneris ac Saturni & Satellitum Iouis inter se distantiæ, &c. 110

1634. Mercurij distantiæ ab Aquila, &c. Propodis à Ioue ipsiusque Satellitum inter se, appulsus Lunæ ad Pleiadas, Eclipsis Lunæ, occultatio alæ sinistræ Virginis à Marte , & Australis trium in fronte Scorpij à Luna , maculæ Solares, &c. 166

1635. Satellitum Iouis inter se distantiæ, & Saturni à Scorpione, &c. Maculæ Solares Eclipses Iunę, quarum posterior variis in locis obseruata, Halos Solaris Parheliorum species , allapsus Lunæ ad tertiam in fronte Scorpij & ad secundam Caudæ Capricorni, ipsiusque Lunæ ad Iouem , &c. 243

1636 Mercurij iterùm variæ distantiæ à Scorpione, &c. itemque Martis, Iouis &c. Eclipsis Lunæ, altitudo Matsiliæ Solstitialis , diameter Solis ac Lunæ , Parhelij species, Veneris ac Saturni forma , &c. 297

1637. Distantiæ Veneris à Scorpione, &c. & Satellitum Iouis inter se, Solis altitudo Meridiana, occultatio Quadrilateri Pleiadum à Luna, & Lunæ appulsus ad Stellam prope Cor Scorpij, &c. Lunæ delineationes à Mellano per dies aliquot, itemque mensis ad Peireskij mortem, &c. 370

1638. Distantia Iouis à Marte, &c. Occultatio Pleiadum à Luna , &c. Mercurij cum Sole Coniunctio, Saturni forma, Maculæ Solares, Eclipsis Lunæ, &c. 402

1639. Distantiæ Mercurij à Marte, &c. Occultatio Propodis à Luna, & Lunæ appulsus ad Stellam duarum in sinistro pede Geminorum, Eclipsis Solis, &c. 425

1640. Distantia Mercurij ab Aquila, Magneris obseruata variatio, &c 437

1641. Eclipsis Lunæ, &c. Veneris à Regulo distantia, &c. 437

1642. Eclipsis Lunæ, Saturni forma fermè sphærica & Satellitum Iouis inter se distantiæ &c 4 8

1643. Saturni forma mutata , Eclipsis Lunæ , Satellitum Iouis inter se distantiæ, &c 443

1644 Saturni forma , illiusve distantia à Lucida Arietis , &c. Satellitum Iouis inter se distantiæ, &c. 449

1645. Saturni forma , Eclipsis Solis & Lunæ , Satellitum Iouis inter se distantiæ, &c. 450

1646. Eclipsis Lunæ, Veneris ac Saturni forma , illorumque à Fixis aliquot distantiæ, &c. 456

1647 Eclipsis Lunæ, Occultatio Iouis à Luna, &c 460

1648 Eclipsis Lunæ, Saturni forma, variatio Magneris obseruata, &c 463

1649. Eclipsis Lunæ, Saturni forma, altitudo Poli Tolonensis itemque meridiana Solis,&c 464
1650 Experimentum Inanis ope Hydrargiri, Saturni forma, Solstitialis altitudo Tolonensis &c. 467
1651. Solstitialis iterùm altitudo Tolonensis, Saturni forma, &c. 468
165.. Eclipsis Lunæ ac Solis, Saturni forma, Eclipsis Lunæ altera, &c. ib.
1653. Saturni forma, &c. 474
1654. Eclipsis Solis ac Lunæ, &c. ibid.
1655. Eclipsis Solis, sphærica Saturni forma &c. Lunæ cum illo Coniunctio, &c. 479

APPENDIX.

OBseruationes variis in locis habitæ circa Cometam, qui anno 1652. fine Decembris & 1653. initio Ianuarij apparuit. *pag.* 481

MERCVRIVS IN SOLE VISVS ET Venus inuisa Parisiis Anno 1631.

EPistolæ II. ad Schickardum, quarum prior est de viso in Sole Mercurio. *pag.* 492
Et Posterior de inuisa Venere. 505

NOVEM STELLÆ CIRCA IOVEM uisæ Coloniæ exeunte Anno 1642. *& ineunte* 1643.

OBservatio & Epistola R. Antonij Mariæ de Rheita Capucini. *pag* 512
Iudicium Auctoris Epistolâ singulari ad Naudæum contentâ. 513
Obseruatio Reciprocationis perpendiculorũ singulos in dies æstus maris instar obseruata à nobili Peirinsio. 520.

SOLTITIALIS ALTITVDO MASSILIÆ, seu proportio Gnomonis ad Solstitialem umbram obseruata Anno 1636.

EPistola I. *pag.* 523
Epistola II. 524
Epistola III. 535

EMINEN

EMINENTISSIMO
S. R. E. CARDINALI
LVDOVICO ALPHONSO
PLESSÆO RICHELIO,
ARCHIEPISCOPO LVGDVNENSI,
GALLIARVM PRIMATI,
MAGNO FRANCIÆ ELEEMOSYNARIO,

PETRVS GASSENDVS ET ΔΙΑΤΕΙΝ.

SPECIMEN Tibi offero, EMINENTISSIME CARDINALIS, meæ illius obseruantiæ, quâ quod exigendum censuisti abs me, id præstitum putes. Nimirum, cùm pro ea cura, quam Regij Collegij demandatam habes, fecisses, vt me Professioni Matheseos Rex Christianissimus destinaret, ipse diu quidem, multúmque abnui; sed euincente heinc tua instantia, heinc veneratione, qua te prosequor, adij denique quod iussisti, munus. Cùm verò pro tuis, aliorúmque votis à compendiosa Astronomiæ Institutione occœpissem: factum est deinceps, vt conscius Librarius eius exscriptionem variè procuraret; efflagitarit, illam à se mandari typis pateret: ac ipse assenserim quidem; sed eo consilio, vt qualiscumque opella huiusmodi foret, illustre tuum Nomen in fronte præferret: quò omnes intelligerent, Te esse, qui ipsi, occasioni fuisses.

Hoc ipsum ergo est specimen, quo me obsequutum Tibi fidem facio; idque, donec præiam diuturna inualetudine, interquiesco. Quippe dudum est, ex quo mea illa pectoris intemperies ita cœpit exasperari vt ad victus moderationem, adhibere etiam, ipsi deliniendæ, quietem oporteat. Non possum verò interim non suauissimè recordari humanitatis illius tantæ, quâ sollicitudinem testari de mea valetudine es dignatus, & donec in Vrbe adfuisti, & dum ex ipsa discessurus, cogitantem me patrium solum, commutandi aëris gratiâ, voluisti tecum deducere, si patiens quidem itineris fuissem. Quin-etiam discedens illud adiecisti tuæ bonitatis argumentum, vt cùm Professionem non alia conditione demùm subiissem, quàm, vt liceret, quoties liberet, citra iacturam tui erga me amoris, ipsi renunciare; ne audire me quidem de renunciatione verba facientem volueris; &, quòd causarer interruptionem futuram fortè longiusculam, si ob expositam mox causam, in Prouinciam concederem, exceperis, Te eum nemine quidem de residentia dispensare, nullive ab officio immunitatem tribuere; sed velle nihilominus præter ordinem me habere.

Neque verò noua hæc sunt tuæ erga me beneuolentiæ testimonia; quando ex quo vsque tua virtus in sanctissima Eremo enituit, singulari fuisti erga me affectu: &, ritu antiquo, ex illa assumptus, vt præficereris, ac regeres Præsul Prouinciæ nostræ Metropolim, tum voluisti me cunctatiorem ad re comiter euocarum; tum quanta in me propensione fores, nulla non feeisti occasione perspectum. Deinceps autem aliò translatus, & in Purpuratum coopratus Collegium, variisque auctus honoribus idem erga me perstitisti; neque vnquam remitti quicquam ex pristina illa, ac facillima familiaritate es passus; & plerumque, absentem licet, hærere me tamen tibi in medullis, præcordiisque significasti. Quæ commemoro quidem lubens, vt quanta possum animi gratitudine insinuem, nequicquam non esse, quòd Te mihi pridem sinuoso

fixi

fixi in pectore; verùm nihil iucundius est, quàm prætereà commeminisse, quod mihi semper peperit insignem vt admirationem, ita venerationem tui.

Id autem fuit maximè singularis animi candor, quo, fingere nescius, talem in prospectu, qualem in secessu Te semper præbuisti: ac pro indole generosa, nihil vnquam præter decorum; pro antiqua fide, nihil præter fas, & æquum, vnquam præstitisti. Heinc fuit semper sincera illa, & sine fuco pietas, qua prisci, ac legitimi in Deum cultus retinentissimus, ex semper omnem nouitatem, superstitionémque auersatus; quáque, vt patienter eos nunquam tulisti, qui Religioni prætexerent fucum; sic miro ardore insectatus nouos Alcibiadas, non ex passus illos, ob sacra Mysteria pessundata, abire impunè. Heinc vera, germanáque illa commissi gregis sollicitudo, qua, grassante etiam dira pestis lue, ipsi constanter interfuisti, ac fœlicitati vertisti posse animam pro eo ponere; raro in hac Dignitate exemplo; ac argumento singulari, nihil Te in speciem fictæ pietatis agere: cùm huiusmodi sanè occasione persona eripiatur, res maneat. Heinc illa infracta, celsáque constantia, quá eripi Tibi fortunæ bona passus es; ac, tum minoris illa ducens, quàm vt Te amisisse quicquam tuum censeres, ne saluis quidem Tibi in alium vti voluisti iuribus; tum superesse Tibi adhuc, quæ abundè essent, professus, ea, quæ oblata subinde fuere Sacerdotia amplissima, cordatissimè recusasti. Heinc illud propositi tenax, honestóque incoctum pectus; quo, seu in Collegio sacro considens, seu tuo, imò & toti Clero Gallicano præsidens, spectasti semper quicquid dignum Sapiente, bonóque fuit Viro: quoque commissa Tibi varia titulis variis munera, non ad gratiam vnquam, sed proprio delectu, ac provt nota Tibi fuit, cuiusque industria semper dispensasti.

Verùm prolixa nimis inductio, si prosequerer singula; cùm & hic locus exigat, vt recenseam potiùs eximium, quo semper flagrasti, ingenuarum artium amorem, ac huiusce quidem imprimis, quæ in rerum cælestium contemplatione sita est, quáque haberi dignior ingenuo homine nulla potest. Vix certè vnquam ad te accedo, quin hisce de rebus me aliquid roges; quin exsultes, dum noui quidpiam, aut obseruando deprehensum, aut ratiocinando deductum inaudis. Ex quo fit, vt tibi hanc opellam tantò fidentiùs offeram, quantò de iis rebus est, quas Tibi iucundas cognitu perspexi. Sanè & tametsi aliud nihil, quàm rudimenta artis contineat; nihilo tamen minus Tibi futuram esse gratam coniicio, quòd ipse quoque non dedigneris ad hæc interdum descendere; quodque qualiscumque ea sit, mea sit, & non alio edita fine, quàm quo publicè dictatam voluisti; vt nempe, si quid genij habeat, fortisque adeò fœlicis sit, prodesse quam-plurimis possit. Quippe, licet non pauci exstent hoc de argumento & libri, & commentarij doctissimi; non desunt tamen, qui prætereà informationem quandam requirant, quæ aliquantò accommodatior nondum initiatis, ac rudioribus, neque breuitate obscura, neque prolixitate importuna sit: & capita scientiæ præcipua non discutiat quidem, sed attingat tamen.

Non is verò propterea sum, qui eiusmodi hanc esse profitear. Testor solùm pronum affectum, quo gratificari discentibus volui; dum, ne aut multitudine, aut caligine rerum obruerentur, in eo fui, vt concisè quidem, sed quàm tamen potui perspicuè, omnia enunciarem. Feci autem, non modò quod spectat ad Ptolemaicum Systema, vulgarem-ve Hypotesin, cuius tum Sphæricam Doctrinam, tum Planetarem Theoriam duobus Libris complexus sum; sed etiam quod spectat ad Systemata, Hypotheseis-ve minus vulgareis, tam Copernici, quàm Tychonis, quas singulari Libro expofui; votis eorum facturus satis, qui me impensè de iis rogarant, expetierántque, vt congererem, ac meo modo dicerem, quæ aut diffusiùs aut confusiùs ab aliis tradi existi marent. Et quidpiam-ne præstiterim, quale ab ipsis fuerat præsumptum, ipsi viderint, dixerintque: mihi satis est, si Tibi vni probet, & fuisse ex hac opella agnoscar, vt Tibi obsequentissimus, ita obseruantissimus Tui. Viue, EMINENTISSIME CARDINALIS, magno Ecclesiæ bono, ac VALE. Parisiis, Eidibus Iulij M. DC. XLVII.

INSTITV

INSTITVTIO ASTRONOMICA

Iuxta Hypotheſeis tam Veterum quàm COPERNICI ET TYCHONIS BRAHEI,

CAPVT PROOEMIALE.

QVAM Plato Aſtronomiam, alij plærique Veterum etiam Aſtrologiam dixere. Ex quo autem Chaldæi ſuas nugas in Doctrinam hanc invexerunt, eſt ferè Aſtrologiæ nomen tributum Genethliacæ (quæ & Iudiciaria ferè appellatur.) Aſtronomia verò nuncupata eſt, quæ in contemplandis, dimetiendiſque Aſtrorum motu, diſtantia, ordine, magnitudine, luce, adjunctiſque cæteris conſimilibus occupatur.

Originem ipſi fecit admiratio; tum nimirùm, cùm homines præter ſplendorem, varietatem, multitudinem, amplitudinem Siderum, obſeruârunt in ipſis motum tam conſtantem, tam regularem, tam inceſſanter diei, ac noctis, æſtatiſque, & hyemis viciſſitudines inducentem.

Commendat illam ſummoperè dignitas ſubiectæ materiæ, quæ non alia eſt, quam ampliſſima, nobiliſſimáque totius Mundi regio; Cæleſtis nempe, quam homines vt contemplentur, tum obtinere oculos, tum erectos habere vultus à Sapientioribus dicuntur.

Certant de eius inuentione, & antiquitate Babylonij, ob authorem Belum; Ægyptij, ob Mercurium; Mauri, ob Atlantem, & Herculem; Græci, ob Iouem, Orpheum, & Atreum; Scythæ, ob Prometheum, &c.

Quorum ſuperſint Obſeruationes, antiquiſſimi Babylonij ſunt; nimirùm habet Ptolomæus aliquot Eclipſeis ab iis obſeruatas annis paullò plus ante Chriſtum ſeptingentis. Quod de vlterioribus memorant, aut nullo probatur monumento, aut fabulam ſapit.

Sunt verò Obſeruationes eorum, quæ in Aſtris apparent (ac Phænomena idcircò vocantur) germana totius Aſtronomiæ fundamenta: quatenus factis comparatiſque Obſer-

uationi

Gaſſendj Obſeruationes.

uationibus pluſculis, confinguntur Hypotheſes, ſupponuntur ve circuli, & orbes, iuxta quos moueri Sidera probabile ſit, ad hoc, vt ea, quæ obſeruantur, qualia obſeruantur, appareant.

Prætereo autem ſubinde condi quas Tabulas vocant Aſtronomicas: Abacos nimirùm expſimenteis numeris, notiſve Arithmeticis ea Tempora, quæ Sidera in abſoluendis, iuxta aſſumptas Hypotheſeis, circuitionibus inſumunt.

Prætereo & ex Tabulis Ephemeridas, ſeu Diaria parari, quæ videlicet certis motuum, atque temporum conſtitutis initiis, exhibeant quibus in Cælo locis Sol, Luna cæteraque Aſtra diebus ſingulis ſint, ac inter ſe configurentur.

Porrò cùm Aſtronomia pars ſit præcipua Coſmographiæ, ſiue delineationis Mundi; ſicque nihil poſſit congruè de Cælo, ac Sideribus dici aut intelligi, niſi habeatur Syſtema Mundi generale ob oculos; ideò ſubiiciendum fuit Schema, quo diſpoſitio partium Mundi, qualis vulgò & concipi, & tradi ſolet, repræſentetur.

In ipſo, quem Orbiculum vides intimum, Terræ, & Aquæ globum refert; ſuccedentes duo circuli Aërem, & Ignem (quæ duo Elementa ſuperiora ſunt) repræſentant.

Circuli vndecim ſequentes Cælos vndecim mobileis exhibent, ſeptem ſcilicet Planetarum proprios, dictoſque Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis, Saturni: vnum Stellarum Inerrantium, quod idcircò Aplanes, & Firmamentum dicitur: duos Cryſtallinos, ita dictos, quòd, cùm ſint ἄναρα, *expertes Siderum*, ſpeciali ratione pellucidi ſint; ac vnum denique Supremum, ipſum quoque ἄναρον, & Primum Mobile appellatum.

Dico verò Mobileis Cælos; quia Theologi duodecimum, ipſumque Immobile ſtatuunt, Cælum videlicet Empyreum, quod ſit Mentium Beatarum ſedes, & habeatur formæ exercitæ quadratæ, quòd Ciuitas ſancta in Apocalypſi deſcripta, *poſita in quadro* dicatur.

Numero, ordinique Cælorum memoriâ tenendis conſerre poteſt hoc diſtichon,

Luna, & Mercurius, Venus, & Sol, Mars, Iouc, Satur,
Firmamen, duo Cryſtalli, Primum, Empyreumque.

Cùm in Mobilibus autem Cælis duplex generatim obſeruetur motus, vnus dictus Primus, ſeu Diurnus, omnium communis; alter Secundus, & aliquorum, aut ſingulorum proprius; & Priori explicando excogitata ſit, quam Sphæram materialem vocant; Poſteriori, quam Theoriam Planetarum appellitant: heinc efficitur, vt duæ ſoleant Aſtronomiæ partes diſtingui, quarum vna Doctrina Sphærica, alia Theorica nominetur.

Itaque & nos de vtraque compendio dicturi, quoniam operæ pretium eſt rem imprimis cognoſcere iuxta receptam vulgò ſententiam, quæ Syſtema Mundi, cuiuſmodi eſt mox antè deſcriptum, ſupponit: eapropter id duobus exſequemur Libris; in quorum primo trademus ea, quæ ad Doctrinam Sphæricam, in ſecundo ea, quæ ad Theoricam ſpectant.

Subindè verò, quòd percelebria iam euaſerint duo alia Syſtemata, vnum Copernici, alterum Brahei, quorum vtrumque nobileis ſautores adipiſcitur: ideò tertium Librum, quaſi appendicem aliquam hiſce attexemus: vt cognoſcere etiam liceat, quænam illa ſint, & qui à Sectatoribus defendantur.

IN-

LIBER PRIMVS
DE
DOCTRINA SPHÆRICA
ASTRONOMIÆ.

CAPVT PRIMVM.

Quid Sphæra sit, & ex quibus constet.

CVM exordiendum igitur à doctrina Sphærica sit; supponendum est Sphæræ nomine intelligi heic Instrumentum illud vulgare, & mox (prout repræsentari in plano potest) exhibendum, quod ex variis circulis, armillisve constans, & axe, cum globulo in medio, traiectum, vsurpari solet tum Machinæ Mundi, tum Cælestibus motibus, ac præsertim Primo, seu diurno repræsentandis.

Nam primùm quidem Globulus ille, qui sustentatur in medio, Terram in centro Machinæ Mundanæ constitutam refert: & traiicientis axis extrema, super quibus fit conuolutio, duos referunt Polos, alterum quidem Boreum, alterum verò Austrinum vocatos, super quibus tota Machina Cælorum eo voluitur motu, qui spatio horarum 24. peragitur, & vt Latinis dicitur diurnus, ita Græcis νυχθήμερος, quasi *nocti-dialis*, quòd dici, & noctis spatium complectatur.



Ac non est quidem Sphæra contexta ex tot orbibus, quot antè descripsimus Cælos; sed tota tamen Cælorum structura intelligi potest ex hac simplici circulorum compagine; quæ-

Gassendi Observationes.

tenus vt ista mouetur super polis Sphæralibus, ita illa tota vnico abreptu mouetur super polis Mundi.

Nimirùm tametsi inferiores Cæli specialeis motus obeant, quibus se in Ortum veluti subducant, idque secundùm eum circulum, qui mox dicetur Zodiacus: omnes tamen impetu vno à super-exstante Primo mobili versùs Occasum abripiuntur, circumducunturque inter idem tempus, horarum nempe 24. Vnde & fit, vt quæ in ipsis constituta sunt Sidera, dietim oriri, & occidere, seu ire, redireque appareant; & qui ipsis imprimitur, motus Raptus appellitetur.

Supponit interim hic Raptus esse debere omneis Cælos non modò perspicuos, sed etiam contiguos, solidos, ac duros; & Sidera ipsis hærere: vt scilicet simul possint abripi. Quod vtcumque verum reipsà non sit; admitti tamen, vt Hypothesis explicandis motibus potest.

Ad circulos Sphæræ quod spectat, ii distinguuntur numero decem; & ex ipsis sex dicuntur Majores (siue Maximi) quatenus eorum quilibet Sphæram in duas parteis æqualeis dispescit; Horizon putà, ac Meridianus; intra quos immobileis reliqui voluuntur; ac præterea Æquator, Colurique duo, & Zodiacus seu circulus latior, secundum cuius medium ea ducitur, quæ & appellatur Ecliptica linea.

Quatuor autem dicuntur Minores, quatenus eorum quilibet Sphæram diuidit in duas parteis inæqualeis; duo Tropici nempe, & duo Polares; qui etiam vnà cum Æquatore ideò Paralleli vocantur, quòd à se inuicem vndique æquidistent.

Quod obiter Zodiacum circulum esse latum dixi, supponit esse reliquos indiuisibileis concipiendos: vtcumque in Sphæra tales non habeantur, quòd rales parari, compingique non valeant. Concipiendos autem addo, quatenus illi non oculis, sed mente sola percipiuntur (Horizonte tamen excepto) cùm eos in Cælo requirimus.

Et sunt alij quidem præterea in Cælo intelligendi circuli; sed de illis erit posteriùs dicendum.

Adnotandum heic; quemuis circulum diuidi solere in gradus, seu parteis æqualeis 360. & quemlibet gradum subdiuisum intelligi in 60. particulas, quas Prima Minuta, & Minuta etiam simpliciter vocant: ac pari ratione, plærumque quodlibet Minutum primum subdistinctum intelligi in 60. vocata Secunda; quodlibet secundum in 60. Tertia, & ita deinceps, si quid opus fuerit, in Quarta, Quinta, &c.

Quo modo etiam diuiso Die in horas 24. solet Hora subdiuidi in 60. Minuta prima; quodlibet primum in 60. secunda; quodlibet secundum in 60. tertia, &c.

CAPVT II.

De vocato Cælesti Globo, quatenus idem cum Sphæra est.

SOLENT circuli Sphæræ memorati repræsentari etiam in eo, qui manibus omnium vulgò teritur, appellaturque Globus Cælestis; idemque adeò cùm Sphæra est, si quæ sunt in Sphæra inania circulorum mobilium interstitia, oppleta esse, contornatáque; & illis Stellarum Imaginibus insignita intelligantur.

Scilicet aliunde superficies Globi repræsentat nobis Firmamenti faciem, prospectumve Stellarum Fixarum, redactarum prídem in certas Figuras, seu Imagines, quas ἀστερισμοὺς, seu *Constellationes*, & Signa Cælestia appellant; quasque, quia Aratus, post Eudoxum, descripsit, non desunt, qui Cælestem Globum vocitent Aratæam Sphæram.

Fuere porrò Constellationes à priscis vsque temporibus distinctæ 48. comprehendentes stellas in Græcia, totaque orbis Terræ cognita tunc parte conspicuas. Sunt verò ex iis 12. descriptæ in Zodiaco: 21. ad Zodiaci Boream: 15. ad Austrum eiusdem: exprimique solent his carminibus,

Insunt signifero bis sex Cælestia Signa;
Suntque Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo,
Virgo,
Libra, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora,
Pisces.
Ad Boream verò ter septem conspiciuntur:
Vrsa Minor, Major, Custos, Draco, Gemma,
Genuque
Prolapsus, Lyra, Olor, Cepheus, & Cassiopeja,
Perseus, Andromede, Deltotum, Auriga,
Caballus,
Rictus Equi, Delphin, Telum, beinc Aquila,
Anguifer, Anguis.
Demque conueris ter quinque notantur ad Austrum:
Cetus, & Eridanus, Lepus, Orionis & Astrum,
Sirius, & Procyon, Argo ratis, Hydraque,
Crater,
Coruus, Centaurus, Lupus, Ara, Coronaque,
Pisces.

Nuperis autem temporibus, & postquam nauigando in Austrum detectæ sunt stellæ, quæ fuerant Pisces inconspicuæ; distinctæ sunt præterea Constellationes octodecim (præter duas quasdam nebulosas) ex quibus redactæ ad numeros sunt duodecim, quæ hocce disticho continentur,

Phœnix, Grus, Indus, Xiphias, Pauo, Anser, &
Hydrus,
Passer, Apus, Triquetrum, Musca, Cha-
maque-leon.

Præterea verò quasdam minores Constellationes designatas in maioribus illis fuisse, vti Pleiadas, & Hyadas in Tauro: Præsepe & Asellos in Cancro: Capellam, ac Hædos in Auriga, &c.

Præterea etiam aliquas stellas in ipsarum

Constella

Constellationum interstitiis quasi relictas, ideò Informes appellari, quod extra Formas, Imaginesue, ad quas cæteræ attinent, visantur: cùm & ex earum aliquibus fuerint deinceps aliquæ Constellationes deformatæ, vt ad flexum caudæ Leonis coma Berenices, sub Aquila Antinous.

Prætereo demùm, cùm forent pridem Stellæ potissimùm conspicuæ numeratæ mille, & viginti duæ: fuisse earum præcipuas dictas Magnitudinis esse Primæ, quales sunt Sirius (dictus Canis maior, & Canicula) itemque Lyra, Capella, Arcturus, & aliæ: nonnihil minores; Secundæ, quales sunt, Polaris vocata in extrema cauda Vrsæ minoris: & quæ in Vrsa maiore appellantur Septentriones: nonnihil adhuc minores; Tertiæ: & rursus Quartæ, Quintæ, Sextæ: adiunctis etiam aliquibus, quas & Nebulosas, & Obscuras dixerunt.

An adnotabo Nebulosas, vt vocatum Præsepe Cancri, deprehensas Telescopio, Opticove Tubo, nihil esse aliud, quàm aggeries aliquas minutissimarum stellarum, quarum coniunctæ luculæ speciem alboris, ac veluti nubeculæ cuiusdam exeant?

An, deprehensum quoque esse, Lacteum circulum in Globo descriptum, & veteribus habitum pro vndecimo, (ipsoque Zodiaci instar, lato) circulo, nihil esse aliud, quàm texturam quandam eiusmodi nubecularum, seu ineffabilem stellularum minutissimarum congeriem, qualem jampridem Democritus apud Plutarchum coniecerat.

CAPVT III.

De repræsentata in medio Sphæræ Terra.

IAM, cùm globulus, qui in medio Sphæræ, repræsentare Terram sit dictus; ideò sciendum imprimis est, esse Terram, formæ globosæ: neque enim montes; vallesque ipsius rotunditati magis officiunt (spectata nimirùm ambitus amplitudine) quàm malo arantio granulositas cutis.

Et probant quidem Physici hanc rotunditatem ex coitione omnium partium, quæ ex æquo in centrum nitantur; sed Astronomi eam conuincunt, ex eo, quòd tendentibus in Boream, Astrumve, aliæ, aliæque Cæli partes heinc retegantur, inde occultentur, & Polus conspicuus euadat heinc elatior, inde depressior, quodque prout quisque est magis ad Orientem, aut Occidentem, Astra videat citiùs, tardiusve oriri, & occidere; atque adeò, dum Luna, v. c. patitur Ecclipsin, qui est orientalior, pluries horas à meridie, aut media nocte numeret, qui occidentalior, pauciores.

Est verò nomine Globi Terræ comprehendenda simul Aqua; quatenus Aquæ, & Terræ partes versus idem centrum conspirant, & maris superficies sic cum Terrestri continuatur, vt eadem, quæ dicta mox sunt, nauigantibus in Boream, Astrumve, & rursus ad Orientum, Occasumve positis contingant; ac vel illud probat non esse maris superficiem planam, quòd à portu soluentibus Terra sensim sic occultetur (à gibbo maris videlicet) vt nulla denique appareat. Ne memorem vmbram, quæ in disco Lunæ Eclipsin patientis à Terræ, & Maris superficie creatur, esse perinde circularem.

Deinde, esse Terram in centro Mundi (atque ideò centrum ipsius cum centro Mundi idem esse) probari à Physicis, ex recessu omnium grauium à Mundi superficie, confluxuque in eius centrum à quo recedere ascendere sit; & in quo proinde Terra quasi suis ponderibus librata teneatur. Probari verò ab Astronomis, ex eo quòd alioquin non appareret Mundus in duo Hemisphæria diuisus; & ampliùs idcircò, aut minus, quàm sex signa supra Terram conspicerentur; quodque Eclipses Lunæ non contingerent in oppositione cum Sole ex diametro facta (Terra scilicet non intercipiente) aliaque similia.

Ad-hæc, licet Terra ambitu suo contineat leucas mediocreis (seu qualium vna ex Italicis tribus milliaribus conficitur) octies mille, & proximè octingentas: esse eam tamen, ad Firmamentum dum comparatur, quasi punctum; idque probari, quatenus, vbicumque oculus in Terra sit, dimidium Cæli conspicit, & vndecumque Stellas aspiciat, eas neque maiores, neque minores deprehendit. Quinetiam dici posse punctum ad cælum Solis comparatam; prout videmus vmbras Solis circa instrumentorum, & horologiorum centra non minùs regulariter, quàm circa Terræ centrum moueri; planè, vt si inter Terræ superficiem, & centrum nihil interesset.

Denique Terram in medio Mundi constitutam quiescere, ex eo probari solere, quòd neque moueatur motu recto, quia exiret ex ipso centro, sicque ascenderet, quòd grauitati eius repugnat: neque circulari; quia id non potest, neque circa proprium, neque circa alienum axem. Nam si mouetur quidem circa proprium axem versus Ortum, exsistentia in aëre omnia, vt nubes, & volucres apparerent ferri in Occasum; nihilque præterea secundùm perpendiculum caderet; secus ac fieri obseruatur. Si circa alienum, variaretur nobis in Terræ superficie quiescentibus Poli altitudo; quod nusquam contingit.

CAPVT IV.

De Axe, & Polis, qui dicuntur Mundi.

HIsce præmissis de Globulo Terram, & Aquam repræsentante, dicendum quidpiam videretur de Interstitio, quod inter illum, compaginemque circulorum est, quasi referente Aërem, & Ignem: Verùm quia seu aër nihil aliud est, quàm textura halituum, corpusculorumve ex Terra, & Aqua prodeuntium, & vix ad paucorum milliarium altitudinem assurgen-

tium; seu non extat sub Luna ignis ille, cuius crassitudo sit leucarum plusquàm septuaginta millium, sed ab aëre vsque crasso, Terræque, succedens est ad Lunam vsque purissimus æther, aura-ve, vt iam dicunt, Ætherea; idcircò necesse non est, vt quidpiam huic de aëre, igneve illo comminiscamur.

Adnotandum est potiùs circa Axem, quo Globulus ille in medio huiusce interstitij sustentatur; non sustentari quidem similiter Terram Axe vllo visibili, qui ad ipsum Cælum terminetur; sed intelligi tamen lineam indiuiduam per ipsius, ac Mundi centrum transeuntem, quæ hinc inde producta ad vsque Primum Mobile, in ea duo puncta desinat, quæ appellant Polos, seu Cardines Mundi; adeò proinde, vt Poli Mundi nihil aliud sint, quàm extrema Axis.

Diximus iam horum Polorum vnum esse Boreum, seu Septentrionalem, alium Austrinum, seu Meridionalem: Ille autem solet præterea dici Arcticus à vicinia Vrsæ geminæ, quæ Græcis ἄρκτος (quippe & iam diximus ab eius vicinia reciprocè dici Polarem eam Stellam, quæ in caudæ Vrsæ minoris extremo est sita, ac ab ipso distat, hocce tempore, duos gradus cùm tribus quintis) iste verò Antarcticus, quòd sit Arctico è regione.

Appellantur autem Poli, seu Cardines Mundi, quòd præcipua pars Mundi, Cælorum nempe Machina, super ipsis dictim vertatur (πόλος enim *vertere* est) & conuersionem integram ab Ortu in Occasum perficiat. Notum est fuisse quoque Polos Vertices Latinè à vertendo dictos; ac Poëtam propterea ita expressisse conspicuum nobis Arcticum, & Antarcticum inconspicuum,

Hic Vertex nobis semper sublimis; at illum
Sub pedibus Styx atra videt, Manesq; profundi.

Quin etiam Poli Mundi dicuntur (ac etiam Primi Mobilis) vt distinguantur à Zodiaci Polis, super quibus scilicet fiunt conuersiones propriæ Secùdorum Mobilium, siue Cælorum inferiorum (eæque tendendo ab Occasu in Ortum obliquè) imprimis autem ipsius Solis, qui quòd continenter incedat per lineam dictam Ecliptícam, idcircò Poli Ecliptícæ & præcipui sunt, & frequentiùs nominitantur.

Hinc Mundi quoque Axis vocatur, qui terminatur ad Polos Mundi, & circa quem verti tota Cælorum Machina diurno illo motu intelligitur; cùm Axis Zodiaci ille sit, qui etiam per Terram tralici intellectus, ad inferiores Cælos terminatur, & circa quem fieri concipimus propriam cuiusque conuersionem. Vnde solent in quibusdam Sphæris concludi tum circuli, tum portiones axium, quibus Cæli, & axes, Solis, ac Lunæ potissimùm repræsentari quadamtenus possint.

Tametsi verò quilibet Axis per mediam traiectus Terram concipiatur; quia nullus est tamen præter Mundanum fixus, idcircò hic solus, qua parte ex Terra heinc inde quasi egreditur, duo in Terra designat puncta, quæ quòd directè subiiciantur Cælestibus Polis, dicuntur ipsa quoque Poli (ipsius Terræ videlicet) & alter quidem similiter Arcticus, seu Boreus; alter Antarcticus, seu Austrinus.

CAPVT V.

De Horizonte.

AD Circulos quod attinet, ille Horizon dicitur, qui in Sphæra extimus est, & cæteros ambit.

Repræsentat verò in Mundo illum circulum, qui dum in planitie versamur, oculósque circumducimus, apparet nobis quasi quædam Cæli, Terræque commissura; ac idcircò Græcè ὁρίζων, & Latinè *Finiens*, *Finitórque* dicitur, quòd quicquid videmus ex Terra, definiat; & partem etiam Cæli visam à non visa dirimat; duóque Hemisphæria, quæ vocant Superius, Inferiúsque distinguat.

Is est, supra quem emergentia Astra oriri dicuntur, infra quem labentia dicuntur occidere.

Quamuis autem Horizon respectu cuiusque specialis Terræ loci immobilis sit, vniuersè tamen concipiendus mutabilis est, quatenus dum locum in Terra mutamus, etiam Horizontem mutamus.

Potest verò Sphæræ Horizon hanc varietatem repræsentare, quatenus tametsi non moueatur ipse circa Sphæram reliquam; mobilis est tamen reliqua Sphæra intra ipsum; ac nihil interest, vtrius sit motus, vt eadem creari mutatio appareat.

Creatur portò ista mutatio ob conuexitatem superficiei Terræ, ac illius speciatim portionis, quam circumspicimus; quippe etiam quæ libellata est, licet plana esse ad sensum appareat; est tamen reipsâ leuiter deuexa; atque idcircò, dum mouemur, aliquid ipsius ex vna parte deperditur, aliquid ex opposita resarcitur.

Quod dico verò superficiem Terræ etiam libellatam non esse planam, sed deuexam, intelligitur vel ex ipso mari, quod sponte se ad libellam componens, componit se simul in orbicularem figuram; vtcumque illa in paruo spatio plana, siue recta ad sensum videatur; ac ea propter vsurpari soleat ad libellandum, probandumve num quæpiam area plana sit.



Ex hoc obiter intelligitur, nulla duo perpendicula esse reipsâ parallela; atque idcirco neque duos etiam vicinos parietes ad perpendiculum erectos parallelos esse, vtcumque esse ad sensum appareant; quatenus cùm omnia perpendi

perpendicula in superficiem conuexam cadant, coitura in centro sunt, si producta intelligantur; vt perspicuè vel ex figura apposita intelligi licet.

Quod heic attingendum de Recto, Obliquo, Parallelo Horizonte foret, peragetur posteà commodiùs.

Admotandum heic solùm, distingui à quibusdam Horizontem duplicem, Sensibilem, ac Rationalem. Et Sensibilem quidem esse eum, qui hactenus descriptus est, quatenus planities apparet; Rationalem verò eum, qui appareret, si Terrâ bisectâ & altero dimidio euanido facto, è centro circumspiceretur.



Intelligi vtrumque licet ex Figura apposita, in qua circulo interiore referete Terram, exteriore Cælum, linea per centrum transiens repræsentat Rationalem, & quæ superficiem contingit, Sensibilem. Ambæ autem parallelæ in Cælum vsque producuntur; vt intelligamus acceptum in Cælo tantum interuallum, quantâ semidiameter terræ est, habitum iri quasi punctum (lineis purè coire visis, ob immensam distantiam) sicque stellam in eodem loco visum iri, siue ex Terræ superficie, siue ex eius centro videatur.

CAPVT VI.

De Meridiano.

CIRCVLVS in Sphæra circulus, intra quem immotum cæteri mouentur, Meridianus est: Is, nempe qui & Horizontem ad rectos secat angulos, & axis extrema, seu Polos sustentat.

Repræsentat autem in Mundo illum circulum, quem transire concipimus per polos Mundi, perque duo puncta, quorum vnum vertici imminens Verticale dicitur, & voce Arabica frequenter Zenith; alterum ipsi sub pedibus oppositum appellatur Nadir: ine memorem hæc duo puncta quasi Horizontis polos reputari.

Is diuidens Mundum in duo Hemisphæria, quorum alterum Orientale, alterum Occidentale sit, ideò Meridianus vocatur, quòd quoties Sol ad ipsum emergit, Meridies creatur; distans nempe tunc æquis intervallis ab Ortus, & Occasus punctis; vt proinde quantum ab Ortu trasactum fuerit temporis, tantum transigendum ad Occasum restet.

Prætereo autem vt pars Meridiani superior diurnum tempus in duas æquales partes diuidit; ita inferiorem in duas æquales nocturnum secare.

Quòd si porrò in Sphæra Meridianus immotus, repræsentat quidem specialis cuiusque loci Meridianum, qui ipse quoque est inuariatus; verùm quia quoties seu in Ortum, seu in Occasum deflectimus, sub nouis, nouisque Meridianis sumus; ideireò plures, ac varios Meridianos non repræsentat, nisi quatenus Sphæræ reliquæ emotione fit instar plurium.

In Ortum verò, seu Occasum dico; nam si quis directè in Boream, Austrum-ve iter fecerit; erit illi semper idem Meridianus.

Notum est proinde, cur iis, qui sub eodem sunt Meridiano, Meridies contingat eodem tempore; cùm iis qui sunt sub orientialiore, contingat maturiùs; iis, qui sub magis occiduo, tardiùs; quòd Sol nimirùm illis priùs, istis posteriùs Meridianum attingat.

Notandum autem, cùm Sidera ad Meridianum vsque ascendant, & ex eo deinceps descendant: ideò, & maximam cuiusque altitudinem dici Meridianant; & punctum illud Meridiani, per quod transit, dici Medium Cæli, respectu ipsius; vti & Imum dicitur, quod illi è regione oppositum sub Terra est.

Notandum etiam Eleuationem, siue Altitudinem Poli in vnaquaque regione nihil esse aliud, quàm Meridiani arcum, qui inter Horizontem, Polúmque elatum intercipitur, cuiúsque complementum ad vsque Zenith, siue ad quadrantem circuli, est semper æquale altitudini Æquatoris.

Sic nimirùm, cùm in hac Vrbe Parisina, exempli causâ, Altitudo Poli sit 48. graduum, & 50. minutorum; illius complementum, siue altitudo Æquatoris 41. graduum, & minutorum 10. erit.

CAPVT VII.

De Æquatore.

PORRÒ Æquator, circulorum in Sphæra Mobilium præcipuus, is est, qui ab vtroque Mundi Polo æquis vndique distat interuallis.

Quare & repræsentat in Cælo illum circulum, quem concipimus ab vtroque polo ex æquo distare, ac Mundum in duo Hemisphæria, alterum Boreale, alterum Australe partiri.

Dicitur verò etiam Æquinoctialis (dicunt Græci potius *ἰσημερινὸν*, siue *Æquidialem*) quòd Sol bis in anno, hoc est sub diem 20. Martij, & 23. Septembris eum secans (nempe quâ principia Signorum Arietis, & Libræ sunt) duo creet Æquinoctia, exæquetve noctis diebus, ob æqualem moram supra, infráque Horizontem; quatenus sectus ab Horizonte Æquator, in duas abit partes, alteram superiorem, alteram inferiorem, constanter æquales.

Videt obiter, nomine Diei hoc intelligi moram Solis supra horizontem; nomine Noctis moram infra: nempe quod vocant tam matutinum, quàm vespertinum Crepusculum, computari in noctem solet.

Reticendum autem non est, esse Æquatorem præcipuam Temporis mensuram, quatenus ipse præcipuè est, penes quem primi Mobilis revolutio attenditur: adeò vt, si integra, seu 360. graduum (cum addita particula, de qua infrà) revolutio sit, duratio sit vnius diei (sumpto iam nempe die alio sensu.) Sin partis solùm vigesimæ-quartæ, siue graduum 15. duratio sit vnius horæ; atque ita de cæteris.

CAPVT VIII.

De Tropicis.

EX quatuor circulis Æquatori parallelis, duo, qui heinc inde in Sphæra propiores sunt, Tropici sunt.

Repræsentant illi in Cælo duos circulos à Sole descriptos; vnum cùm accessit maximè ad Boream; alterum, cùm discessit maximè ad Austrum; vnde & propter τροπὰς, *conversiones*, dicuntur τροπικοὶ, quasi *Conversorij*, quòd Sol, vbi ab Æquatore ad ipsos vsque promotus est, non progrediatur vlteriùs, sed redeat versus Æquatorem.

Et circulus quidem, qui ad Boream, dicitur vulgò Tropicus Cancri, quòd Cancri Signum in eo incipiat; qui verò ad Austrum, Tropicus Capricorni, quòd ab eo incipiat Signum Capricorni.

Dicitur ille præterea circulus Æstatis, quòd Sole in ipso versante Æstas incipiat; iste circulus Hyemis, quòd Sole in ipso exsistente incipiat Hyems: intellige respectu nostri, qui ad Boream degimus.

Quin etiam ille vocari solet circulus Solstitij alti, quòd Sole ipsum occupante, summóque, nostri respectu, alto, creetur Solstitium diei maximi: hic circulus Solstitij imi, quòd constituto in illo Sole, & nobis quidem summè depresso; diei minimi Solstitium creetur.

Notum verò est Solstitium vocatum, quòd die (hoc est mora Solis supra horizontem) neque increscente, neque decrescente sensibiliter, Sol stare, hoc est, neque in Boream, Austrumve procedere; neque versus Æquatorem recedere sensibiliter, per aliquot dies videatur.

Distantia autem Tropici vtriusque ab Æquatore est graduum 23. minutorum 31. tantumdem enim, & non ampliùs, potest Sol ab Æquatore recedere, declinareve; vnde & eadem dicitur maxima Solis Declinatio.

Et quia eadem-met distantia est mensura Obliquitatis, qua Zodiacus, Ecliptícave linea sese habet ad Æquatorem; heinc fit, vt etiam Obliquitas Zodiaci, seu Eclypticæ 23. graduum, & 31. minutorum esse dicatur.

CAPVT IX.

De Polaribus.

DVO Paralleli, qui heinc inde ab Æquatore remotiores sunt, Polares idcircò dicuntur (ac alter quidem Boreus, Arcticusque; alter Austrinus, & Antarcticus) quòd vicini sint ipsis Polis.

Repræsentát autem in Cælo duos Circulos, quos vtrimque à Polo vicino tantumdem distare, quantum Tropicos ab Æquatore concipimus, hoc est gradibus 23. & minutis 31.

Id nempe, quia Zodiacus ad Æquatorem obliquus ita attingit Tropicos, vt ipsius Poli tantum necessariò à Polis Æquatoris distent, quantum Tropici ipsi ab Æquatore; & aliunde concipimus circulos Polares à polis Zodiaci circa Polos Æquatoris, seu Mundi describi: atque ita quidem iuxta Recentiores.

Iuxta Veteres, circuli Polares (seu, vt illis solùm appellabantur, Arcticus, & Antarcticus) paralleli quidem Æquatori erant; verùm cùm possent paralleli innumeri intelligi inter Æquatorem, & vtrumque polorum ductij; alij quidem semper apparentes circa polum eleuatum; alij semper occulti circa polum depressum; cæteri vna sui parte apparentes, alia occulti ob horizontis interceptionem; ideò circulorum Polarium, alter habebatur maximus semper apparentium, alter maximus semper occultorum; variique adeò pro varietate altitudinis Poli erant, tanquam altera parte sui præter-radentes Horizontem.

Hac ratione Parisiis circuli Polares, hoc est tam maximus semper apparentium circa polum Boreum, quàm maximus semper occultorum circa polum Austrinum, distarent à suo vterque polo 48. gradibus, & 30. minutis.

CAPVT X.

De Coluris.

SEQVVNTVR Coluri, seu duo maiores ex mobilibus Sphæræ circulis, qui se inuicem ad angulos rectos in polis Mundi intersecantes, mobileis alios intersecant, & in quaternas parteis æqualeis distinguunt.

Repræsentant verò in Cælo duos circulos, quos concipimus pari modo sese, & alios intersecare; ac ideò putantur κόλουροι, quasi *mutili* appellati, quòd nunquam neque integrè, neque vniformiter supra horizontem (intellige obliquum, seu in Sphæra obliqua, de qua dicetur posteà) appareant.

Alter porrò Æquinoctiorum, alter Solstitiorum Colurus vocatur, quòd prior per puncta Æquinoctialia transeat, principia nimirùm Arietis, ac Libræ: & posterior per Solstitialia, principia nimirùm Cancri & Capricorni.

Designant

Designant verò Coluri in Zodiaco quatuor appellata puncta Cardinalia, Principium nempe Arietis, in quo dum Sol est, nox diei æquatur, & Ver incipit: Principium Cancri, in quo dum est Sol, maximus est dies, & incipit Æstas: Principium Libræ, in quo dum est Sol, æquatur iterum nox diei, & Autumnus incipit; Principium Capricorni, in quo dum est Sol, dies est minimus, & incipit Hyems. Hûc spectant vulgata illa carmina,

Hæc duo Solstitium faciunt, Cancer, Capricornus;
Sed nolleis æquant Aries, & Libra diebus.

Notandum autem illud proprium Coluri Solstitiorum esse, vt Zodiaci Poli in eo designentur; scilicet ad duo opposita puncta, in quibus Polares secat circulos, quæque vndique à Zodiaco æqualiter distant.

CAPVT XI.

De Zodiaco, & Ecliptica.

ZODIACVS demùm est latus ille, & mobilibus cæteris superductus circulus, qui Tropicos heinc inde attingens, & Æquatorem obliquè secans, duodecim figuris notatur, ac media in longum interstinguitur lineâ, quæ Ecliptica dicitur; Sphæramque in Boream, Austrinámque parteis diseernit.

Repræsentat autem in Cælo patem circulum, latum scilicet, obliquúmque, & pari modo sese habentem ad Æquatorem, & Tropicos; ac similiter interstinctum lineâ vocatâ Ecliptica, insignitúmque 12. Asterismis: & distinguêtem similiter Cælum in duo Hemisphæria, alterum Boreale, alterum Australe.

Dicitur verò Zodiacus, quòd huiusmodi Asterismi *Animalium* formis maiori ex parte pingantur; vti & quòd tales Asterismi Signa dicantur, appellatur Signifer; cùm & à situs obliquitate non rarò vocetur circulus Obliquus.

Cæterùm latus decernitur, quòd cum Planetæ per eum moueantur, non omnes eandem teneant viam, sed Sole quidem incedente medio, per lineam putà Ecliptieam, cæteri obliquos ad hanc lineam cursus instituant, & ob vias ab ipsa duobus in locis oppositis intersectas, nunc in Boream, nunc in Austrum deflectant; isti quidem plus, illi autem minus; ac ideò sit congruum isti circulo tribuere latitudinem, quæ deflexiones has complectatur; exsistenteis putà heinc indè sex, septem, octo, plus minùs gradumm.

Sed de motibus quidem Planetarum dicendum erit expressiùs in succedente Theorica parte; heic, propter illa, quæ dicenda superfunt circa Sphæricam, anticipándum est aliquid necessariò de motu Solis.

Itaque, cùm Sol abreptus à Mobili primo circuitum dietim ab ortu in occasum perficiat, ipse tamen interea proprio, lentóque motu regreditur, tenditque in ortum (& obliquè quidem, secundum Zodiaci ductum) eo modo, quo nauta à naui abreptus incedere contrario motu, à prora nèpe in puppim potest.

Lentum dico: siquidem Sol non nisi vnum proximè gradum hocce suo motu intra vnum diem, seu horas 24. conficit; neque circuitum integrum, nisi intra annum absoluit. Vnde & sicut potest formica, dum à rota abripitur, & centies, pluriesque integrè circumagitur, potest, inquam, ipsa interim oppositio motu incedens vnam integram circuitionem peragere: ita Sol abreptus à Mobili primo, trecenties sexagies, & quinquies circumagitur in occasum, dum interim ipse semel proprio motu versus ortum reuoluitur.

Hic portò est motus, quo per medium Zodiaci describitur circulus, seu Orbita Solis, quam idcircò vocant Eclipticam lineam, quòd Luna ipsam pertransiens, dum Soli coniungitur, aut opponitur, sui, Solisve Eclipsin pariat; vt dicendum inferiùs est.

CAPVT XII.

De Signis Zodiaci.

DICTVM est iam antè Zodiaci Signa esse numero duodecim; en verò quibus repræsentari characteribus soleant, Aries ♈, Taurus ♉, Gemini ♊, Cancer ♋, Leo ♌, Virgo ♍, Libra ♎, Scorpius ♏, Sagitarius ♐, Capricornus ♑, Aquarius ♒, Pisces ♓.

Mos est, vt vnicuique Signo attribuantur 30. gradus (tametsi ipsi Asterismi inæquales inter se sint, seu alij breuiores, alij prolixiores) totidem enim gradus prodeunt, vbi 360. diuiduntur per 12.

Initium autem ducitur ab Ariete, hoc est à sectione Verni Æquinoctij, prope quam Arietis Asterismus fuit, cùm ante bis mille annos circiter, excoli in Græcia Astronomia cœpit.

Tametsi enim hic Asterismus ob lentum Firmamenti motum, de quo dicetur postèa, exinde iam recesserit, & totus penè transierit in locum, in quo erat Asterismus Tauri; ipsi tamen 30. primi gradus retinent semper nomen Arietisvti & sequentes 30. nomen Tauri, licèt pariter Asterismus Tauri locum Geminorum occupauerit; & ita de aliis.

Ex hoc autem fit, vt distinctionis gratiâ hi terdeni gradus non Asterismi quidem, sed Signa tamen Arietis, Tauri, Geminorum, &c. vocentur, & dicantur præterea Dodecatemoria, quòd sint duodenæ Zodiaci partes.

Dicitur verò Sol, aut alius Planeta esse in aliquo Signo, cùm est sub ipso, seu cùm inter oculum nostrum ac tale Signum intercipitur; Stellæ autem Fixæ, quæ extra Zodiacum sunt, esse in eo Signo, seu potiùs referri ad id Signum dicuntur, inter quod, & proximum Zodiaci Polum, contingit ipsas intercipi.

Ex his Signis, ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, dicuntur Borealia; ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓, Australia; At verò ♑, ♒, ♓, ♈, ♉, ♊, Ascendentia; ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐, Descendentia.

Rursus ♈, ♉, ♊, dicûtur Verna; ♋, ♌, ♍, Æstiua; ♎, ♏, ♐, Autumnalia; ♑, ♒, ♓, Hyemalia.

Prima

Prima autem quæque horum ternionum ♈, ♋, ♎, ♑, dicuntur Cardinalia, quòd Sole in eas ingrediente anni Tempestates, Quadrantesque incipiant; itemque Mobilia, quòd tunc fiat qualitatum mutatio: Media verò ♉, ♌, ♏, ♒, dicuntur Immobilia, quòd tunc tempestates quasi fixæ sint; Extrema ♊, ♍, ♐, ♓, Communia, comparatè scilicet ad Mobilia, & Immobilia; itemque Bicorporea, quòd ♊, & ♓, duplicia manifestò sint; ♐ ex equo, & homine constet; ♍ Spicam manu gestet.

Sunt & variæ præterea denominationes Signis attributæ, maximéque ab Astrologis: nam (cætera inter) accipiendo illa ab ♈, tribus quibusque intermissis, ♈, ♌, ♐ dicuntur Signa Ignea, Calida, Cholerica, ♉, ♍, ♑ Terrea, Sicca, Melancholica: ♊, ♎, ♒ Aërea, Humida, Sanguinea; ♋, ♏, ♓ Aquea, Frigida, Phlegmatica; ac dicuntur adeò ♈, ♌, ♐, constituere Trigonum Igneum; ♉, ♍, ♑ Terreum; ♊, ♎, ♒, Aëreum; ♋, ♏, ♓ Aqueum.

Sic alia dicunt Masculina, alia Fœminina; alia Humana, alia Bruta; alia Fœcunda, alia Sterilia; alia Pulcra, alia Deformia, alia Diurna, alia Nocturna, alia Planetarum Domos, alia Exsilia; alia eorundem Exaltationes, alia Casus, & alia id genus complura, quæ attingere nihil est necesse.

Adnotare præstat Solem ingredi mense quolibet in speciale Signum, vt putà Martio in ♈, Aprili in ♉, Majo in ♊, atque ita portrò, quousque Februario ingrediatur in ♓.

Vt noscatur autem, quo circiter die hic ingressus fiat mense quolibet, notari carmina hæc possunt:

Laus mente latens insultat honoribus, horret
Grandia gesta, harens insigni laude notatis.

Nimirùm, si has 12. dictiones in 12. mensis sic tribuas, vt prima Martio, secunda Aprili, tertia Majo, cæteræ cæteris ex ordine respondeant, & attendens quota in Alphabeto sit prima cuiusque litera, totidem ex 30. vnitates detrahas, numerus residuus indicabit diem ingressus in Signum.

Exempli enim causâ, quia Martio dictio *Laus* respondet, & prima eius litera L in Alphabeto decima est, subtrahe 10. ex 30. & remanentia 20. indicabunt Solem ingredi Signum ♈ die 20. mensis Martij. Ac pari ratione litera M vocis secundæ respondentis Aprili, monstrabit 21. ex 30. detractis, Solem ingredi in ♉ die Aprilis 19. Et non secus litera N vocis vltimæ respondentis Februario, suggeret, detractis 12. & 30. Solem in ♓ ingredi die Februarij 18. atque ita de cæteris.

Si quæratur autem in quo proximè Zodiaci gradu sit Sol quolibet mensis cuiusque die, nihil aliud oportet, quàm addere ad propositum diem numerum literâ designatum.

Nam si numerus quidem prodiens excedat 30. excessus (vnitate addita) indicabit gradum Signi, in quod illo mense ingreditur Sol: Sin verò deficiat, ipsemet indicabit gradum eius Signi, in quod fuerit ingressus Sol à mense vsque antecedente.

Exempli causâ, si quæratur vbi sit Sol die Septembris 18. ad 28. adde 7. ob literam G vocis *Grandia*, respondentis Septembri, in Alphabeto septimam; prodibunt 35. detrahe 30. & excessus 5. cum vnitate, hoc est 6. indicabit Solem versari in gradu 6. ♎ in quam illo mense ingreditur Sol. Et, si quæratur vbi sit Sol die eiusdem mensis 12. Ad 12. adde iterum 7. consurgent 19. & hic numerus indicabit versari Solem in 19. gradu ♍, in quam ingressus fuerit à mense vsque superiore.

CAPVT XIII.

De alijs quibusdam in Sphæra intellectis circulis, vt qui dicuntur Verticales, Altitudinis, Distantiæ, Positionis, seu Domorum Cælestium.

HACTENVS circulos hactenus descriptos, intelligi possunt in Sphæra, aut Cælesti globo (atque adeò etiam in Cœlo) alij circuli, quorum crebra est apud



Astronomos

Astronomos mentio; adeò proinde, vt non sint aliqui præcipui ex iis reticendi.

Verticales itaque circuli dicuntur, qui per Zenith, seu verticale punctum, & per Nadir ipsi oppositum transeunt; rectáque proinde horizontem secant. Solent autem hi circuli Arabica voce Azimutha dici.

Cùm huiusmodi verò circuli secare horizontem innumeri possint, ex quo à Meridiano (qui pro vno verticalium habetur) in ortum, occasumue discedit; Primarius tamen Verticalis habetur is, qui transit per intersectiones Horizontis & Æquatoris.

Altitudinis circuli ii sunt, qui supra horizontem ac ipsi horizonti paralleli sumuntur; sensimque decrescunt, seu semper minores, minoresque sunt, quousque desinant in verticis punctum. Vocari autem & ipsi solent Arabica voce Almicantarath.

Mos est vtrosque hos circulos in ipsis, vt vocant, Astrolabiis, Planisphæriisve repræsentari: cùm & possint intelligi ex præcedenti schemate Sphæræ dimidium (prout in plano perspici potest) repræsentante. Scilicet A B, est Horizon; C, Zenith; D, Nadir; C A D B, Meridianus: Cæteri circuli à Zenith in Nadir per denos horizontis gradus ducti, ipsi Verticales; ac in illis C E D, Verticalis primarius: at E G, H I, & alij ad horizontem paralleli, & per denos gradus meridiani ducti, circuli sunt Altitudinis.

Distantiæ circuli appellantur, qui ex maioribus eùm sint, transeunt per duo Sidera, quorum proinde, mutua distantia nihil aliud est, quàm interceptus inter ipsa arcus alicuius huiusmodi circuli orum.

Talem in schemate præmisso possumus intelligere circulum magnum K L, transeuntem per M, stellam Pollucis, & N, Spicam Virginis. Arcus nimirùm M N, qui 90. graduum, cum dodrante est, ipsa est stellarum istarum distantia.

Positionis, siue Domorum cælestium circulos appellant tam Horizontem, ac Meridianum, quàm alios quatuor circulos, qui se inuicem & tum ipsis, ad communes eorundem Meridiani, ac Horizontis sectiones interfecanti & sex cùm sint, vt totam Sphæram, sic vniuersum Cælum distribuunt in duodecim partes, quas Domos cælestes appellant, quarumque sex infra, sex supra Horizontem sunt.

Prima autem habetur, quæ est proximè infra horizontem ad Ortum, diciturque & Horoscopus, & domus Vitæ; Succedens inferius dicitur domus Diuitiarum; Tertia consequens domus Fratrum; Quarta in imo Cæli domus



Parentum; cæteræque ex ordine, prout hisce duobus carminibus indigitantur,

Vita, Lucrum, Fratres, Genitor, Natique, Valetud',
Uxor, Mors, Pietas, & Munia, Amici, Inimici.

Notandum autem hos positionis, siue Domorum circulos diuidere in partes æquales, iuxta aliquos quidem, Æquatorem; iuxta alios, Zodiacum; iuxta alios, Verticalem primarium.

Intelligere rem licebit ex appositio schemate; in quo Hemisphærium Orientale repræsentante, A B, est Horizon; C A D B, Meridianus; A E B, A F B, A G B, Positionum circuli; I K, vel Æquator, vel Ecliptica; C D, Verticalis primarius; designatus autem Domorum ordo, infra Horizontem quidem I. II. III. suprà verò X. XI. XII. cùm & residuarum numerum, ac seriem oporteat intelligere in Hemisphærio Occidentali.

Præterea placere quibusdam, Positionum circulos se interfecare non quà dictum est, sed in polis Mundi; quo casu reiecto Horizonte, adhibetur ad Meridianum quintus. Quibusdam in polis Zodiaci; quo casu reiecto etiam Meridiano, adhibetur sextus; vt Domus semper sint duodecim.

CAPVT XIV.

De Circulis itidem aliis, vt Declinationis, ac Latitudinis: vbi & de Ascensione, ac Longitudine Siderum.

RECIPVE verò cognitu necessarij sunt, qui circuli Declinationis, & Latitudinis apellantur.

Et Declinationis quidem circuli ij sunt, qui per polos Mundi ducti, secant, Æquatorem ad angulos rectos. Cùm enim Syderum Declinatio computetur ab Æquatore, rendendo in polum Mundi alterutrum; perspicuum est Declinationem cuiusquè Sideris, alteriusve Cæli puncti, nihil esse aliud, quàm cuiusquè horum circulorum arcum, qui inter Æquatorem, & tale Sidus, aliudve punctũ intercipitur.

Constat autem Declinationem esse, proinde duplicem; aliam Borealem, aliam Australem; prout scilicet id punctum, aut Sidus ad Boream, Austrumve Æquatoris est.

Sic in subiuncto schemate; cùm A B sit Æquator; C polus Mundi Boreus, D Australis; C A D B Colurus Solsticiorum, C E D Colurus Æquinoctiorum; erunt tam ipsi Coluri, quàm Circuli C F D, C G D, C H D, C I D, Declinationum circuli; ac Stellæ K Declinatio (& Borea quidem) erit arcus H K; Stellæ L, Declinatio (& Australis quidem) arcus I L. Parique modo punctorum Solstitialium M, & N, Declinatio erit, Borea quidem B M, Austrina verò A N.



Horianum verò copulari cum Declioatione Ascensionem rectam: Ita scilicet nominant arcum Æquatoris, qui à principio ♈ ad punctum vsque, quo circulus Declinationis designatus Æquatorem secat, intercipitur; quatenus huiusmodi punctum oritur, ascenditve simul cum designato Cæli puncto, aut Sidere in horizonte recto. Quis autem sit rectus, qui obliquus horizon, intelligetur statim vberiùs ex insequente capite.

Sic Ascensio recta Stellæ K, erit arcus Æquatoris E H; Stellæ L, arcus E I; Initij Cancri M. arcus E B; quadrans scilicet, seu 90. gradus; initij Capricorni arcus E B, cum toto reliquo Hæmispharrio ad vsque A; quadrans scilicet, seu gradus 270.

Dicitur autem Ascensio Recta; quoniam vbi est horizon obliquus, Ascensio quoque Obliqua est; neque illud idem Æquatoris punctum, cum designato Cæli puncto, Sidereve oritur ampliùs; sed aliquod aliud prius, aut posterius. Ex quo efficitur, vt Æquatoris arcus hisce duobus punctis interceptus Ascensionalis differentia vocetur.

Sic in hac Vrbe, exempli gratiâ differentia Ascensionalis Initiorum ♋ & ♑ est 30. graduum; & quia Initium ♋ posteriùs, Initium ♑ priùs, quàm punctum Ascensionis rectæ oritur; fit, vt Ascensio obliqua Initij ♋ sit Parisiis 120. graduum; & Initij ♑ 240. quod idem proportione intelligendum in Stellis est.

Latitudinis circuli ii sunt, qui per Polos Zodiaci, seu Ecliptiæ ducti Ecliptican secant ad angulos rectos. Cùm enim Siderum Latitudo, ab Ecliptica computetur, perspicuum est Latitudinem nihil esse aliud, quàm cuiusque horum circulorum arcum, qui inter Eclipticam, & designatum Sidus (aliudve Cæli punctum) intercipitur.

Constat verò similiter Latitudinem esse duplicem, aliam Boream; aliam Austrinam, prout Sidus ad Boream, Austrumve Ecliptiæ est.

Sic in præmisso schemate, cùm N M sit Ecliptica, O polus Eclipticæ Boreus, P Austrinus; O N P M idem Solstitiorum Colurus; erunt tam ipse Colurus, quàm punctati circuli O Q P, O R P, O S P, O T P, O V P, Latitudinis circuli; ac Stellæ K Latitudo (& Borea

(& Borea quidem) erit arcus V K ; Stellæ, L Latitudo (& Australis quidem) arcus T L.

Notandum autem copulari hcic quoque cum Latitudine Longitudinem ; ita enim appellant Ecliptiæ arcum : qui ab initio ♈, ad punctum vsque, quo circulus Latitudinis Eclipticam secat, intercipitur.

Sic Longitudo Stellæ R, erit arcus Ecliptiæ S V : Stellæ L, arcus S T. ac pari modo Solis exsistentis in principio ♋, Longitudo erit arcus S M ; quadrans scilicet, seu gradus 90. existentis in principio ♎, idem arcus, cum toto Hæmisphærio reliduo, ad vsque N, dodrans scilicet, seu gradus 270.

Prætereo porrò perspicuum esse, quod Sidus est in Æquatore, carere omni Declinatione ; & quod est in Ecliptica, carere omni Latitudine : ac prætereà, tam Declinationem, quàm Latitudinem non posse excedere gradus 90. siue quadrantem circuli ; quòd vtraque terminetur hcinc inde ad oppositos Polos ; cùm ramen tam Ascensio recta, quàm Longitodo excurrant ad vsque 360. videlicet secundùm totum tam Æquatoris, quàm Ecliptiæ ductum, quovsque discessione facta ab initio ♈, ad idem redeatur.

Prætereo item facilè caueri æquiuocationem, qoa Geographi voces Loogitudinis, Latitudinisque vsurpant ; quippe aduertendum solummodò est, dum ipsi qooque in Terra Æquatorem, & Meridianos, seu circulos transeunteis per polos designant, Longitudinem ab iis dici, quam hcic Ascensioneio rectam dicimus ; Latitudinem, quam Declinationem.

CAPVT XV.

De triplici positu Sphæræ, Recto, Obliquo, Parallelo.

EXPOSITIS hactenus Sphæræ circulis, sequitur paucis attingamus (quod iam semel, ac iterum circa Horizontem insinuauimus) cuiusmodi sint positus, iuxta quos Sphæra Recta, Obliqua, Parallela statuitur ; ac potest idem proportione intelligi in ipso Mundo.

Itaque Recta dicitur Sphæra, in qua vtroqoe polo horizonti insistente, Sidera oriuntur, & occidunt rectà ; siue ascendunt, descenduntque factis angulis ad horizontem rectis ; vnde & in tali situ Horizoo Rectus dicitur.

Obliqua, in qua altero Polorum supra horizontem elato, altero infrà depresso, Sidera oriuotur, occiduntque obliquè ; siue ascendunt, descenduntque factis angulis ad horizontem obliquis ; vnde & in tali situ Horizoo dicitur Obliquus.

Parellela, in qua altero Polorum constituto ad Zenith, altero ad Nadir, Sidera neque oriuntur, neque occidunt ; seu oeque ascendunt, neque descendunt ; sed mouentur motu ad horizontem parallelo ; vnde & in tali situ Horizon Parallelus vocatur. Potestque sequenti schemate triplex repræsentari.

In Sphæra Recta, omnia Astra otiuntur, & occidunt. In Obliqua, aliqua oriuntur, & occidunt ; aliqua nunquam oriuntur, sed sub horizonte semper delitescunt ; aliqua nunquam occidunt, sed perpetuò sunt supra horizontem. In Parallela, vt iam dictum nulla neque oriuntur, oeque occidunt ; sed pars semper supra, pars semper infra horizontem sunt : nisi quòd Æquatore coëunte in eundem cum Horizonte circulum, & dimidio Zodiaci semper elato, dimidio semper depresso, ea quæ percurrunt Zodiacum dimidio decursus coospicua, dimidio inconspicua fiunt.

In Recta sunt Sphæra, qui directè sub Æquatore habitant ; in Parallela, qui directè sub Polis ; in Obliqua, qui degunt in locis inter Æquatorem, & alterutrum polum intermediis.

In Recta perpetuum Æquinoctium est, seu tam dies, quàm oox est semper 12. horarum ; quòd Sol vbicumque in Zodiaco sit, tantum temporis supra, quantum infra horizontem



moretur ;

morctur ; vt potè omnibus eius circuitibus (sine Parallelis quasi circulis) ab horizonte constanter bisectis.

In Parallela dies perseuerat totos sex mensseis continuos ; & nox etiam continuos sex: quòd Sol, vt supra Æqoatorem, ita & supra horizontem totos sex mensseis maneat (idque dum per treis gyrando ascendit, & per treis descendit) ac infrà consimiliter.

In Obliqua, inæqualitas est dierum, & noctium ; quòd ab vsque Æquatore versus polum eleuatum, arcus diurni Solaris motus (ii nempe qui sunt supra horizontem) sint semicirculo majores;& nocturni versus depressum, minores. Atque ita quidem, vt citra v. c. Æquatorem, maximus dies, qui contingit Sole existente in principio ♋, euadat sensim, tendendo nos versum, horarum 15. 14. 13. sitque heie Parisiis 16.ac porrò pergat fieri 17, 18, &c. quousque degentibus sub Polari circulo (vbi ipse Tropicus ♋ est apparentium maximus, horizontemque adeò stringit) sit horarum 24. Cùm & exinde procedendo mora Solis supra horizontem plurium pluriumque dierum euadat, & fiat etiam mensis vnius, & duorum, & trium,& quatuor, & quinque, & sub polo denique sex. Quod eodem proportione modo concipiendum est circa noctem, exsistente Sole vltra Æquatorem.

Vbi illud est consideratu dignum,nullum esse in terra locũ,cui intra annum integrum non sit vt diurnum,sic nocturnum tempus sex mensium : quatenus in Sphæra quidem Parallela, vtrumque tempus est continens ; in Recta, dietim per alternas vices æqualeis distribuitur ; in Obliqua, prolixitas dierum, & brevitas noctium per æstatem, compensatur cum breuitate dierum, & prolixitate noctium per hyemem. Et quot per æstatem sunt continentes vltra Polarem dies, tot per hyemem sunt continentes noctes.

CAPVT XVI.

De Zonis, ac ideò de Ventorum Plagis per Parallelos Sphæræ circulos designatis.

HIsce cohærens est, vt dicamus de Zonis, seu ingentibus quasi fasciis, quas per descriptos Sphæræ circulos Parallelos descriptas antiquissimum est in Cælo agnosci, juxta illud Virgilij,

Quinque tenent Cælum Zonæ, quarum vna perusto
Semper Sole rubens, &c.

Fuere autem semper quinque habitæ ; vna scilicet media, appellata Torrida, inter duos Tropicos contenta : duæ extremæ, Frigidæ vocatæ, ac inter Polareis, vicinosque Polos comprehensæ : duæ heinc inde Temperatæ dictæ, & Tropicos inter, Polareisque interjectæ. Ae Polybius quidem Torridam in duas, Æquatore medio, distinxit ; verùm sectatoribus caruit.

Notandum vero, cùm abvsque Thalete, Temperatæ, & Frigidæ separarentur per Polareis, quales in Sphæris jam habentur ; sicque eas fecerit constanteis, cùm priùs, provt varia Poli altitudo, aut dilatarẽtur aut eõtraherẽtur.

Cùm ipse porrò Terræ globus Cælo subjaceat vndique ; idcirco sunt eædem Zonæ ipsi Terræ attributæ, juxta illud Ouidij,

Vtque duæ dextra Cælum, totidemque sinistra
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis :
Sic Omne inclusum, &c.

Quin-etiam Zonæ Terrenæ sunt, quibus propriè competit, vt Torrida, ac Frigidæ, Temperatæque nominentur : cùm & terrestris Torrida sit, quæ credita olim inhabitabilis fuit ob nimium feruorem, ex radiis Solis ad perpendiculum immissis creatum : & Frigidæ similiter ob algorem nimium, ex obliquè nimium appellentibus radiis. Tametsi fuere non ita pridem tam in Torrida, quàm in Frigidis (sed in Torrida maximè) numerosissimi incolæ reperti.

Quomodo autem terrestres Zonæ respon-

deant ipsis cælestibus : videtur non incommodè intelligi ex antecedente Figura.

Cæterùm, si quem interiorem circulũ repræsentare Terram vides, quasi Horizonté cujuslibet regionis habeas; & præter punctum B, quo interfecatur à Meridiano ad Boream, & punctum A, quo ad Austrum, adnotes decem alia puncta, quinque videlicet ad ortum, & quinque ad occasum, vt putà C D, E F, G H, I K, L M, quibus interfecatur ab Æquinoctiali, Tropicis, & Polaribus : ac tum ex his duodecim punctis stare concipias totidem ventos versus punctum N, horizontis vmbilicum, ipsiusve spectatoris locum ; intelligere exinde licebit quomodo Antiqui plagas Cæli determinárint, ex quibus Venti aduentarent (nisi quod puncta designata à circulis Polaribus fuere primùm propter causam jam declaratam inconstantia.)

Nimirùm à puncto B, stantem dixere Ἀπηλιώτην Septentrionem : à puncto A, Νότον, *Austrum* ; à puncto C, Ἀνεμώτην, *Subsolanum* : à puncto D, Ζέφυρον, *Favonium* : à puncto E, Βορέαν, Καικίαν, *Aquilonem* : à puncto F, Ἀργέστην, Σκίρωνα, Ὀλυμπίαν, Ἑλλησποντίαν, *Caurum*, seu *Corum* : à puncto G, Εὖρον, *Vulturnum* : à puncto H, Λίβα, *Africum* : à puncto I, Μέσσην, quibusdam, *Boream*, quibusdam *Aquilonem*, quibusdam *Cæcian* : à puncto K, Θρασκίαν, aliquibus *Corum* : à puncto L, Φοινίκιον, Εὐρόνοτον, aliquibus *Vulturnum* : à puncto M, Λιβόνοτον, *Altanum*.

Prætereo autem, vt recentiores, ac Nautæ præferrim, distinguere soliti Ventos numero 32. (horizontem nempe in parteis 32. æqualeis diuiso) non alia curenr ex his punctis, quàm quatuor Cardinalia B, A, C, D, nominando Ventos qui ab ipsis stant, in mari quidem Mediterraneo, *Tramontana*, *Ostro*, *Levante*, *Ponente* : in Oceano verò, *Nord*, *Sud*, *Est*, *Oueſt* : & stanteis à punctis inter ipsa mediis, in Mediterraneo quidem, *Greco*, *Maestro*, *Sirocco*, *Garbino* (alias *Lebechio*) in Oceano verò *Nord-eſt*, *Nord-oueſt*, *Sud-eſt*, *Sud-oueſt* : ac stanteis tursùs à punctis intermediis, compositis vocibus, *Tramontana-Greco*, *Tramontana-Maestro*, *&c. Nord-nord-eſt*, *Nord-nord oueſt*, *&c.* incipiendo semper ab iis, qui stant à punctis Cardinalibus : stanteis denique à punctis iterum intermediis, per quadranteis octantium, hoc modo, *Quarta di Tramontana-Greco*, *Quarta di Tramontana maestro* ; *Quarta di Greco-tramontana*, *&c. Nord-gen eſten*, *Nord-gen oueſten*, *Nord-eſt gen-nordem*, *&c.* incipiendo semper ab iis, qui flant ab octo primariis punctis.

CAPVT XVII.

De Climatibus, deque varietate Incolarum Terræ, propter Parallelos.

QVM Zonarum porrò distinctio antiquis non sufficeret, vt varietatem situs regionum citra Æquatorem notarent : idcircò adhibendos esse plureis parallelos censuerunt, quibus quædam veluti Zonæ minores subdistinguerentur, æque vocatæ Climata, quasi

dicas Inclinamenta, siue deflexiones à Sphæræ rectæ situ.

Cùm vnumquodque autem Clima ita limitarent duobus parallelis, initio ab Æquatore ducto, vt in remotiore ab Æquatore maximus anni dies esset horæ dimidio, quàm in breviore, prolixior : non habuere tamen rationem primi Climatis, in altero cujus extremo maximus dies esset horarum 12. cum semisse; quasi illud foret prorsus inhabitabile : verùm habuere quasi primum illum, in cujus altero extremo dies maximus foret tredecim horarum ; quasi illeic Torrida Zona propiùs accedens ad Temperatam, habitari inciperet.

Non fuere verò soliti distinguere pluta Climata, quàm septem, quòd ea abundè regiones omneis tum notas comprehenderent ; indigitárunt autem illa nuncuparionibus locorum quorundam celebrium, quæ in singulis comprehendebantur, appellarúntque adeò ipsa, Διὰ Μερόης, Διὰ Συήνης, &c. hoc est, quasi transeuntia per Meroen, per Syenem, per Alexandriam, per Rhodum, per Romam, per Pontum, per Borysthenem.

At recentiores, ob Terram jam longè, latéque cognitam, distinguunt illa 24. ob 24. horarum semisseis, seu 12. horas, quibus dies maximus increscit ab ysque Æquarore, ad vsque circulum Polarem, in quo Climata desinunt, die maximo excedente modum.

Præterco autem vnumquodque Clima ita distingui solitum, interducto alio parallelo, in duas parteis, siue Zonas adhuc minores, vt in alterius cuiusque extremis discrimen diei maximæ sit vnius quadrantis horæ. Taleis porrò Zonulas, sive semisseis Climatum, nuncupauere (speciali vocis vsurpatione) Parallelos ; quos proinde constat distingui jam posse 48.

Hac ratione, cùm in hac Vrbe, v.c. dies maximus sit horarum 16. patet quorsum dici possit constituta vrbs in fine octaui Climatis : ac simul in fine Paralleli decimi-sexti.

Quanquam non desígnant jam amplìùs Astronomi loca, per Climara, & Parallelos, sed per Polares Eleuationes ; aut etiam (Geographorum) per ipsas locorum Latitudines, distantias-ve ab Æquatore.

Addendum verò, si Parallelos quotlibet distinctos in Sphæra concipias, tum concipi quemadmodum singuli Incolarum Terræ suos habeant, quos dicunt Περιοίκους, quasi dicas *Circumcolas* ; Ἀντίσκιους, quasi *Aduerſicolas* ; & Ἀντίχθονας, quasi *oppoſita habentes veſtigia* ; seu Ἀντίχθονας, quasi *Incolas oppoſitæ terræ* ; nisi quod degentes directè sub Polis (quòd in parallelo nullo sint) Antipodas solùm, seu Antichthonas habent.

Nam alioquin Periœci quidem inuicem dicuntur, qui sub eodem sunt Parallelo ; sed speciatim tamen, qui ad parteis meridiani oppositas, hoc est in diuersis à polo ad polum semissibus. Antœci, qui sub parallelis, cis, ac vltra Æquatorem æquè dissitis, sed ad eandem partem meridiani acceptis. Antipodes, Antichthonesve, qui sub Æquidistantibus quidem vtrimque ab Æquatore, sed ad parteis tamen meridiani oppositas sitis.

Notum verò est pro hac situs incolarum di-

uersitate, eam varietatem dierum, noctiumque, & tempestatum contingere, vt Periœcis quidem sint diuersis temporibus dies, & nox, sed iisdem æstas, ac hyems: Antœcis verò dies, & nox iisdem; sed æstas, ac hyems diuersis: Antipodibus denique diuersis omninò tam dies & nox, quàm æstas, & hyems.

Addendum quoque Incolas Parallelorum omnium intra Tropicos contentorũ appellari solitos *Amphiscios*, quasi *vtráque vmbram habentes* (meridianam videlicet) quatenus Sole existente ad Boream, vmbram habent versam ad Austrum; & existente ad Austrum, habent versam ad Boream. Incolas verò à Tropicis inclusiuè ad vsque Polareis, *Heteroscios*, quasi *habentes alteram solùm vmbram* (vt nos habemus ad Boream) huc-que adeò spectare, quod habet Lucanus de Arabibus intra Totridam degentibus, & ad Temperatam appulsis,

Ignotum vobis, Arabes, venistis in Orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.

Incolas demùm à Polaribus ad-vsque Polos inclusiuè, *Heteroscios*, quasi, Sole non occidente, *vmbram habentes circum-actam* per omneis plagas horizontis. Dico Sole non occidente, quoniam cùm, exceptis iis, qui sub polis sunt, Sol interdum cæteris & oriatur, & occidat; ij possunt illo tempore in Heteroscíis haberi.

CAPVT XVIII.

De Crepusculis, quæ ad Horizontem in quouis Sphæræ situ visuntur.

QVONIAM Primi mobilis motus, qui circumductione Sphæræ declaratur, Siderum ortum, & occasum, prout ad horizontem refertur, inducit; ideò de ortu, occasuque consequenter dicturis, præmittendum est aliquid de Crepusculis, & Refractionibus ad Horizontem obseruatis.

Imprimis verò Crepusculum nihil est aliud, quàm crepera illa, seu quasi dubia, vel media lux, quæ tam ante Solis exortum in regione orientis apparet, ac Aurora speciatim vocatur; quàm post Solis occasum in regione occidentis, & Crepusculi nomen retinet.

Causa illius est Atmosphæra, seu regio vaporum, qua Terra quasi circumuestitur; ea quippe productior, quàm extremum Terræ conspicuum, tum citiùs manè recipit, tum seriùs vespere amittit degentis infra horizontem Solis radios, ac illos reflectens ad nos, præstat, vt lucida videatur.

Nempe, si nulli essent vapores, sed purissimus solùm aër; nihil planè lucis, siue ante exortum, siue post occasum Solem cerneremus; verùm transitus fieret ex tenebris meris ad diurnam lucem; ex diurna luce ad tenebras meras.

Obseruandum est autem, initium matutini, & finem vespertini Crepusculi tum contingere, cùm Sol est infra horizontem octodecim plus minùs gradibus, secundùm verticalem circulum, perpendiculariterue acceptis. Et quia quantò minùs Sol ab horizõte abest, tantò ampliùs ex Atmosphæra supra horizontem exstante illustrat; ideò tantò quoque fit Crepusculum clarius.

Prætereo deductum heinc fuisse, altitudinem Atmosphæræ supra Terram esse 40. circiter Italicorum milliarium: tametsi videtur esse longè minor; quoniam prima illa, vltimaque lux esse non directè à Sole, sed per reflexionem ex partibus eiusdem Atmosphæræ inferioribus factam, potest.

Adnoto potiùs Crepusculum ideò in Sphæra recta breuissimum esse, quòd in quocumque parallelo sit Sol, ascensus, descensusque eius perpendicularis sit; & gradus illi octodecim vt in verticali, sic in parallelo proximè absumantur.

In Sphæra autem obliqua, esse Crepusculum prolixius, quòd arcus paralleli inter punctum orituri, occasiue Solis in vno verticali, & punctum gradus decimi octaui in alio verticali, interceptus, obliquè se habeat, sitque adeò octodecim gradibus prolixior. Vnde & quia per æstatem prolixior, quàm per hyemem est; fit, vt crepusculum æstiuum prolixius, quàm hyemale sit; & in hac Vrbe, exempli gratiâ, cùm per hyemem non accedat ad horas duas, accedat tamen per æstatem proximè ad quatuor.

Quin-etiam obseruari potest, continuari in hac Vrbe vespertinum crepusculum cum matutino per dies octo ante, & totidem post æstiuum Solstitium; sicque in media quidem nocte crepusculum deficere, quòd tunc non demergatur Sol totis gradibus 18. infra horizontem, sed in ipso quidem Solstitio deficiant minuta 20.

Nihil autem est opus admonere Crepusculum iri continuatum per dies tantò pluries, & euasurum etiam in media nocte tantò clarius, quantò sphæra fuerit obliquior; quòd Sol sit tantò propiùs ab horizonte abfuturus, quousque supra horizontem circuitum perficiens (sub Polari nempe circulo, & vltrà) diem vt continentem, ita sine vllo crepusculo creet.

Prætermittendum porrò non est, obliquitatem horizontis, & parallelorum inæqualitatem causam fieri, vt cùm maximum Crepusculum per æstiuum Solstitium sit longissimum, non sit tamen breuissimum per Solstitium hibernum; sed in hac quidem Vrbe breuissimum sit sub diem primum Martii, & sub duodecimum Octobris.

In Sphæra demùm Parallela esse continuum Crepusculum per dies proximè 21. quòd Sol aut descendens non citiùs, aut ascendens non tardiùs ab horizonte absit 18. gradibus secundum verticalem acceptis.

CAPVT XIX.

De Radiorum Sidererorum Refractionibus, quæ ad Horizontem maximè contingunt.

AD Refractiones quod attinet; cùm notum sit radios transeuntes obliquè ex medio rariore in densius, refringi, & versus

versus eum radium, qui perpendicularis habetur, deflecti (veluti ea oppositio transeuntes ex densiore in rarius refringuntur, & abeunt ab eodem perpendiculari) Eapropter & Solis, & cæterorum Siderum radij, dum ex purissimo æthere in iam memoratam Atmosphæram incidunt obliquè, ac transituri per ipsam sunt, refringuntur versus perpendicularem, seu versus illum radium, qui dirigitur ex Sole versus centrum Terræ, quod idem cum centro Atmosphæræ est.

Et quia tenderites versum nos radij sunt tùm maximè versus perpendicularem obliqui, cùm Sidus est in Horizonte; idcirco tùm fit maxima refractio; eaque euadit, in stellis quidem minutorum 30. in Sole autem, & Luna 33. aut 34. ac deprehenditur tanto minor, quantò Sidus euectius est; adeò vt Stella vltra vigesimum, Sol, & Luna vltra 15. aut 18. gradum altitudinis, sensibilem nullam refractionem patiantur.

Ex illa porrò Horizontali refractione efficitur, vt Sol, v. c. in Horizonte constitutus, & per radium refractum visus, appareat nobis 34. aut proximè minutis altior, quàm reuerà sit, & quàm appareret, si sublaris vaporibus, directo radio conspiceretur: & cùm ipsius diameter dimidij gradus, seu minorum 30. sit, ideò possit videri totus, cùm est tamen totus reuerà infra Horizontem.

Id perinde fit, ac dum posito in fundo peluis calculo, caput ita flectas, vt labium peluis obstet, ne calculum videas, quem sis tamen Aqua infusa visurus, calculo licet, oculoque immotis: Nimirùm, qui radius directus desinebat priùs in fronte, ita refringitur transeundo ex aqua in aërem, vt allabatur oculo, calculumque ipsi visibilem faciat.

Ex hac interim causa est, cur interdum Luna Eclipsin patiente propter Terram ipsi, Solique interpositam, vtrumque tamen Luminare supra Horizontem exstans obseruetur; scilicet vtrumque est reuerà infrà; licet propter radios refractos super-extare appareat.

Ex eâdem etiam, cur in Noua Zembla post noctem continuam duorum mensium, ac semissis, Hollandi Solem recuperârint aliquot diebus maturiùs, quàm meritò exspectantur; Atmosphæra videlicet specie illius euehente.

Præterea autem obliquitatem, qua species Solis in Atmosphæram respectu nostri allabitur, causam esse, quamobrem Sol Horizonti vicinus, non præcisè orbicularis, sed ellipticus, ouatæve speciei appareat; perpendicularem nempe diametrum transuersâ contractione habens.

CAPVT XX.

De Ortu, Occasuque Siderum Horizontali.

VT iam de Ortu Occasuque Siderum aliquid dictum sit; is distingui solet vtrumque duplex, Astronomicus, & Poëticus. Non quòd istum quoque Astronomi non curent: sed quòd Poëtæ ipsum, reliquo neglecto, potissimùm vsurpent.

Et Astronomicus quidem Ortus Occasusque, cùm nihil aliud sit, quàm recta, obliquaue Ascensio, & Descensio penes Æquatorem spectata; ideò cùm iam dictum de recta, obliquaque Ascensione sit: non est quòrsùm hèic nos quicquam moretur.

Poëticus autem attenditur, vel penes Horizontem, supra quem emergunt, aut infra quem demergunt Sidera; vel penes Solem, à cuius radiis reliqua Sidera aut liberantur, aut occultantur.

Qui porrò penes Horizontem attenditur, distinguitur duplex: alter scilicet Cosmicus, alter Acronychus vocatur.

Cosmicus, seu quasi Mundanus tum Ortus, quàm Occasus est, qui spectatur propriè circa ipsum tempus exorientis Solis (nempe quasi tunc Mundus, seu Naturæ facies instauretur.) Nam si quod Astrum oritur, quo tempore oritur Sol; id dicunt Cosmicè oriri. Et si rursus quo tempore Sol oritur (hoc enim inculco, vt caueatur confusio) aliquod Astrum occidit; illud Cosmicè occidere dicunt.

Cosmico Ortu intelligitur oriri Taurus Mense Aprili, quo Soli in ipso existenti cooritur, iuxta illud Virgilij,

Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus, ——

Cosmico Occasu intelliguntur occidere Pleiades per ipsum Autumnum, cùm oriente Sole vnà cum Scorpione, in quo est, ipsæ in Tauro sitæ Horizontem ex aduerso subeunt, iuxta illud eiusdem,

Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Debita quàm sulcis committas semina.——

Dico autem propriè: quoniam volunt etiam Cosmicè oriri, & occidere (tametsi minùs propriè) quod Astrum oritur, occiditve interdiu, seu donec Sol est supra Horizontem.

Acronychus autem tam Ortus, quàm Occasus est, qui spectatur propriè circa ipsum tempus occidentis Solis, seu initij noctis, vnde factum nomen (deprauatè nempe Chronicum appellant.) Nam si quod Astrum vnà cum Sole occidente occidit, Occasus est Acronychus; & si quod iterum occidente Sole (hoc enim etiam hèic inculco) ex aduerso oritur, Acronychus habetur Ortus.

Acronycho Ortu intelliguntur oriri per Autumnum Pleiades, coorientes scilicet Tauro, in quo vt dictum est, sunt sitæ, donec Sol in Scorpione degens ex aduerso occidit, iuxta illud Ouidij,

Vt careo vobis, Scythicas detrusus in oras,
Quatuor Autumnos Pleias orta facit.

Quo loco vides obiter, eundem Autumnum exprimi, à Virgilio quidem per Occasum, ab Ouidio verò per Ortum eiusdem Pleiadum. Sed videlicet prout ille Occasum Cosmicum intelligit; Pleiades enim per illud tempus manè occidunt: iste Ortum Acronychum; eædem enim tunc vespere oriuntur.

Acronychi Occasus rariora sunt exempla; nam quòd volunt quidem Sagittarium intelligi Occasu hoc occidere, cùm Lucanus expressuras crepusculum, proximè æstiuum Solstitium, ait,

——Nam Sol Ladea tenebat
Sidera, victus cùm lux altissima Cancro est,
Nox tum Thessalicæ vrgebat parua Sagittæ;

Constat non posse Sagittarium occidere tunc, nisi Cosmicè, oriente putà Sole cum Geminis; ac sortiri dumtaxat posse occasum Acronychum, dum Sol est in ipso, ac vnà cum eo occidit.

Dico verò etiam heic proprièsi nam minùs proptiè appellant etiam Acronychum ortum, & occasum illum, qui per noctem fit, seu Sole versante infra Horizontem.

Nota proinde posse tam ortum, quàm occasum Cosmicum appellari Matutinum; & tam ortum, quàm occasum Acronychum, dici Vespertinum.

CAPVT XXI.

De Ortu, Occasuque Siderum Heliaco.

QVI penes Solem attenditur reliquorum Siderum Ortus, & Occasus, is ab ipso Sole, qui Græcis est Ἡλιακὸς, *Heliacus* vocitari solet.

Occidere portò Heliacè illud Astrũ dicitur, quod, cùm priùs manè, vespereve conspiceretur, ob sui à Sole infra Horizontem versante distantiam, conspici deinceps posse desinit, ob Solis viciniam, ipsiusque Astri immersionem in Solarçis radios; vtpote quorum splendore quicquid circumquaque est, obducitur, &, vt sic dicam, euanescit.

Oriri verò illud, quòd cum priùs foret, ob Solis viciniam, eiúsque radios, inconspicuum, conspici deinceps manè, vespereve posse incipit, ob factam à Sole dissantiam, emersionemque ex eius splendore.

Causa autem, cur aliqua Sidera occidant manè, & oriantur vespere, est, quòd suo per Zodiacum, seu in ortum motu velociora sint, quàm Sol; sicque eum manè assequantur, & & vespere deserant.

Huiusmodi verò est Luna, quàm constat suo in Ortum motu & manè subire, & vespere exire ex radiis Solis.

Causa cur aliqua occidant vespere, & oriantur manè, est, quòd Sol suo motu per Zodiacum sit ipsis velocior, sicque ipsa suo splendore assequatur vespere, & deserat manè.

Huiusmodi verò sunt tam Stellæ Fixæ, quàm tres superiores Planetæ, Saturnus, Iupiter, & Mars. Celebrant autem Poëtæ præsertim occasum, ortúmque Fixarum; sic innuit Ouidius occasum Delphini, dum Sol Capricornum percurrit, illo disticho,

Quem modò calatum stellis Delphina videbas,
Is fugiet visus nocte sequente tuos.

Sic Virgilius occasum Caniś (supple maioris, quem Caniculam quoque, & Sirium, appellari iam diximus) dum Sol versatur sub finem Tauri, illis versibus,

Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit Astro.

Vti & occasum Heliacum Coronæ Septentrionalis, dum Cosmicus est Pleiadum, cuius iam meminimus, illis,

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaque ardentis decedat Stella Coronæ;
Debita quàm sulcis, &c.

Sic innuit Ouidius Aquarij ortum, dum Sol est Piscis subiturus, illo disticho,

Iam lenis obliquâ subsedit Aquarius vrnâ;
Proximus asperior excipe Pisces equos.

Et nemo penè Authorum est, qui non celebrârit Caniculæ ortum, vti & consequentes ipsum 30.40. aut 50. dies (Authores nempe varij sunt) Caniculares ex eo vocatos.

Prætereo autem, num tales dies, qui numerabantur pridem à die Iulij circiter 17. quo ortus Canis contingebat, numerari debeant etiamnum ab eodem, vt solet vulgò fieri; cùm iam ortus Canis contingat dumtaxat sub medium Augusti.

Cæterùm Planetas dixi superiores; nam duo inferiores Venus, & Mercurius aliquando oriuntur mane, & occidunt vespere; aliquando oriuntur vespere, & occidunt manè.

Causa est, quia cùm Solem circumeant, & non semper in Ortum cursum dirigant; sed aliquando etiam versus Occasum regrediantur, vt dicendum suo loco est; efficitur, vt cùm aliunde sint velociores ipso Sole: Tum assequantur illum manè, dum ab occidente adueniunt, & vespere eum deserant, dum procedere in orientem pergunt: Tum vespere in Solem incurrant, dum ex oriente regrediuntur, & manè ipsum deserant, dum ire pergunt in occidentem.

CAPVT XXII.

De partibus Temporis (cuius mensura est Primus Motus reuolutione Sphæræ designatus) ac primùm de Die.

DICTVM est antè Reuolutionem, seu motum Primi Mobilis, qui explicari per Sphæram solet, ac penes Æquatorem præsertim spectatur, mensuram esse Temporis; quamobrem incongruum non est, vt heic pauca quædam de partibus Temporis, quatenus in eiusmodi mensuram cadunt, attexamus.

Cùm verò Dies primùm occurrat, vt quo tempus notius non sit; notandum est Diem accipi bifariàm sicuri jam antè insinuatum est; primò nempe pro durationc integræ circumductionis Solis circa Terram; & secundò pro durationc, siue mora Solis supra horizontem. Priore sensu Diem Naturalem, posteriore Artificialem appellari vulgare est.

Dies Naturalis, qui etiam Νυχθήμερον, quasi *Noctidialis* vocatur, quòd tam diem artificialem, quàm etiam noctem comprehendat, aut Astronomicus est, aut Ciuilis.

Astronomicus est temporis spatium, quo reuolutio integra Æquatoris peragitur, vnà cum portione eiusdem Æquatoris respondente illi Ecliptiçæ portioni, quam interim percurrit Sol.

Nam si Sol quidem non moueretur per Eclipticam, & cum eodem Æquatoris puncto, quo à meridiano, v. c. discedit, ad meridianum

dianum rediret, cùm integra vna Æquatoris reuolutio præcisè mensuraret diem ; at quia Sol continuò promouetur, & dictum quidem vno proximè versùs ortum gradu ; hinc fit, vt puncto Æquatoris, cùm Sol discessit, ad Meridianum redeunte, Sol adhuc non redeat, sed cum vno gradu proximè posteriùs.

Proximè, inquam ; nam partim quidem propter Zodiaci obliquitatem, partim ob Eccentricitatem, de qua dicendum inferiùs est, nunc aliquid amplius, nunc aliquid minùs vno gradu addendum occurrit ; ac ex eo proinde aliqua creatur inæqualitas dierum. Nota verò obiter, cùm Sol motu mediocri percurrat diebus singulis minuta 59. ex Zodiaco, seu Ecliptica, percurrere interdum duo proximè minuta amplius ; interdum duo proximè minùs.

Ciuilis est, qui pro communi Ciuitatis, Nationisve lege, aut vsu, quod ad sui principium, finemve spectat, determinatur. Sic enim olim Babylonij diem auspicabantur ab exortu Solis (quod etiam-num Norimbergenses faciunt.) Iudæi, & Athenienses ab occasu (quod etiam-num faciunt Itali, Austriaci, Bohemi, Silesij.) Ægyptij à media nocte (quod etiam-num Mysienses, imò & nos quoque ; nisi quod videmur, vti & Germani, duplex initium facere, quaternus exactis in Meridie horis 12. ab vnitate iterùm inchoamus 12. residuas.) Vmbri à Meridie (quod etiam-num Arabes, & plærique alij.) Ne memorem Astronomos inchoare quoque diem à meridie ; nisi quod Tabulæ Prutenicæ dictæ, principium statuunt in media nocte.

Quæ insuper varietas sit dierum Festorum, Profestorum, Comitialium, cæterorúmque huiusmodi, infinitum sit dicere : cùm gens vnaquæque suos speciatim habeat.

Circa diem Artificialem, accepimus pro mora Solis supra Horizontem, illa debent sufficere, quæ dicta sunt circa positum multiplicem Sphæræ.

Addendum heic solùm dies Artificialeis inæqualiter crescere, ac decrescere, ob Zodiaci obliquitatem. Siquidem circa Æquinoctia crescunt, ac decrescunt admodum sensibiliter, quòd Arcus diurni amplificentur, contrahanturque admodùm ; circa Solstitia verò valdè insensibiliter ; quòd Arcus diurni ferè augeantur, aut minuantur nihil.

CAPVT XXIII.

De Hora.

SOLET dies proxima diuisione resolui in Horas ; & proxima compositione euadere in Hebdomadas.

Horæ vox antiqua est quidem ; sed sumpta nempè pro tempestate ; nam vsurpata posteriùs est pro parte diei vigesima quarta ; cùm Priscis vix alia ratione diuideretur dies, quàm in matutinum, meridianum, & vespertinum tempus.

Est autem genus Horarum duplex ; nam aliæ Æquales, aliæ Inæquales dicuntur.

Hora Æqualis (quæ etiam Æquinoctialis diei solet) est pars diei Naturalis vigesima quarta, seu id tempus, quo gradus Æquatoris 15. Meridianum prætercurrunt (nisi quòd exiguum fit additamentum ob causam non multò antè memoratam.) Ac tale est genus horarum, quo semper vti Astronomi, quoque omnes ferè gentes fam vtuntur.

Prætereo autem Astronomos talem horam diuidere in 60. scrupula, seu minuta prima ; & quodlibet primum subdiuidere in 60. secunda ; quodlibet secundum in 60. tertia, &c. vt supra insinuatum est : Computatores verò Annaleis diuidere horam in 4. quadranteis, seu, vt vocant, puncta ; & quodlibet punctum variè subdiuidere in ostenta, momenta, &c.

Hora Inæqualis (quæ etiam Temporaria) est pars duodecima diei artificialis, & pars item duodecima noctis ; qualibet nimirum die artificiali in duodecim parteis æqualeis diuisa, & nocte consimiliter ; adeò proinde, vt hora inæqualis dicatur, non comparata ad alias horas eiusdem diei, sed ad horas aliorum dierum ; cùm constet horas diurnas per hyemem, esse longè breuiores horis diurnis per æstatem, & horas nocturnas per hyemem, æstatemque ex opposito.

Isto Horarum genere vsi sunt Iudæi, vt ex variis Scripturæ locis intelligitur, in quibus cùm hora prima sit ea, quæ immediatè ortum Solis consequitur ; Tertia est ea, quam nos dicimus nonam matutinam (intellige verò præfertim circiter ipsum Æquinoctium) sexta, quam meridiem ; nona, quam tertiam pomeridianam ; vndecima, à qua superest vnica ante occasum Solis.

Eodem genere vsos esse Græcos vel ex eo intelligitur, quòd Achilles Tatius quærit, explicatque, cur in ea regione dieretur Sol in æstiuo Solstitio creare diem 15. horarum, in hiberno nouem : cùm in Mechanicis horologiis, hydrologiisque dies videretur perpetuò constare ex 12. horis.

Eodem quoque vsos Romanos innumera loca Authorum conuincunt : cuiusmodi sunt, v. c. illa,

Prima salutantem, atque altera continet horas;
Et, *Exercet raucos tertia causidicos, &c.*
Stertimus, indomitum quod despumare Falernum
Sufficiat, quintâ dum linea tangitur vmbrâ.

Vbi constat intelligi horam vndecimam matutinam, seu vnam horam ante meridiem.

CAPVT XXIV.

De Hebdomade.

HEBDOMADEM esse dierum collectionem omnium antiquissimam, ex Sacro textu Geneseos patet.

Illa vsos fuisse ab omni memoria omneis Orientaleis propemodùm constat : Occidentaleis autem dumtaxat à Christianæ Fide recepta. Nam Græci quidem Decade, Romani Enneade potiùs vtebantur.

Indigitauere Ethnici singulos hebdomadis dies nominibus Planetarum singulis; ac retinentur etiam-num vulgò appellationes apud nos; nisi quòd loco dici Solis, diem Domini, seu Dominicam dicimus, ob reuerentiam eius dici, qua Christus Dominus surrexit à mortuis; & loco dici Saturni, diem Sabbathi, quasi diem quietis, ob memoriam eius, qua Deus initio legitur quieuisse ab omni opere, quod patrarat.

At, cur post diem Solis sequitur dies Lunæ; post hunc dies Martis, &c. nusquàm seruato ordine, quo se Planetæ habent in Cælo?

Id intelligendum est ex circulo, cuius circumferentiâ in septem parteis æqualeis diuisâ, & ab vtroque fine cuiusque partis ductis lineis in punctum oppositum, triangula septem æquicrura creentur, in quorum cuspidibus Planetæ ex ordine colloecntur; vt videre licet in apposito schemate.

Videlicet, si ex Saturno sequaris ductum lineæ, quæ est ad Læuam, incides in Solem; si ex Sole sequaris ductum alterius, incides in Lunam; si ex Luna alterius, in Martem, atque ita porrò eo ordine, quo dies Hebdomadis nuncupantur.

Exinde etiam intelliges, qui fiat, quod putant hunc ordinem sequi ex eo dominio, quod tribuunt Planetis singulis in singulas horas. Cùm enim velint primâ diei horâ (incipiendo à meridie) dominari Planetam, qui diei nomen dat; & horâ secundâ Planetam sequentem, juxta ordinem, quem descendendo habent in Cælo ac tertiâ alium, & sic deinceps; etiam redeundo ad supremum, cùm ventum fuerit ad infimum, iuxta vulgaria hæc carmina,

Luna, & Mercurius, Venus, & Sol, Mars, Ioue, Satur,
Ordine retrogrado sibi quisque vendicat horam.

Cùm id, inquam, velint, euenìet, vt attribuendo singulos Planetas horis singulis, postquàm peruenerit ad vigesimam-quartam, sequatur pro hora vigesima-quinta, hoc est prima diei insequentis, Planeta ille, qui diei illi nuncupationem tribuit; vt circumeundo circulum descriptum, fiet manifestum.

Cæterùm in vsu Ecclesiastico, dies indigitamus nomine, ordinéque Feriarum (nisi quòd loco Feriæ primæ dicimus rursùs Dominicam; loco septimæ Sabbathum) quoniam initium veteris anni Ecclesiastici à Paschate fuit, & dies omnes Hebdomadis primæ Feriati fuerunt (vtcumque jam sint non ampliùs, quàm tres) factumque est inde, vt sequentium quoque Hebdomadum dies auspicio, ac imitatione primariæ illius, sint Feriæ vocatæ.

CAPVT XXV.

De Mense.

MENSIS est quidem propriè tempus decursus Lunaris per Zodiacum; sed hoc nomine venit etiam tempus, quo à Sole decurritur duodecima Zodiaci pars; vnde alius mensis Lunaris, alius Solaris appellatur.

Lunaris autem mensis aut Periodicus, aut Synodicus est; ac sunt, qui distinguant præterea mensem, quem appellant Illuminationis.

Periodicus est temporis spatium, quo Luna digressa ab vno Zodiaci puncto, ad idem-met redit; estque dierum 27. cum dieì proximè triente.

Synodicus, quo Luna à coniunctione cum Sole digressa, ad coniunctionem aliam redit: estque dierum 29. cum dieì proximè dimidio.

Nempe debet Luna, postquàm ad punctum redierit, in quo fuerit Soli coniuncta, duos, & ampliùs dies adhuc progredi, vt Solem, qui interea motum non intermiserit, assequatur.

Illuminationis mensem vocant illud tempus, quod fluit, ex quo primùm Luna apparet recens vesperi, quousque jam vetus manè occultetur: estque præter-propter 26. dierum.

Solaris mensis, si assumatur medius inter excessum, defectumque aliquantulum, est dierum 30. & horarum 10. proximè semisse.

Cùm Mensis porrò alius Astronomicus, alius Ciuilis distinguatur: Astronomicus est propriè Lunaris, tam periodicus, quàm synodicus; synodicus verò præsertim. Ciuiles

Ciuiles autem Menses sunt, quibus Ciuitates, Nationesque variæ pro institutis quæque suis vtuntur; nam quibusdam quidem Lunares, quibusdam verò Solares placent.

Lunaribus vsi sunt olim Iudæi, Græci, Romani, alij (vtuntur & iam Mohammedani) sed illis nempe synodicis. Quanquam quia semisses illi, & alia id genus fragmenta dierum ex vsu ciuili non sunt; idcircò familiare fuit, vt menses alternis 30. & 29. dierum haberentur, ac dicerentur Pleni, & Caui.

Solaribus vsi sunt Ægyptij, sed qui ramen essent omnes dierum 30. nam confectos quidem dies quinque ex fragmentis illis denarum horarum reiiciebant in finem anni, & confectas sex prope horas ex illis semissibus, nullo quasi habebant loco.

Dici & nos possumus vti; tametsi duodenas circuitus Solaris parteis inæqualiter in eos distribuamus; & sex illas horas quarto quoque anno solùm colligamus, habeamusque pro vno die, qui inter 23. & 24. mensis Februarij inseratur.

Præterea Iulium Cæsarem fuisse, qui annum Lunarem à Romulo vsque, Numaque acceptum, in Solarem commutans, hanc mensuram inæqualitatem partim retinuerit, partim fecerit, vti à Macrobio, aliisque narratur.

Prætero & varia apud varios Mensium nomina; cùm sit vulgare, nostrum quidem Martium, sequentesque fuisse à Romulo institutos, ac nominatos (nisi quod post Cæsaris mortem Iulius dictus est pro Quintili, Augustus pro Sextili) Ianuarium autem, Februariumque fuisse additos, sicque nuncupatos à Numa: ac notum sit Græcorum menseis dici Hecatombæonem, Antheste rionem, Elapheboliónem, &c. Iudæorum Tisri, Marcheſuan, Casleu, &c. Ægyptiorum Thoth, Paophi, Athyr, &c. ne quid de cæteris attingam.

Præteteo demùm varias dierum, partiumque mensis nuncupationes; quod genus fuere apud Romanos Kalendæ, Nonæ, Eidus; apud Græcos Neomenia, Decas, Eicas, &c.

CAPVT XXVI.

De Anno.

TAMETSI Annus accipiatur interdum pro tempore reuolutionis cuiusque Planetæ per Zodiacum (imò & interdum pro integra reuolutione Firmamenti secundùm eundem Zodiacum; quippe eam nonnulli Magnum Annum vocant) nihilominus Annus propriè est id tempus, quo Sol integrè Zodiacum perlustrat.

Distingui autem soler annus in Astronomicum, ac Ciuilem; & Astronomicus alius Vertens, alius Sidereus appellitari.

Vertens est, quo digressus Sol ab vno Zodiaci puncto (vt Æquinoctij, aut Solstitij) ad idem-met reuertitur; Sidereus, quo digressus à Sidere aliquo, ad idem-met redit.

Et cùm Sidereus sit Vertente insensibiliter prolixior, ob motum Fixarum in Ortum, quem mox insinuauimus, & de quo inferiùs dicetur; continet Vertens dies 365. cum horis 5. & minuris proximè 49.

Ciuilis est, quo Ciuitates, Nationesve pro arbitrio vtuntur, & vel spectando quidem solum motum Solis; vel adscitscendo etiam morum Lunæ, ex quo annus alius Solaris, alius Lunaris dicitur.

Solaris, aut constat perpetuò diebus 365. qualem iam insinuauimus fuisse vsui apud Ægyptios; constantem nimirùm ex duodecim tricenùm dierum mensibus, ac diebus quinque, qui dicti sunt ἐπαγόμεναι, quasi *superadiecti*.

Quo loco notandum; cùm illi nihil morarentur abundanteis illas quotannis horas propè sex; ideò solitum fuisse euenire, vt intra annos 1460. Æquinoctia, & Solstitia per omneis anni menseis, mensiumque dies decurrerent: quatenus, si hoc anno, v. g. Æquinoctium contingar in meridie diei 20. Martij, continget post annum hora 6. versspertina eiusdem dici; & rursus post annum, in media nocte insequente, & iterum post annum, hora 6. matutina diei 21. & post annum denique quartum, in meridie eiusdem diei 21. ac pari modo procedendo, post quatuor alios annos, in meridie diei 22. atque ira de cæteris.

Aut annus quisque ordine quartus constat diebus 366. intercalato scilicet die, quem inuimus iam confici ex illis sex propè horis asseruatis. Notum autem est intercalationem fieri, vt Æquinoctia, & Solstitia intra eosdem menseis, mensiumque dies contineantur, neque excurrant, vt dictum est apud Ægyptios fieri.

Notum etiam est annum illum quartum idcircò Bis-sextilem dici, quòd cùm intercalario fiat, die illo inter 23. & 24. Februarij interposito, dicatur illo anno bis, Sexto Kalendas Martij.

Horas autem prope sex dico: quandoquidem desunt 11. proximè minuta. Ex quo proinde intelligitur nimium esse, quod additur quolibet anno Bissextili; ac posse idcircò Æquinoctia, & Solstitia excurrere sensim non procedendo, sed regrediendo; atque exinde euenisse, vt cùm tempore Concilij Nicæni Æquinoctium vernum contingeret circiter diem Martij 21. deprehensum fuerit contingere, Patrum nostrorum memoriâ, circiter diem 11. eiusdem. Adeò proinde, vt anno Christi 1582. suppressi fuerint 10. dies, vt rediret ad 21.

Prætereo verò, quia hæc vocatur Kalendarij reformatio, facta est à Gregorio XIII. Pontifice Max. ideò anni formam, qua iam vtimur, dici Gregorianam, ac nouam; cùm vetus illa, quam Prouinciæ, reformationem non amplexæ, adhuc retinent (numerantes profinde Æquinoctia, Solstitia, aliaque anni tempora totis decem diebus posteriùs, quàm nos) Iuliana vocetur, quasi existens eadem-met, seu fuse vlla interruptione, quæ fuerit à Iulio Cæsare instituta.

Lunaris Annus est, qui constat ex 12. mensibus Lunaribus synodicis, seu diebus 354. cum proximè triente, siue octo horis: sicque Solari minor est diebus ferè 11. quos quia

quotannis

quotannis adjicimus, vt Lunarem cursum ad Solarem accommodemus, idcò Epactalcis, Epactaſ-ve vocamus.

Veteres, cùm Lunarem annum dierum præcisè 354. haberent; ideò reputantes deesse ad Solarem dies 11. cum quadrante, qui intra octo annos euaderent dies 90: ideo assumebant hos dies, & conficiebant ex ipsis mensem (ἐμβολισμὸν apellitatos) siue treis, dierum tricenûm, quos post tertium, quintum, octauum annos intercalarent, quemadmodum Græci; siue quatuor, qui essent alternis 22. & 23. dierum, quos alternis intercalarent annis secundo, quarto, sexto, octauo, vt Romani.

Intercalabant porrò eos Romani post diem Februarii 23, seu post Terminalia (vt minùs sit mirum, fuisse id tempus delectum ad intercalandum Bis-sextilem diem) cùm Græci potius intercalarent inter 5. & 6 menseis; vnde quia sextus mensis erat illis Posideon, mensis intercalatus vocabatur Posidcon prior. Quo modo quoque apud Iudæos intercalatus ante 6. qui Adar, prior Adar appellabatur.

Nihil hcic addendum de principio anni, quod constat extitisse semper apud varias Nationes varium. Nam cùm Egyptij haberent vagum pet totam anni seriem; cœpere Indæi Ecclesiasticum annũ à mense Nisan, seu à Nouilunio, quod fuit proximum verno Æquinoctio; & Ciuilem à mense Tisri, seu à Nouilunio, quod fuit proximum Æquinoctio autumnali. Sic cœpere Græci ab eo, quod proximum Solstitio æstiuo; Romani à Bruma, seu ab ipso hyberno Solstitio: nisi quod propter exspectatum à Cæsare, annum instituente, sequens proximè Nouilunium, vt in eo die Kalendas Ianuarii, principiumve anni desigeret, cuasi hocce anni principium (quo nos etiamnum vtimur) aliquot diebus Brumâ posterius. Sic alij aliis temporibus.

Nihil quoque addendum de diuisione anni in tempestates quatuor, aut treis, quas Ægyptij pridem habuisse leguntur (imò etiam mensеis interdum) pro rotidem annis: vt minus sit mirum, quod hominum vitam adeo longæuam, seu annorum tam numerosorum perhibuerint.

Nihil tursus de temporibus, quæ per repetitos annos mensurantur, vt Olympiade, annorum 4. Lustro, annorum nunc 4. nunc 5. Indictione, 15. Periodo Metonis, seu Cyclo Lunari, Numerove aureo, 19. Cyclo Solari, literarumve Dominicalium, 28. Iubilæo 49. aut 50. Periodo Calippi, 76. Sæculo, 100. Periodo Hipparchi, 304. Periodo Dionysij, 532. Periodo Iuliana nuper excogitata à Scaligero, 7980. Anno Magno, qui non modo, pro Reuolutione jam memorata Firmamenti, sed etiam pro Restitutione omnium rerum in eundem statum, quem initio habuerint, vsurpatus est, habitusque non modò ab Astrologis 25. 36. 49. millium annorum, sed ab aliis etiam aut pauciorum, ita quam-longissimè plurium.

CAPVT XXVII.

De Epochis Temporum.

NEcesse est Astronomis, dum cælesteis supputant motus, non modò certa Cæsi puncta, à quibus motus Siderum deducantur, supponere; verùm etiam illa quasi alligare certis momentis temporis, à quibus vsque, tanquam principiis, & capitibus, supputatio incipiat. Hujusmodi porrò principia, seu capita sunt, quas Epochas, vocant, quasi sint quædam veluti fixa determinataque, & cohibita, non vaga momenta. Dicuntur verò etiam vulgò Æræ, non tam fortè ex vsu Hispanorum vetere, quàm ex abusu, quo singularis, fœmineáque vox facta est ex plurali, neutraque Æra: sic enim vocabantur pridem ærci illi clauiculi, quibus Abaci supputatorij erant instructi. Dicuntur & Radices; quòd vt plantæ radicibus, sic temporum series Epochis inexescant.

Illustrissima porrò omnium, familiarissimáque nobis, Epoche est Natiuitatis Christi, seu Kalendæ eius Ianuarii, quem supponimus proximè insequutum Natiuitatem Christi Domini, & à quibus ad vsque Kalendas Ianuarias anni huius labentis dicimus fluxisse annos completos 1645.

Etenim, tametsi nonnulli contendant natum esse Christum non statim à Bruma, sed sub Autumnale Æquinoctium; & sint Chronologi eruditi, qui defendant natum non modò vno, sed etiam duobus, sed tribus, sed quatuor, sed quinque annis priùs, quàm hæc incipiat Epoche: Ea nihilominùs & probari, & retineri non desinit, tum propter vsum, rum quia nihil refert ad veritatem supputationis, circumstantia actionis, aut rei, quæ Epochæ nomen, aut occasionem dat; si constet modò de quoto ab heinc anno, & de quo illius momento sit sermo, cùm in ipso supponimus Astrum occupasse id punctum, à quo eius motum, seu antecedenter, seu consequenter deducimus.

Constat interim cur hanc Æram vocent vulgarem, ac Dionysianam. Vulgarem scilicet appellant, ad discrimen eius, quam reputant veram, & iuxta quam nobis numerandus foret hic annus, non supra millesimum sexcentesimum, quadragesimus sextus, sed aut 47. aut 48. aut 49. aut 50. aut. 51. Dionysianam verò ob Dionysium Abbatem, cognomento Exiguum, qui Author illius extitisse creditur, annis post Christum paullò plus quingentis: à quo vsque tempore (nisi potiùs vno, alterove sæculo pòst) cœperunt anni ab ipsa Christi Natiuitate numerari; cùm priùs solùm per Consules, per Olympiadas, ab Vrbe condita putarentur.

Cæterùm, vt aliquas alias, quibus partim in Chronologia, partim in Astronomia vsus est, attingamus: prima inter factas meritò celebratur Epoche Orbis conditi; de qua vtcumque sit insignis controuersia; videntur tamen illi propiùs ad veritatem accedere, qui condi-

tum

tum Mundum deducunt annis ante Christum (seu vulgarem Christi Epochen) 3950.

Prima autem inter prophanas meritò habetur Epoche Olympiadum; quarum initium ob instauratos ab Iphite Olympicos Ludos, pertinet ad ætatem anni ante Christum 777.

Proxima illi est Epoche Vrbis conditæ, quam communior opinio est spectare ad annum ante Christum 752.

Apud Astronomos potissima fuit semper Epoche Nabonassari, Babyloniorum, vt putant, Regis, spectans ad annum ante Christum 747. & ad diem quidem Februarij (tunè suppositi) 26. à quo vsque, coincidente cum prima die mensis Thot, supputatio fit per annos Ægyptios, quibus Ptolemæus, & alij plærique Astronomorum, etiam Copernicus, vsi sunt.

Sequitur Epoche Obitus Alexandri Magni, ad quam est consimiliter annorum Ægyptiorum vsus; pertinet autem ad annum ante Christum 324. & diem Nouembris 12.

Celebris est etiam ante Christum Epoche Iulij Cæsaris, præcedens Christi Epochen annis præcisè 45.

Post Christum autem celebris fuit Æra Diocletiani, siue Martyrum (nimirum sub eo sunt passi in Regione Copritarum, prope Nilum) dicitur verò etiam Æra Abyssinorum, & Æthiopum, pertinens ad annum Christi 283.

Itemque Epoche Arabum, alias Hegiræ, seu Fugæ Mohammedis, pertinens ad annum Christi 622. & diem Iulij 15.

Ac rursus Epoche Persarum, siue Iesdagird vltimi Persarum Regis, quem deuicit, interfecitque Othman, pertinens ad annum Christi 641. & diem Iunij 16.

Addi his potest Epoche Reformationis Kalendarij, de qua iam antè diximus, pertinens ad annum Christi 1582. & diem 5. mensis Octobris, à quo vsque habito pro decimo quinto, desunt deinceps ad annorum Iulianorum formam, dies 10.

Præterea id moris iam esse, vt tam ipsa Christi, quàm cæteræ Epochæ (imò & reliqua tempora) referantur ad seriem annorum Periodi, idcircò vocatæ Iulianæ, quòd anni, ex quibus componitur, Iuliani sint.

Illius modum vt percipias: cùm memoratus Dionysius Exiguus (ac ante ipsum quoque Victorius Aquitanus) ducto cyclo Solari 28. in Lunarem 19. obtinuisset Periodum annorum 532. quibus exactis isti cycli, qui simul cœpissent, simul rursùs inciperent; Scaliger hac Periodo in cyclum Indictionum, videlicet 15. ducta, Periodum (quæ est ipsa dicta Iuliana) obtinuit annorum 7980. quibus exactis tres hi Cycli, qui simul iterum iocœperint, simul iterum incipere possint.

Et quia, vt iam in vsu sunt huiusmodi Cycli (prout scilicet, v. g. numeramus hoc anno ex Solari 3. ex Lunari 13. ex Indictionali 14.) fieri non potest, vt incœperint, incipereve potuerint nempe si fingamus nostri anni formam retro ante Christum productam) nisi ante annos 6160. efficitur, vt cœpisse hæc Periodus intelligatur ante conditum Mundum.

Quare & extensa Periodo, deprehendemus Epochen Mundi incidere in annum Periodi Iulianæ 764. Epochen Nabonassari in 3967. Epochen Christi in 4714. atque ita de cæteris.

LIBER SECVNDVS, DE DOCTRINA THEORICA ASTRONOMIÆ.

CAPVT PRIMVM.

De Phænomenis varijs, quæ Secundorum Mobilium Theoriæ occasionem fecerunt.

VT pars Astronomiæ, de qua hactenus, Spharica doctrina dicitur à Spharra, cuius beneficio Motus Primus explicatur: sic ista, quam aggredimur, appellatur Theorica, quòd per quasdam Machinulas, aut orbicularcis figuras, quas Theorias vocare solent (fortè, quòd quadam scrupulosiore contemplatione indigeant) Secundi Motus declarentur.

Cùm principio porrò prænoscenda sint Phænomena quædam præcipua, quibus obseruatis homines cœperunt tum cogitare motus alios, præter primum, tum excogitare Hypotheseis, iuxta quas ij fieri intelligerentur; ideò adnotari hæc possunt,

Primùm vniuersè circa omneis Planetas; obseruâtunt imprimis nunc istis, nunc illis, Horizontis locis oriri, & occidere; & sub Meridianum nunc altiùs in Boream, nunc humiliùs in Austrum attolli; ac vtrumque quidem certas inter metas. II. incedere omneis nunc ocyùs, nunc segniùs. III. aliquando maiores, aliquando minores (etiam citra negotium refractionum) apparere. IV. configurari variè tum inter se, tum etiam cum Fixis: & donec quidem coniunguntur, interdum Fixas ab iis tegi; interdum ipsos à se mutuò, siue alios ab aliis; & non tamen pariter omneis respectu omnium Terræ incolarum.

Deinde speciatim circa ipsum Solem; I. Vbi occasum subiit, habere ipsum stellas conspicuas post se occasuras, quæ aliquot post dies ampliùs non apparcant; & oriturum habere ante se inconspicuas, quæ aliquot post dies appareant, & præexoriantur. II. Tendentem Solem ab Æquinoctio Verno in Autumnale, insumere dies 187. & ab Autumnali in Vernum non-nisi 178. adeò vt versetur totos nouem dies in Signis Boreis, plusquam in Austrinis. III. Pati Solem Eclipsin interdum totalem, plerumque partialem; & in Nouilunio quidem dumtaxat neque tamen omni. IV. Visum esse maximam Solis Declinationem tam in Boream, quàm in Austrum decrescere; neque enim tantam iam, quantam olim haberi.

Circa Lunam; I. Ex quo noua apparet, ipsam sic dictim remoueri à Sole, vt magis, magisque versus Stellas Orientaliores semper accedat, quousque circuitum perficiat. II. Ipsam interim variis apparere Phasibus, nempe in crescendo corniculatam, semisectam, vtrimque gibbosam; & post plenum orbem decrescendo, item gibbosam, bisectam, corniculatam euadere. III. Eclipsin interdum pati, nunc totalem, nunc partialem, & Plenilunio quidem dumtaxat; non omni, verùm contingenti ferè post sex menseis. IV. Digredi aliquando tam in Austrum, quàm in Boream, nunc non-nihil magis, nunc non-nihil minùs, quàm Solem.

Circa Mercurium, ac Venerem; I. Eiusmodi Planetas esse quasi assecias Solis; neque enim ab eo discedere procul; sed Venerem quidem vix quicquam ampliùs, quàm sesquisigno: Mercurium ne signo quidem integro. II. Ipsos aliquando antecedere, aliquando subsequi Solem. III. Esse eos interdum Directos hoc est moueri iin Consequentia, siue secundùm seriem, successionémve Signorum, vt ab ♈ in ♉, à ♉ in ♊: interdum Retrogrados, hoc est moueri in Præcedentia, siue contra Signorum seriem; vt ab ♈ in ♓, à ♓ in ♒: interdum Stationarios; hoc est apparere per aliquod tempus neque in antecedentia, neque in consequentia moueri. IV. Ipsos quoque in Austrum, ac Boream digredi, nunc magis, nunc minùs, quàm Solem.

Circa Martem, Iouem, Saturnum; I. Non esse ipsos perinde, ac reliquos duos alligatos Soli, sed ita ab eo digredi, vt interdum quoque oppositi sint, seu ab eo totis sex Signis distent. II. Fieri quidem ipsos quotannis promotiores versus Stellas Orientaliores; verùm fieri quoque aliquando Directos, aliquando Retrogrados, aliquando Stationarios. III. Tum constanter retrogrados esse, ac simul celerrimos & aspectu maximos, cùm ipsi Soli opponuntur; & spatium retrogradationis competere amplius Marti, quàm Ioui; Ioui, quàm Saturno; tempusque è contra retrogradationis competere ampliùs Saturno, quàm Ioui; Ioui quàm Marti. IV. Et ipsos denique nunc magis, nunc minùs, quàm Solem digredi in Austrum, ac Boream.

Circa

Circa Fixas denique; non tueri eas semper eandem à punctis Æquinoctialibus distantiam, sed tendere quoque lentissimè in consequentia; & (vt visum quidem aliquibus est) inæqualiter, hoc est nunc velociùs, nunc segniùs. Nam Spicam ℿ, v.c. quam Timocharis non longè ab obitu Alexandri obseruauit præcedere punctum Æquinoctij Autumnalis octo gradibus; obseruatam esse ducentis pòst annis ab Hipparcho, præcedere tantum sex; & 260. pòst à Ptolemæo, non multò ampliùs gradibus tribus; ne adiiciam hoc tempore, seu annis 1500. pòst, obseruari subsequi ipsum idem punctum gradibus propè 19. Quo modo quoque Stella prima Arietis, quæ Timocharidis tempore distabat solùm ab Æquinoctio Verno duobus gradibus, deprehenditur iam distare vltra gradus 28. & dictum antè obiter est stellam in extrema cauda Cynosuræ, Polarem vocatam, distare solùm iam à Polo duobus gradibus, cum paullò ampliùs semisse, quæ tempore tamen Hipparchi distabat vltra 12. atque ita de cæteris.

CAPVT II.

Varia genera Hypotheseon saluandis, siue explicandis huiusmodi Phænomenis.

HÆc igitur sunt, aliaque id genus, quæ qui fieri possent, apparerentve, vt explicaretur, varij varia commenti sunt.

Vniuersè supposuerunt omnes (Pythagoras verò, ac Plato imprimis) tametsi nobis Cælestes motus inæquabiles, irregularesque appareant, debere tamen æquabiles regulareisque secundùm se esse (neque enim difformitatem aliquam competere posse corporibus cælestibus, immortalibus, ac diuinis.) Quare & quæsiere quomodo per motus circulareis, æquabileisque saluari apparentia possent.

Et quia generale fuit, vt id conarentur vel ex suppositâ quiete, vel ex suppositò motu Terræ, sicque haberi potest duplex vniuersè Hypotheseos: idcircò, cùm sequenti libro de posteriore (seu iuxta quam, Terra mouetur) dicendum sit; cognoscendum paucis heic est, quàm multiplex facta sit prior.

Suppositâ ergo Telluris quiete, Hypotheseos prima fuit Anaxagoræ, Democriti, quorumdam aliorum, qui censuerunt Astra moueri liberrimis spatiis, ac nullas proinde esse Sphæras solidas, quibus alligentur; nullum Primum Mobile, à quo abripiantur; nullum Motum secundum, quo ipsa ferantur in Ortum; sed competere solùm ipsis motum simplicem in Occasum; ac illa apparere moueri in Ortum quæ feruntur segniùs in Occasum; sicque cùm stellæ Fixæ ferantur omnium velocissimè in Occasum, circuitúmque absoluant intra horas 24. Lunam v.c. ferri omnium segnissimè, non absoluentem putà circuitum, nisi intra horas proximè 25. Atque adeò non ipsam proprio motu moueri versus Stellas Orientaliores; sed deferi potiùs à Stellis magis Occidentalibus: neque rem carere exemplo in iis, qui ad eandem metam inæquali cursu contendunt.

Hisce adstipulati sunt recentiorum quidam, qui & addiderunt fieri motus Siderum, ac Errantium præsertim, non directè, seu per circulos parallelos versus Occasum, sed obliquè, siue per Spiras; & ex hoc esse, cur ex Austro in Boream, ex Borea in Austrum sensim promoueantur.

Debuerunt autem etiam addere Planetas cùm retrogradi, v. c. apparent, debere cursum intendere, mouerique celeriùs, quàm Fixas; & tunc apparere maiores, quòd cursum demittant, siue propiùs Terram ferantur: aliaque id genus similia.

Altera Hypotheseos eorum fuit, qui censuere Astra illigata, seu quasi implantata esse Sphæris solidis, ad quarum motum circumferrentur, & vnà cum ipsis abriperentur (si in inferioribus quidè forent) à Mobili supremo, seu primo.

Atque hi quidem propriè fuere, qui inuexere Secundos motus; supponentes nempe non posse vni, & eidem mobili duos per se motus competere solùm; cùm vnus per se fuerit, competere posse alium ex accidenti, siue ab extrinseco; vt dum Nauta à prora in puppim, idque, v. c. in Austrum mouetur per se: nam interim ex accidenti, seu ad motum nauis mouetur in partem contrariam, videlicet in Septentrionem.

Cùm ipsi porrò Sphæras totaleis singulorum Planetarum in plures Sphæras, orbeisve partialeis subdistinxerint; aliqui tamen fecere omneis istos orbeis *Concentricos*, hoc est idem cum ipsa Terra, siue Mundo centrum habenteis; aliqui verò aut ex toto, aut ex parte *Eccentricos*, hoc est centrum extra, seu aliud habenteis, quàm Terram, aut Mundum.

Hypotheseos Concentricorum inducta fuit ab Eudoxo, à Calippo autem, & Aristotele amplificata.

Nam Eudoxus primùm, præter Sphæram Inerrantium singularem, attribuit Soli Sphæras partialeis treis, Lunæ totidem, singulis aliorum Planetarum quatuor; & ea quidem lege, vt suprema quæque in omnibus Planetis sequeretur motum Sphæræ Inerrantium, siue primi Mobilis (neque enim aliud ab ea agnoscebat) succedens ferretur in Ortum secundùm longitudinem; tertia faceret varietatem latitudinis; quarta, quibus adesset, faceret librarione quadam directionem, & retrogradationem. Ille proinde Sphæras Planetarum 26. numero statuit.

Calippus autem nullam quidem Sphæram adiunxit in Saturno, ac Ioue, sed in ipsis Marte, Venere, ac Mercurio singulas; in Sole, atque Luna binas. Quo consilio, reticent omnes. Ille proinde Sphæras Planetarum 33. numero fecit.

Aristoteles denique singulis Planetarum Sphæris, quæ non sequerentur motum Inerrantium, adiecit alias totidem, quas & Reuoluenteis vocauit, quòd cæteras reuoluerent, easque Inerrantium motui conformarent (nisi quòd Lunæ, vt infimæ nullos Reuoluenteis necessarios censuit.) Quare & Calippicis super addens 22. constituit Planetarum

Sphæras numero 55. & vniuersè Cælesteis Sphæras (adiuncto primo Mobili, seu Sphæra Inerrantium) numero 56.

Cùm dici inter cætera ex hac Hypothesi non posset, quorsum Planetæ nunc maiores, nunc minores conspicerentur, (neque enim motu ipsorum exsistente concentrico explicari res potuit per minorem, maioremque à Terra distantiam) censuit, qui superiore sæculo renouauit Concentricos, ipsosque Circumducenteis, Circitores, Anticircitores, Contrauectos appellitauit Fracastorius, censuit, inquam, posse id saluari dicendo Planetas maiores, minoresque apparere pro conditione partium Cæli, quas peruadunt, quæque refractionem, instar vitrorum variè figuratorum, sic variant, vt talem magnitudinis apparentis varietatem inducant.

Omitto autem ipsum multiplicasse Sphæras Planetarum ad vsque 63. attribuentem nempe Soli 4. Lunæ 7. Marti 9. Saturno 10. Mercurio, Veneri, ac Ioui, singulis 11. & præter Sphæram Inerrantium, adiecisse 5. ad variandum ipsius motus; ac insuper Mobile primum; adeò vt ex eius sententia sint Cælestes Sphæræ numero 70.

Hypothesis Eccentricorum videretur quidem referenda esse ad Pythagoreos; sed quia illi eâ vsi sunt ad motum Terræ explicandum; idcircò quod spectat ad communem sententiam, videtur omninò authores habere tum Hipparchum, quatenus illam Homocentricorum farraginem ferre non potuit; tum Ptolemæum maximè, quatenus Planetarum Theoriam per Eccentricos declarauit.

CAPVT III.

Hypothesis Ptolemaica, seu communis, quæ est per Eccentricos, & Epicyclos.

AC fuit quidem Ptolemæus ea moderatione; vt contentus fuerit describere Planetarum vias per circulos Eccentricos; at quia inualescente opinione de soliditate Sphærarum Cælestium requirebatur sollicitè, quî starent earum soliditas cum eccentricitate posset; ideò à 200. iam annis cepit Georgius Peurbachius taleis Sphæras excogitare.

Est heic Sphæra quæpiam totalis, v.c. ipsius Solis, quæ centro Mundi, Terræve exsistente A, concentrica sit tam secundùm extimam conuexamve superficiem B, C, D, E, quæ ambitur à Sphæra Martis, quàm secundùm intimam, siue concauam F, G, H, I, qua ambit Sphæram Veneris. Assumatur punctum K, & ex ipso, vt centro, conceptoque aliunde Sole prope extimam superficiem in L, ducantur duo circuli, qui eum complectantur; constat profectò orbem totalem sic discretum iri in partialeis treis, vt extimus, & intimus futuri sint crassitudinis inæqualis, & medius ille inter ipsos quasi excauatus, æqualis.

Et quia iste medius est descriptus totus (hoc est tam secundum conuexam, quàm secundùm concauam sui superficiem) ex centro alio, quàm ipsius Mundi; idcircò ipse est, qui propriè, ac simpliciter appellatur Eccentricus; cæteri autem duo appellantur Eccentrici secundùm quid, quatenus non-nisi secundùm alteram sui superficiem Eccentrici sunt, extimus putà secundùm concauam, intimus secundùm conuexam.

Iunctis portò centris per lineam traductam B D, & ductâ ipsi ad rectum, ac per centrum Terræ A, lineâ C E; tum distantia inter duo centra A K, dici Eccentricitas solet; punctum L, quod in Eccentrico remotissimum à Terra est, Apogæum, itemque Aux, & summa Apsis; punctum M, quod proximum, Perigæum, itemque Augis oppositum, & ima Apsis; linea ipsa B D, vel L M, linea Apsidum, & ipsa C E, vel N O, linea Mediarum longitudinum, quasi cùm Sol motus per Eccentricum L N M O, summè à Terra elongetur in L, minimùm in M; elongatio in N, & O, sit mediocris.

Scilicet volunt Eccentricum, cùm solidus sit, reuolui ipsum intra illos duos orbeis inæqualeis; ac Solem ipsi illigatum implantarumve,



vnâ

vnà conuolui. Vocatur autem medius ille, qui à centro Solis describi concipitur circulus, Deferens Solem; vti & crassorum Orbium exterior, Deferens Apogæum; interior, Deferens Perigæum.

Adnota verò, solum circulum Deferentem Solem retineri ex tota ista compagine, à Ptolemæo, ac ipsum propriè esse, qui intelligatur, & vocetur Eccentricus, nempe quatenus ipsa est Solis via, quam pari ratione habes in sequente schemate cum Eccentricitate, & Apsidum, Mediarumque longitudinũ lineis. Circulus autem ille exterior, & concentricus intelligendus est repræsentare Firmamentũ, aut extimũ Cælum.



Esto & alia Sphæra totalis, v. c. Iouis, quâ, superioris instar, distinctâ in orbeis treis, describatur intra crassitudinem Eccentrici simpliciter circellus P Q R S. Is circellus est, quem Epicyclum vocant, & quem moueri quidem volunt vnà cum Eccentrico secundùm ductum L N M O; sed interim tamen reuolui circà proprium centrum L, ac exsistentem in sui superficie Planetam circumvoluere secundùm ductum P Q R S.



Quin etiam appellant punctum supremum P, Apogæum Epicycli; R infimum, Perigæum eiusdem; puncta, Q & S, Elongationes maximas; & circulum illum L N M O, quem centrum Epicycli describere concipitur, Deferentem Epicycli.

Adnota heic rursùs hunc circulum esse, quem solum Ptolemæus retinet, vnà cum Epicyclo Planetam vehente; vt intelligis ex sequente schemate, in quo iterum circulus exterior refert Firmamentum, Cælumve supremum.

Præterea stitem, quod ille censet, posse per Concentricum cum Epicyclo, idem explicari, quod per solum Eccentricum; ac rursus per Concentricum, cum duplici Epicyclo, idem, quod per Eccentricum cum Epicyclo vno, facile esse intellectu: quatenus ipsum corpus

Planetæ apparet ſemper eandem viam circa centrum Mundi (à quo perinde nunc remotiùs, nunc propiùs, nunc mediocriter diſtans efficitur) tenere.

Enim verò, vt Hypotheſis iuxta ſpecialeis Planetarum, Firmamentique Theorias declaretur, paullò vberiùs, & quæ recitata Phænomena ſunt, explicentur diſtinctiùs; age ſingulas paucis attingamus.

CAPVT IV.

De Theoria Solis.

VT exordium verò ducamus à Sole, tanquam Principe, ac Moderatore cæterorum Luminum; reperatur primùm huiuſmodi ſchema,

Sit A centrum Terræ, ſeu Mundi, ex quo deſcribatur B C D E, repræſentans Eclipticam in primo Cælo (aut ſi velis in Firmamento) ſub qua, & Signis in ea deſcriptis, annuo motu moueatur Sol. Sit autem Eccentricus, qui hoc motu, & ipſo quidem exiſtente æquali, deſcribitur, circulus F G H I; eiuſque centrum R. ducatur linea Apſidum, quæ centra connectat, B D; ſitque Eccentricitas A K; Apogæum F; Perigæum H; & linea Mediarum longitudinum ducatur C E, tranſiens per centrum Mundi A.

Hoc poſito; cùm Sol moueatur æquabili motu per Eccentricum; ſi oculus quidem noſter exiſteret in centro K, obſeruaret haud-dubiè illum moueri ſub Ecliptica æquabiliter: at quia videt illum ex A, ideò apparet ipſi Sol inæquabiliter moueri.

Diſcedat Sol, ex. gr. ex Apogæo F, & perueniat ad L; tunc oculus ex K, videret illum quaſi occupantem in Ecliptica locum M; at ex ipſa Terra, apparet quaſi occupans N. diſcedat ex Perigæo H, & perueniat in O: ex K, videretur in P; at ex A, videtur in Q; & ita de cæteris locis.

Linea

Linea porrò K M ; & quælibet alia procedens à centro K (vt K R , K S , &c.) in Ecliptica, vocatur linea Medij motus ; linea autem A N, & quælibet alia à centro A , ductà (vti AC , AT, &c.) in eandem Ecliptica , linea Apparentis , siue Veri motus.

Nempe Medius motus appellari solet progressio Solis à principio ♈ , seu Verno Æquinoctio , ad vsque illam priorem lineam, vt puta arcus ♈ P M. Apparens autem , seu Verus , eadem progressio ad vsque posteriorem hanc ; vt puta arcus ♈ BN. Et tametsi procliue foret, vt motus Verus diceretur idem, qui Medius ; solent tamen Astronomi eundem dicere Apparentem , ac Verum ; ex eóque fit vt etiam Punctum N , appelletur locus Solis Verus ; & punctum M, locus Solis Medius.

Differentia illa inter motum Medium , ac Verum , arcus scilicet M N , appellari solet Æquatio ; & facta etiam iam familiari voce , Prostapharesis , qua *Additio* simul , & *Subtractio* significatur ; quoniam habito per obseruationes motu Veto , talis differentia ipsi nunc addenda, nunc detrahenda est, vt eliciatur motus Medius : Addenda quidem , Sole descendente ab Apogæo in Perigæum ; quoniam Verus motus Medium sequitur ; subtrahenda verò , Sole ascendente à Perigæo in Apogæum ; quoniam Verus motus Medium antecedit. Oppositum autem faciendum est, cùm motu Medio habito, inquiritur Verus.

Vides interim Sole existente in Apogæo, aut Perigæo , nullam esse Prostapharesin ; quia tunc ambæ linea Veri , ac Medij motus concurrunt ; & Prostapharesin aliunde esse maximam , Sole existente in alterutra Mediarum longitudinum G, aut I ; ac tantò semper esse minorem , quantò propior est Apogæo , aut Perigæo.

Præterea verò arcum interceptum inter Apogæum, & locum Medium Solis, id ipsum esse , quod vulgò vocant Anomaliam Solis mediam (Argumentum etiam appellant) interceptum autem inter Apogæum , & locum Solis verum, Anomaliam veram.

Præterea quoque ; tum Apogæum Solis (quod repertur hoc tempore non longè ab initio septimi gradus ♋) progredi motu admodum lento in consequentia (annis scilicet singulis dodrante dumtaxat vnius minuti) tum ipsam Excentricitatem reputari varietati obnoxiam ; adeò vt, cùm iam compertum esse pars semidiametri Eccentrici proximè vigesima octaua ; reputetur lentè , & aliquo vsque increscere, decrescereque.

Hoc nota , cùm Ecliptica contineat 360. gradus ; & Sol non percurrat illum integrè, nisi diebus 365. & horis 5. ac minutis proximè 49. idcircò Solem singulis diebus non conficere motu Medio gradum integrum ; sed solùm minuta 59. & 8. secunda : cùm aliunde motu apparente, seu Vero conficiat , in Apogæo quidem 57. minuta dumtaxat ; & in Perigæo gradum vnum , cum minuto vno pauculisque secundis.

CAPVT V.

De Theoria Lunæ.

SEQVITVR dicamus de Theoria Lunæ, in qua , & cæteris , qui supersunt Planetis, attendendus est non modò Longitudinis , sed etiam Latitudinis motus.

De priore autem vt priùs dicamus , & crassiores illos orbeis nihil moremur ; esto in sequente Figura A centrum Mundi ; B C D E Ecliptica ; F centrum Eccentrici (quod mobile sit circa centrum Terræ) GNMO Eccentricus ipse ; A F Eccentricitas ; E L Eccentricitas dupla : G Apogæum Eccentrici ; M Perigæum ; G M linea Apsidum; C E, vel N O linea Mediarum longitudinum; P Q R S

T G



C 3 Epicyclus

Epicyclus Lunæ, cuius est G centrum; ☽ aut R Luna in superficie Epicycli.

Triplex heic attendendus Motus. Primò Apogæi in antecedentia (hoc est à G, in T, V, &c.) regulariter super centro Mundi, diebus singulis graduum 21. minut. 22. ita vt periodus eius absoluatur intra dies 32. hor. 5. min. ferè 5.

Secundò centri Epicycli in consequentia (hoc est à G, in X, Y, &c.) regulariter quoque circa centrum Mundi, diebus singulis graduum 13. min. 11. ita vt periodus eius absoluatur diebus 27. hor. 7. min. 43. & hic propriè sit, quem superiùs diximus Periodicum mensem.

Tertiò ipsius Lunæ in Epicyclo, supernè quidem in antecedentia (h. c. à P, versus Q, R, infernè verò in consequentia (h. e. ab R versus S P) regulariter circa punctum L, quod opponitur Eccentrici centro, diebus singulis grad. 13. min. ferè 4. ita vt periodus eius absoluatur diebus 27. hor. 13. min. ferè 9.

Exsistente centro Epicycli in ipso Eccentrici Apogæo G, dum vtrumque subest, v. c. initio ♋, in quo etiam supponatur versari Sol; quia linea Medij motus Lunæ est ea, quæ ducitur à centro Mundi per centrum Epicycli; idcirco coibunt in vnam, linea motus Apogæi, ac linea motus Medii (imò & linea quoque motus Veri; si Luna quidem fuerit in ☽; cùm linea Veri motus ea sit, quæ ducta à centro Mundi per ipsum corpus Lunæ transit) ac denique etiam linea Medii motus Solis, quasi exsistentis in B. Suppono autem locum tam Medii, quàm Veri motus Lunæ, supputari, sicut in Sole, à principio ♈.

Perueniat Apogæum ex G, in T, facto Eccentrici centro Z; peruenerit centrum Epicycli in X; sicque erit A T linea Apogæi; ∧ α linea Medii motus; ∧ β linea Veri motus; linea autem Medii motus Solis A B erit omninò media inter lineas Apogæi, & Medii motus Lunæ; quòd, licet Apogæum procedat segniùs dictim duobus circiter gradibus, quàm centrum Epicycli; Sol tamen vnum circiter gradum in consequentia dictim percurrens, illum detrahat motui centri Epicycli, apponat motui Apogæi.

Nora verò gradum, quo Sol insequendo Lunam dictim promouetur, causam esse, cur Luna ad eandem rediens periodum, non ampliùs ibi reperiat Solem, sed debeat adhuc duos & ampliùs dies incedere, vt eum assequatur, ipsique rursùs congrediatur; sicque cum mensis Periodicus sit dierum 27. ac ferè trientis; Synodicus fiat dierum 29. ac dimidij, cum horæ proximè dodrante; vt superiùs iam adnotatum fuit.

Perueniat porrò etiam Apogæum in V, in ♑, in ♑, centro Eccentrici facto ♑, ♑, L; peruenerit & centrum Epicycli in Y, ♑, ♑: & Luna perueniens ad ♑, totum circumierit Epicyclum; ac linea Medii motus Solis A B intermedia semper incesserit, &c.

Quod de hac autem Schematis mediocre dico; idem & de alis pari proportione est intelligendum; vtcumque Epicycli ducti in ipsa non sint; neque item linea, occultique circuli designantes varios Eccentrici situs; ne nimia intricatio, confusióque inde crearetur.

Exinde interim colligere licet, centrum Epicycli occupare semper Apogæum Eccentrici in omni Coniunctione, & Oppositione media cum Sole; & Perigæum in Quadraturis; & reliqua loca intermediis proportione temporibus; adeò proinde, vt bis in mense totum Eccentricum percurrat.

Exsistente rursùs Epicyclo in X, Elongatio Lunæ à Sole est G X; & duplum illius, seu distantia Lunæ ab Apogæo T X; quæ cùm diceretur in Sole Anomalia, seu Argumentum; dici heic solet Centrum Lunæ.

Argumentum autem hoc loco vocatur distantia ipsius corporis Lunæ exsistentis v. c. in ♑, ab Apogæo Epicycli, aut Vero, quod heic est ∧; aut Medio, quod heic est μ (hoc autem designatur per lineam eductam ex puncto K, quod centro Eccentrici opponitur) vnde & illud Argumentum Verum; hoc autem Medium appellatur.

Cùmque arcus ∧ μ dicatur Prosthæresis, seu Æquatio centri; tum α β dicitur Æquatio Argumenti. Et cùm illa addatur ad Argumentum medium, vt habeatur Verum, si centrum Lunæ fuerit minus sex Signis; subtrahatur, si maius; ista ex opposito, subtrahitur, si minus; additur, si maius.

Vt taceam illam esse nullam, si centrum Epicycli fuerit in Apogæo, vel Perigæo Eccentrici; hanc nullam, si Luna fuerit in Apogæo, Perigæove Epicycli; Ac rursùs, illam maximam esse, paullò infra medias longitudines, vt ♑, Epicyclo exsistente in ♑: istam maximam, cùm centrum Epicycli est in Perigæo excentrici, ac Luna in contactu Peripheriæ Epicycli, & lineæ ductæ ex centro Mundi, vt C ♑, Epicyclo in Y.

Taceo &, cùm ipsa diameter Epicycli exsistentis in Perigæo Eccentrici appareat major, quàm in Apogæo, vt vel arguit ipsum discrimen inter arcum Zodiaci ♑, quem diameter occupat in Perigæo; & arcum ♑, quem in Apogæo; ac proportione aliunde seruata in locis intermediis; idcircò totam diuersitatem distribui solere in particulas 60. quas appellant Scrupula, seu minuta proportionalia; vt proportione diuersitatis addiciatur, quod congruum est, ad æquationem argumenti.

Taceo denique ipsum corpus Lunæ, vbi descendendo ex Q per ♑, ♑, ♑ peruenerit ad ♑; & exinde pari ratione per medietatem aliam pedierit ad Q, intelligi descripsisse non circulum, sed speciem quamdam ellipseos, seu ouatam lineam. Atque hæc sunt quidem capita præcipua Longitudinis motum attinentia.

Quod ad Latitudinis motum spectat; notandum est, vt vis Solis, seu Ecliptica Æquatorem obliquè intersecat in duobus oppositis Æquinoctialibus punctis: sic Orbitam Lunæ, seu descriptum Eccentricum, non iacere directè sub Ecliptica, sed eam obliquè intersecare in duobus oppositis punctis, quos Nodos appellant; & Ascendentem quidem, quo ex Austro in Boream; Descendentem, quo ex Borea, in Austrum transitur.

Et cùm id sit commune Lunæ, cum Planeris

tis cæteris ; tum eius est proprium, vt Nodus Ascendens hac forma ☊ pingatur ; & Descendens hac ☋ ; & ille Caput, iste Cauda Draconis vulgò appelletur. Fortè, quòd vt Draco, serpensve tenuetur in caput, & caudam, tumescit in ventrem ; ita spatium dimidio Orbitæ Lunæ, ac Ecliptieæ comprehensum tenuetur ad Nodos, tumescat ad medium, quà limes est, maximaue digressio ; vt ex hac figura intelligitur.

Notanda verò heic solùm duo ; Vnum, cùm Luna à Nodo discedens acquirat paullatim latitudinem, quousque ad limitem Boreum, Austrinumve peruenerit ; maximam latitudinem, distantiamve, quam in vtrovis limite obtinet, esse graduum quinque.

Alterum, Nodos non esse fixos in certis Ecliptieæ punctis ; sed progredi sensim in antecedentia ; & dietim quidem paullò ampliùs, quàm tribus minutis ; adeò vt circuitum absoluat intra 19. ferè annos : vnde exsistit, quem superiùs & Cyclum Lunarem ; & Numerum aureum, & Periodum Meronis appellauimus. Solet autem propterea fingi seu orbis, seu circulus concentricus Mundo, qui dicitur Deferens Nodos.



CAPVT VI.

De Theoria trium superiorum Planetarum, nempe Saturni Iouis, & Martis.

QVod horum trium motus non formâ, sed quantitate sola discrepent inter se ; ideò sufficiat vniuersè pro illis huiusmodi schema,

In ipso, A est centrum Mundi ; B C D E, Ecliptica ; F centrum Eccentrici ; G H I K Eccentricus : L centrum circuli Æquantis vocati, tantum distans à centro Eccentrici, quantum hoc à centro Mundi ; M N O P Æquans ipse, Eccentrico æqualis, & in plano eodem cum ipso. Æquans autem hic siue orbis, siue circulus inducitur, quòd huiusmodi Planetarum motus in Eccentricis, & Epicyclis æquabiles, regularesve sint, non super suis centris, sed super alieno ; huius nempe Æquantis centro. G Apogæum Eccentrici ;



I.Perigæum,M Apogæum Æquantis ; O Perigæum : B D linea Apſidum ; C E linea Longitudinum mediarum,QRST Epicyclus;G illius centrum ; R Planeta in ſuperficie Epicycli.

Triplex autem heic attenditur motus. Primus Apogæi in conſequentia. Hic autem fit, non ſemper ſub Ecliptica , quemadmodum in Sole ; non accedendo , recedendove ab illa , quemadmodum in Luna ; ſed ſecundùm parallelum Eclipticæ circulum ; adeò vt habeat quidem diuerſum centrum , ſed eundem tamen axem ; neque aliam periodum , aut irregularitatem , quàm tribuendam Eclipticæ, cùm de Firmamento agetur , obtineat.

Secundus Eccentrici, ſeu mauis centri Epicycli G,in conſequentia;h.e.à B,in C,D,E. Hic autem fit obliquè ad Eclipticam , & ad circulum motus Apogæi ; ac ſecat illorum axem non in centro , ſed verſus Eccentrici Perigæum ; vnde & maior Eccentrici pars remanet verſus Apogæum.

Eſt verò Diurnus Motus, in Saturno minutorum 2. in Ioue , minut, 5. in Marte , minut. 31'. & Circulus totus peragitur,in Saturno , annis Ægyptiis 29. diebus 169. in Ioue annis Ægyptiis 11. diebus proximè 316. in Marte , anno 1. diebus proximè 322.

Tertius Epicycli , ſeu mauis Planetæ in ſuperficie Epicycli ; & ſuperiore quidem eius parte (ſecus ac in Luna) in conſequentia , vt putà in Q, R , S ; inferiore in antecedentia, vt putà in S, T, Q.

Eſtque dictim, in Saturno, minut. 57. in Ioue, 54. in Mar te, ferè 28. & periodus eius abſoluitur, in Saturno, anno 1. & diebus 13'. in Ioue,anno 1. & diebus ferè 34. in Marte , annis 1. & diebus ferè 60.

Eſto Epicycli centrum in V ; Apogæum Epicycli medium X,deſignatum putà per lineam ex centro Mundi : Erit tum linea Medii motus L Z ; linea Veri motus Epicycli (ſeu medii Planetæ) A α , & arcus ♈ B Z motus Medius ; arcus ♈ B α , Verus. Et cùm linea Veri loci Planetæ exſiſtentis in β ſit A γ , ideò Verus Planetæ motus erit ♈ B γ.

Cùm autem diſtantia ab Apogæo Eccentrici appellari heic quoque ſoleat non tam Anomalia, aut Argumentum, quàm Centrum Epicycli, illudque aut Medium,vt B Z,aut Verum, vt B α ; tum heic etiam ſpecialiter Argumentum dicitur diſtantia Planetæ ab Apogæo Epicycli, Medium à Medio, vt arcus X β ; Verum à Vero, vt arcus Y β.

Vt præteream heic eodem modo accipi Proſtaphæreſin, ſeu Æquationem Centri , arcum videlicet α γ ; & Minuta proportionalia ex diuerſitate apparente diametri Epicycli ; & tempus , quo Æquationes ſunt aut nullæ , aut maximæ & quo addendæ , aut ſubtrahendæ ; & ſi qua ſunt huiuſmodi ; eodem , inquam , modo heic accipi , quo dictum in Luna ; vt vel ex ipſa Schematis inſpectione intelligi poteſt.

Quanquam non eſt exiſtimandum , cùm Epicyclus, illiuſue centrum ex G, peruenit ad V, Planetam eſſe ſolùm promotum per ſuperficiem Epicycli ex R, aut Y , in β , & cùm ad H, in δ ; & cùm ad I , in ε ; ſiquidem priuſquam Epicyclus Saturni, v. g. peruenerit ex G , ad I , ipſe Planeta Epicyclum totum percurrit proximè quindecies. Quamobrem Planeta eo ſine dumtaxat in iis locis depictus eſt, ac præterea in ζ, cùm Epicyclus peruenit ad ε, vt mox dicta intelligantur ; vtque præterea videas quomodo , cùm Epicyclus peruenit ad I, Planeta eſſe poſſit in Perigæo Eccentrici ; & Epicycli ſimul.

Quod mirabile interim heic eſt , ipſa eſt conſenſio reuolutionis Planetæ per Epicycli ſuperficiem , cum ipſo Sole ; ſiquidem talis reuolutio completur præcisè tanto tempore, quantum eſt ex vna Coniunctione , aut Oppoſitione Media cum Sole ad aliam ; adeò vt in omni Coniunctione Media , Planeta exſiſtat in Apogæo medio Epicycli ; & in omni Oppoſitione , ſit in Perigæo ; ſicque tantum ſemper diſtet Planeta ab Apogæo medio Epicycli , quantum linea Medii loci Solis à linea Medii motus Planetæ ; ac ſubtrahendo proinde Medium motum Planetæ ex Medio motu Solis , Argumentum Medium Planetæ remaneat.

Ex quo licet intelligi, quantò centrum Epicycli circuit tardiùs Eccentricum , veluti in Saturno , tantò Epicylum Planetamve in ipſo reuolui celeriùs ; Sol nempe Planetam aſſequitur citiùs. Ac licet rursùs intelligi , Medium Planetæ motum iunctum Motui eius in Epicyclo , æquari Medio motui Solis.

Ad Latitudinem quod ſpectat ; dependet ea quidem ex obliquitate , qua ſe habet Planetæ Orbita , ſeu Eccentricus ad Eclipticam ; ſed contingit nihilominùs ipſam augeri , vel minui ex inclinatione , obliquationeque Epicycli non fixa , ſed mutabili , libratilique.

Vix autem poteſt Latitudo maxima peruenire, in Saturno quidem, ad gradus 2. & min. 50. in Ioue ad gradum 1. & min. item 50.in Marte demùm ad gradus 7.

CAPVT VII.

De Theoria duorum Inferiorum Planetarum , Veneris nempe, & Mercurij.

HOsce duos quoque coniunctim ſpectamus propter formam motus communem, qua à memoratis tribus diſcrepant.

Et primùm quidem iſtis quòque duobus, tam Eccentricus , quàm Epicyclus competunt ; verùm linea Medii motus ipſorum non diſcedit vnquam à linea Medii motus Solis; ſed ita eſt vna eademque cum ipſa , vt Epicyclorum centra lineæ Medii motus Solis veluti illigata ſint ; neque poſſint proinde Planetæ longius euagari à Sole, quàm ipſi illorum Epicycli patiuntur; ſecùs profectò,ac Superiores, qui propter diuerſas Medii motus lineas, etiam ad vſque ipſam cum Sole oppoſitionem, à Sole diſcedunt.

Exinde



Exinde interim fieri constat, vt non alium Medium longitudinis motum, quàm Sol habeant; vtque ratione huiusce motus sint semper cum Sole coniuncti; ac eadem proinde periodo, vnius anni scilicet, Excentricum suum vterque percurrant. Quæ omnia intelligi, vel ex sola huius figuræ inspectione possunt.

Et conueniunt quidem rursùs cum Superioribus, vt in superiore Epicycli parte, secundum, in inferiore, contra successionem Signorum moueantur: ac rursùs, vt habeant in ipso Epicyclo Apogæum tam Medium, quàm Verum, à quo ad ipsorum vsque corpora accipiatur, numerenturve Argumentum tam medium, quàm verum; & pari proinde ratione Prostaphæresis, æquatiove tam centri, quàm Argumenti; adhibitis quoque minuris proportionalibus vsurpetur: Verùm differunt, quòd donec versantur non modò in Apogæo, sed etiam in Perigæo, sint cum ipso Sole coniuncti; vti vel ex eadem figura mox adhibita intelligitur.

Quod superest autem, Veneris Theoria non alia est à Theoria trium Superiorum; quippe ex iisdem orbibus constat, Eccentrico nempe, ac Epicyclo, & Æquante. Quare & eadem vti figura, quæ pro illis est vsurpata licet; si modò lineam Medij motus Solis, vnà transferri, & transire semper per Epicycli centrum concipiamus.

Mercurij verò Theoria eo solùm differt, quòd inter duos orbeis crassos, Eccentricusve secundùm quid, concipiant alios duos itidem inæqualeis, & inter duos illos collocent Æquantem; inter duos istos Deferentem Epicyclum, seu Eccentricum propriè appellatum, cuius centrum mobile sit in superficie circelli tangentis Diametro sua centrum Æquantis, & centrum Mundi; eo penè modo, quo de centro Eccentrici Lunæ in superficie circelli circumducto declaratum est; vnde pcque noua figura hoc videtur opus.

Præterea porrò motum Veneris in Epicyclo esse dictum grad. 1. min. 36. ac totam proinde ipsius Periodum absolui intra dies proximè 225. seu menseis 7. cum semisse: vtcumque ob Solem interim progressum, non appareat nobis coniuncta iteratò in Apogæo, aut iteratò in Perigæo, nisi post 19. menseis.

Mercurij autem motum in Epicyclo esse dictum grad. 4. min. 5½. ac Periodum ipsius absolui intra dies proximè 88. seu treis propè menseis; vtcumque ab vna coniunctione Apogæa cum Sole ad Apogæam aliam, aut à Perigæa ad Perigæam, non-nisi post 4. ferè menseis redeat.

Quod ad Latitudinis motum spectat: oritur is etiam partim ex obliquitate Eccentrici, partim ex inclinatione Epicycli; & ea quidem vtriusque contemperatione, vt in Venere maior sit Latitudo ad Boream, in Mercurio maior ad Austrum, & in Venere quidem Latitudo interdum ad 9. gradus perueniat; in Mercurio autem non ampliùs, quàm ad quinque.

CAPVT VIII.

De Theoria Firmamenti, & super-extructi vnius, alteriusve Crystallini.

DEINDE, vt & pauca quædam de Firmamento attingamus, ac simul ea quæ allata de ipso Phænomena sunt, explicentur; sciendum est imprimis, quan diu nullus fuit circa stellas Fixas, præter diutum, obseruatus motus, tandiu Firmamentum, cui illæ inhærent, fuisse habitum pro extimo Cælo, seu Mobili primo; vti Aristotelis æuo, & sequentibus sæculis, ad Hipparchum, & Ptolemæum vsque. Ex quo autem ipsæ quoque Fixæ deprehensæ sunt in consequentia promoueri; tum nonum Cælum cœpisse addi, quod esset Primum mobile, cuiusve diurnus motus esset proprius; & Firmamentum habitum pro Secundo mobili, cuius motus ille in consequentia specialis foret. Nimirùm,

rùm, quòd duo per se motus vni mobili non competere crederentur; veluti suprà attigimus.

Portò quia hic motus adnotatus fuit inæquabiliter peragi, ac etiam, ioxta aliquos, interdum tetrogradus esse, ac obseruatum aliunde est Eclipticam vnà cum Fixis sic mutare situm, vt illius Obliquitas, atque adeò Declinatio Solis maxima, euaderet nunc maior, ounc minor (quippe quæ tempore Ptolemæi, aut paullò antè, fuit maxima, vt putà grad. 23. minut. 52. Ea deinceps ita decreuit, vt superiore sæculo credita minima, exstiterit grad. 23. min. 28.) Idcircò cœpit superaddi Cælum decimum, quod esset Primum mobile; ac retineri simul Cælum nouum, dictum plærisque Crystallinum, cui ille in longum, seu in consequentia motus tribueretur; ipsi autem Firmamento assignatus est motus, quem Accessus & Recessus, ac Trepidationis, Alphonsini præsertim dixerunt.

Nempe assignata vt mobili Primo, ita nonæ Sphæræ Ecliptica immobili, fecere ipsam Firmamenti Eclipticam variabilem, seu ita luxatam in superficie duorum circellorum circa puncta Æquinoctialia descriptorum, vt exinde duplex huiusmodi irregularitas crearetur. Res operosè declaratur, sed ne tot implicemur tricis, ac in re præsertim, quæ forte non admodum firmo fundamento innititur, eonemur dumtaxat eam percipere ex translatis circellis, facilitatis gratiâ, circa ipsa Solstitialia puncta, iterùm obliquitas, quousque fiat maxima in H, & K, & Ecliptica octauæ in Occasum regressa euadat H K. Intelligantur denique eadem petgere ex H in E, ex K in I, tum & decrescet iterum obliquitas, quousque fiat minima, & Ecliptica Octauæ adhuc magis in occasum regressa coëat iterum cum Ecliptica nonæ.

Atque hæc omnia quidem ea ratione, vt cùm nona sphæra moueat Eclipticam octauæ continenter, & æquabiliter versus Ortum, ipsa tamen Ecliptica octauæ luxatione hac sua huiusmodi motum irregularem reddat, ac velociorem faciat; cùm vterque motus conspirat in Ortum, memoratis nimirùm punctis procedentibus per mediotates circellorum E F G, & I M L: segniorem autem cùm alter motuum in Occasum est, iisdem videlicet punctis procedentibus per mediotates oppositas G H E, & L K I.

Denique autem visum est ex nono illo Cælo duos facere, & ipsum Primum mobile in vndecimum locum relegare, ac ipsi quidem Firmamento motum Longitudinis, tanquam ipsi proprium restituere, motum verò Trepidationis partiri in duas Librationes, quarum vna ab Occasu in Ortum, ab Ortu in Occasum attribueretur nonæ sphæræ, altera à Borea in Austrum, ab Austro in Boream attribueretur decimæ: sicque prior faceret illum Longitudinis motum ounc velociorem, nunc tardiorem, & posterior nunc maiorem, nunc minorem Obliquitatem.



Sumto in hac Figura A B C D, Colurus Solstitiorum in nona Sphæra; A, & C initia ♋, & ♑ in eadem, E F G H, & I K L M circelli ipsis circumducti, E, & I, initia ♋, & ♑ in octaua sphæra, dum Ecliptica vtriusque sphęræ coincidit, & obliquitas minima est. Intelligatur punctum E procedere versus F, ad Boream, & punctum I, versus M, ad Austrum, tum & crescet obliquitas, quousque sit maxima ad F, ad M, & Ecliptica octauæ sphæræ facta promotiot versus Ortum, euadat F M. Intelligantut eadem puncta procedere ab F in G, ab M in L, tum & decrescet obliquitas, quousque sit minima, & Ecliptica octauæ facta adhuc promotior in Ortum, coëat cum Ecliptica nonæ. Intelligantur eadem pergere à G in H, ab L in K, tum & crescet

Itaque solet iam Firmamento motus ille in consequentia, Longitudinisve attribui, qui ab vsque Copernico Præcessio, seu Anticipatio Æquinoctiorum appellatur, quòd ille, ob motum Terræ attributum, existimârit non tam stellas Æquinoctia immota prætergredi, tendendo versus consequentia, quàm ipsa Æquinoctia stellas immotas deserere, tendendo versus præcedentia. Solet & nonæ sphæræ tribui illa Libratio, quæ ideò vocatur Anomalia præcessionis Æquinoctiorum, quòd motum præcessionis Æquinoctiorum inæqualem faciat, ac solet demùm decimæ attribui Libratio, quæ Anomalia obliquitatis Eclipticæ. ideò dicitur, quòd obliquitatem Eclipticæ non semper eandem esse patiatur,

Et Motus quidem Firmamenti, seu octauæ

sphęræ

sphæræ peragitur lentissimè super Polis Eclipticæ, siquidem iuxta Ptolemæum, circuitum vnum non peragit, nisi intra annorum 36. millia: vt putà vnum tantùm gradum intra annos centum conficiens, tametsi successio temporis nos docuit peragere potiùs intra annorum proximè 25. millia: vt putà vnum intra annos 70. gradum absoluens, vtcumque aliunde Alphonsini statuerint circuitum non peragete, nisi intra mille Iubilea, seu millia annorum 49.

Motus verò nonæ sphætæ fit quidem super iisdem Polis, at non circuitum perficiendo, sed leuiter solùm librando. Nam postquàm sphæra progressa est versus ortum per duos gradus, cum triente, hoc est gradum 1. min. 10. citra, & grad. 1. min. 10. vltra Æquinoctialia puncta, reditus ab ortu in occasum fit: atque id quidem etiam perquàm lentè: nam vna Libratio eundo, redeundoque peragitur solùm intra annos 1700.

Motus denique sphæræ decimæ habens pro suis quasi Polis ipsa Æquinoctialia puncta, secundùm Colurum Solstitiorum peragitur, libratione adhuc minore, nempe per minuta non plura, quàm 24. quorum sint. 12. citra, 12. vltra Solstitialia puncta, habita quasi fixa in ipso Primo mobili, ac præterea duplò lentiore, cùm vna Libratio percurratur solùm intra tet mille, & 400. annos.

At circelli quidem heic etiam describuntur, ad explicandum quomodo Librationes sub medium celeriores, sub principium, ac finem lentiores appareant, sed, vt tunc adnotabitur, cùm quemadmodum tem Copernicus declarauerit, tollitur, videtur res esse magis commentitia, quàm vt scrupulosiùs illam prosequamur.

CAPVT IX.

Quare Planetæ nunc Majores, nunc Minores appareant.

NVNC quemadmodum ea Phænomena, quæ sunt initio commemorata, quæque magna ex parte Passiones Planetarum vulgò dicuntur, ex Hypothesi, Theoriisque iam recensitis explicentur; difficile dictu admodum non est.

Ac illa quidem primùm prætereo, quæ ex deductis superiore libro abundè satis intelliguntur; cuiusmodi sunt, obseruari Solem, aliosque Planetas nunc heic, nunc illeic oriri, & occidere; nunc altiùs, nunc humiliùs in meridianom cuchi; cæteros à Solis splendore nunc occultari, nunc reuelari, aliaque similia.

Cætera vt attingam; videtur imprimis nihil esse mirum, si Planetæ interdum maiores, interdum minores appareant. Siquidem, cùm in Apogæis sint longè à Terra, quàm in Perigæis distantiores; necesse est illeic sub minore specie, heic sub maiore repræsententur.

Nihil necesse est admonere, non esse heic quæstionem de specie, quæ propter vapores iuxta horizontem increscit, quæque decrescit, prout Sidera sublimè attolluntur; quippe heic agimus de specie, quæ in eadem Planetæ supra horizontem altitudine, etiam meridiana apparet.

Ac in superioribus quidem Planetis res est facilis obseruatu, manifestáque admodùm. Nam quoties Soli opponuntur, idcircò maximi apparent, quòd in Perigæis sint Epicyclorum: ne memorem ipsorum speciem tantò adhuc magis increscere, quantò magis Epicyclus ad Eccentrici Perigæum accedit. Mars certè specialim, qui aliàs vix stellæ secundæ magnitudinis exæquatur, in oppositione tamen, siue dum Acronychus est, ac vtroque potissimum Perigæo concurrente, ea euadit specie, vt Iouis, atque Veneris magnitudinem æmuletur.

Facilis verò etiam est in duobus inferioribus, Venere puta, ac Mercurio: sed Venere potissimùm; quippe quæ versus Perigæum, etiam interdiu, ac sub ipsum meridiem facilè videatur. Quamobrem autem non petinde videatur, cùm versus Apogæum est, etsi eius species per noctem non esse minor appareat, intelligendum est ex infrà diceodis, vbi de eius cornibus.

In Luna res est paullò difficilior: obseruauimus ipsi tamen eius diametrum, dum est tam in Eccentrico, quàm in Epicyclo Perigæa, esse minutorum 31. secundorum 6. & cùm Apogæa, minutorum 26. ac 36. secundorum: vtcumque alii ipsam ad tantam exilitatem non deducant.

In Sole difficillima; sed ipsi tamen illius quoque diametrum obseruauimus, dum Perigæus quidem est, minutorum 31. secund. 6. quantam nempe ipsius Lunæ; & cùm Apogæus, minut. 30. secund. 12. planè, vt non integrum omninò minutum interfit.

CAPVT X.

Quare nunc Veloces, nunc Tardi.

PARI ratione mirum non est, si Planetæ incedere nunc ocyùs, nunc segniùs appareant. Videlicet tametsi ipsi suis in Eccentricis, & Epicyclis æquabili motu incedant; vti & incedere nobis apparetent, si quemadmodum dictum est, in eorum centris existeremus; necesse est tamen obseruemus ipsos ferri inæquabiliter, quòd ipsorum motum ex centro alieno spectemus.

Heinc in Sole, exempli gratia; cùm linea Mediarum longitudinum Ecliptican nobis in duas æquales partes diuidens, sic Eccentricum diuimat, vt quæ eius portio versus Apogæum est, maior eâ sit, quæ versus Perigæum; idcircò necesse est Sol appareat nobis percurrere alterum Signorum dimidium tempore prolixiore, quàm alterum; atque ea de causa vno tempore incedere lentiùs, quàm alio; sicque inæquabiliter ferri; & tardissimè quidem in Apogæo, velocissimè in Perigæo.

Et quia Solis Apogæum subest hisce temporibus, vt iam antè attigimus, initio gradus septimi Cancri, ac Perigæum adeò itidio gradus septimi Capricorni; heinc apparet causa,

cur

cut ea anni portio, quæ est ab Æquinoctio Verno in Autumnale; transeundo per æstatem, sit nouem diebus longior illa, quæ ab Autumnali in Vernum, transeundo per hyemem. Nimirum portio Eccentrici percurrenda est per illam, quàm per istam, maior.

Atque exinde est, cur cùm Sol obseruetur medio tempore conficere dietim motu apparente minuta 59. in Apogæo tamen conficiat solùm 57. & in Perigæo 61. vt supra quoque est adnotatum.

In Luna res secus se habet. Nam quia centrum Epicycli non mouetur regulariter super centro Eccentrici, sed super centro Mundi, quod versus Perigæum semper est; idcircò necesse est ipsum in Apogæo Eccentrici ferri apparere velociùs, quàm in Perigæo; videlicet illeic maiores portiones Eccentrici coimpetunt arcubus Zodiaci æqualibus, quàm heic. Quod idem proportione dicendum est de motu Lunæ in Epicyclo, quatenus mouetur regulariter non super centro proprio, sed super puncto, quod opponitur ipsius Eccentrici centro.

Exinde verò causa est, cur tametsi Luna tam in Coniunctione, quàm in Oppositione cum Sole Apogæa sit; celeriùs tamen tunc moueri appareat, quàm dum fuerit in Quadraturis Perigæa.

Causa etiam est, cur cùm Luna mediocri motu appareat conficere dietim circiter gradus tredecim; interdum tamen conficere non omninò vndecim; interdum vltra quindecim appareat.

De Planetis cæteris alia quàm de Luna, est ratio. Nam licet moueantur regulariter non circa centra Eccentricorum, sed circa centra Æquantium, ista tamen Æquantium centra sunt respectu nostri, siue centri Mundi, vltra centra Eccentricorum; atque idcircò necesse est, vt moueri tardiùs circa Apogæa, quàm circa Perigæa appareant.

CAPVT XI.

Quare nunc Directi, nunc Retrogradi, nunc Stationarij.

HÆc affectio competit solùm quinque Stellis Errantibus, quatenus in partibus variis Epicyclorum suorum versantur.

Nam quia Planeta in superiore Epicycli parte imitatur motum ipsius Eccentrici, centrive Epicycli, qui est semper in consequentia; heinc fit, vt duplicato motu Planeta velut dirigatur, seu secundùm seriem Signorum suum cursum intendat, & per ipsum quidem Apogæum ocyssimè; heinc, inde autem tantò segniùs, quantò ampliùs ab ipso abest.

Et quia in inferiore parte aduersatur motui Eccentrici, ac celeriùs fertur per Epicyclum in antecedentia, quàm deuehatur ab Eccentrico in consequentia; inde fit, vt rettogredi, seu contra Signorum successionem moueri appareat; ac per ipsum quidem Perigæum citissimè, heinc, inde tantò lentiùs, quantò longiùs ab eo versatur.

Quia demùm in parte Epicycli descendente, seu orientali, & qua parte ex Directo Retrogradus fit; ac in ascendente, seu occidentali, qua ex Retrogrado fit Directus, hærere videtur, & eundem sub Fixis quodam tempore locum occupare; heinc est, cur vtrobique stare, seu Stationarius fieri dicatur; & in descendente quidem parte esse dicatur Statio prima, in Ascendente verò Statio secunda; cùm in Venere, & Mercurio illa præterea Matutina, ista Vespertina vocetur.

Et mouetur tunc quidem Planeta, perinde ac aliàs, æquabiliter per Epicyclum; sed non percipit tamen oculus illius progressumquòd motus tunc fiat oculi respectu secundùm rectam quasi lineam ab ipso protensam, non secundùm ductum transuersum, vt ideò possit animaduerti.



Non

Non fiunt autem Stationes in maximis ipsis Planetæ à Sole Elongationibus, designatis per duas lineas, ab oculo, aut centro Mundi ductas, & Epicyclum heinc inde contingentes; sed infra ipsas. Ex quo fit, vt arcus Retrogradationis minor semper sit arcu Directionis: cùm & aliundè arcus Retrogradationis tantò brevior sit, quantò motus Eccentrici motui Epicycli ampliùs detrahit; arcus Directionis tantò productior, quantò motus Eccentrici motui Epicycli ampliùs addit.

Quæ omnia intelligi vt possint, attendendũ solùm est ad Schemata in ipsis Errantium Stellarum Theoriis allata; aut etiam dumtaxat inspiciendum in hoc superiore, in quo centrum Mundi, seu spectatoris oculus A; Zodiacus secundùm Signorum successionem BC D; Eccentricus E F G; Epicyclus E H G I: contingentes, seu maximarum Elongationum lineæ A B, A D; Arcus Directionis E H G; Retrogradationis G I E; Statio prima K; Statio secunda L.

Interim ex iis, quæ mox dicta sunt, & ex iis, quæ de singulorum Planetarum motibus tam in Eccentricis, quàm in Epicyclis antè attigimus, intelligitur fieri; vt ex tribus quidem Planetis Superiotibus, non retrogrediatur Saturnus, nisi 7. gradibus; aut aliquantò plus; Iupiter, nisi 19. Mars, nisi ad summum 20. (interdum enim, nisi 12.) Ex duobus autem Inferiotibus, Venus retrogrediatur circiter 16. aut 17. Mercurius interdum tantumdem, interdum circiter vndecim.

Prætereo verò, cùm in istis duobus Coniunctio cum Sole sit media inter duas Stationes; esse in illis tribus Oppositionem mediam; & dum Stationes celebrantur, distare à Sole, Saturnum quidem, vltra quadrantem circuli; Iouem triente; Martem, vltra trientem.

Prætereo & cùm ex iis duobus plures sint stationes Mercurij, quàm Veneris, quoniam longè citius percurrendo Epicyclum, sæpius heinc inde à Sole fit; ex tribus superioribus opposito modo, plures sunt Saturni, quàm Iouis, & huius, quàm Martis; quoniam cùm Saturnus sit tardior, quàm Iupiter, Sol ipsum citiùs assequitur; & pari ratione cùm Iupiter sit tardior, quàm Mars, Sol assequitur quoque ipsum citiùs.

Dixi porrò hanc affectionem comperere solum 5. stellis errantibus; quoniam Sol quidem non mouetur per Epicyclum, sed per Eccentricum dumtaxat; in quo proinde potest quidem videri vno tempore moueri tardiùs, quàm alio; at non propterea vnquam retrogredi, aut stare: Luna verò mouetur quidem per Epicyclum, & superiore quidem parte contra successionem Signorum; at quoniam motus Eccentrici (seu centri Epicycli per Eccentricum) est longè velocior, quàm motus Lunæ per Epicyclum; atque idcirco Luna tunc quoque velociùs deuehitur ab Eccentrico in consequentia, quàm teuehatur per Epicyclum in antecedentia; heinc fit, vt tardiùs quidem moueri; at non propterea stare, regredive appareat.

CAPVT XII.

Quid Parallaxis, ob quam Planetæ altiores, aut humiliores iudicantur.

PARALLAXE'OS nomine intelligitur heic non quæuis commutatio; sed commutatio Visus, quæ appellatur etiam Visus aberratio, & Aspectus diuersitas; ac describi solet, Differentia inter verum & visum locum alicuius Astri.

Verus porrò locus alicuius Astri est punctum in Firmamento, aut supremo Cælo; ad quod terminatur recta linea ex centro Terræ, siue Mundi, per ipsum Astri centrum traducta. Visus autem locus est punctum in eodem, ad quod terminatur recta linea, quæ ex oculo, per idem Astri centrum traducitur. Vnde & quia ista duo puncta incidunt in eundem verticalem circulum; definiri quoque parallaxis solet, Arcus verticalis, qui intercipitur inter verum, & visum locum.

Esto v. c. A centrum Terræ, vel Mundi; C B D Terræ superficies; B oculus; EFG verticalis in Firmamento, seu supremo Cælo. Astrum sit imprimis in Horizonte sensibili H; tunc Verus locus erit I, terminans puta lineam A I: locus visus K, terminans pariter lineam B K; & arcus I K Parallaxis; scilicet discrimen inter vtrumque locum.

Quòd si deinde Astrum eleuatum fuerit ad L; constat Parallaxin eius fore M N; si ad O, Parallaxim fore PQ; & ita de cæteris locis.



Vbi interim adnota Parallaxin Horizontalem esse maximam; ac ipsam, ascendente Astro, sic decrescere, vt si Astrum ad verticem

R perueneriť, nulla demòm ſit Parallaxis futura; quòd lineis veri & viſi locorum in vnam coeuntibus, idem futurus ſit Verus, ac Viſus locus.

Adnotare verò etiam licet, quò aliquod Aſtrum eſt Terræ propinquius, eo maiorem ipſi Parallaxin creari. Nam Aſtrum, v.c. in S; hoc eſt in eadem horizontali linea cum H, creat Parallaxin TK; in V, hoc eſt in eadem veri loci linea cum L, creat Parallaxin N X; in Y, hoc eſt in eadem cum O, creat Parallaxin QZ.

Quin adnotare etiam oportet Angulum, qui ſit in centro Planetæ ex lineis Veri, ac Viſi locorum, & cui ſemidiameter Terræ opponitur, qualis eſt v.c. Angulus AHB, aut ALB, &c. ipſum propriè eſſe, qui & dicitur Angulus, & eſt menſura, Parallaxeos. Nimirùm prout ipſe eſt aut magnus, aut paruus, aut nullus; arcus quoque ille, qui Parallaxis dicitur, magnus, paruus, aut nullus eſt.

Præterea porrò eſſe aliam quandam Parallaxeos ſpeciem, quæ in Luna attenditur, & tam ſecundum longitudinem, quàm ſecundum latitudinem ſit. Ea nempe non attenditur in verticali circulo; ſed aut in ipſa Ecliptica, quam circuli latitudinum veri, ac viſi locorum in diuerſis partibus interſecant, arcumque intercipiunt Longitudinis Parallaxin dictum: aut in circulo ad Eclipticam recto, quem interſecant duo circuli per loca verum, & viſum ducti, Eclipticæque paralleli; & intercipientes arcum, qui Parallaxis Latitudinis appellatur.

CAPVT XIII.

Quæ ſit proinde ſingulorum, & Fixarum etiam à Terris diſtantia: quiſque adeò Cælorum ordo.

QVm, quò maior eſt Parallaxis, eò res viſa propinquior ſit; quò minor, eò diſtantior: idcircò in eo ſunt Aſtronomi, vt Parallaxes Siderum, ſintne, & quantæ ſint, obſeruent; quò de ipſorum propinquitate, aut remotione à Terra pronuncient.

Enim-verò, cùm in ipſa Luna Parallaxis fiat admodum ſenſibilis (videlicet Horizontalis integrum etiam gradum excedit) in cæteris nihilominùs res eſt ſubtilis adeò negotii, vt veriſimilitudinem non excedat. Quippe in Mercurio, Venere, Sole, Marte, difficillimè aliqua notatur; in Ioue, ac Saturno vix vlla eſt; & ad Fixas quod attinet, eæ ſunt longè euectiores, quàm vt vllam penitus prodant.

Non memoro cauſam huius rei eſſe, quam ſuprà inſinuauimus; quod Terræ nimirùm Semidiameter, quæ & pro communi menſura, & quaſi pro duarum ſtationum dimenſoriarum interſtitio accipitur, ſenſibilem quidem rationem ad Lunæ diſtantiam obtineat: ad cæterorum diſtantiam, adeò exilem habeat, vt ferè, aut etiam prorsùs euaneſcat; quaſi Terra iam velut punctum ſit; nihilque interſit, Sidus aliquod ex Terræ ſuperficie, aut ex eius centro ſpectetur.

Vt hoc tamen loco Siderum diſtantiam, quàm ex mente Ptolemæi, Albategnius præſertim, & Alphraganus deduxerunt, aliique amplexi ſunt, proponamus; quoniam illa per repetitas Terræ ſemidiametros explicatur; ideò attingendum eſt paucis quanta-nam Terræ ſemidiameter ſit.

Cùm ergo, licet variæ de ambitu Terræ opiniones ſint, nobis tamen propemodùm conſtet, eſſe ipſam milliarium Italicorum 26255. quòd in maximo ad Terræ ſuperficiem circulo reſpondeant vni gradui milliaria proximè 73; ea de cauſa, tum Diameter Terræ erit milliarium Italicorum 83543; tum Semidiameter milliarium 4177.

Suppono autem, vt rem tricam Milliare dici, quòd mille paſſus (ſeu Stadia 8. quæ ſingula ſunt 125. paſſuum) contineat; & Paſſum intelligi Geometricum (ſeu duplum vulgaris) quinque ſcilicet pedes continentem; Pedem verò etiam Geometricum intelligi; & talem quidem, qui minor ſit Pariſino, ſeu Regio vocato, vna decima quam-proximè parte. Scilicet diuiſo Pariſino Pede in mille particulas, deprehendimus Romanum antiquum continere ex illis nongentas, & quatuor.

Vſurpo verò Italicum milliare, potiuſquam Leucam Gallicam, quòd menſura conſtantior ſit. Tametſi, cùm Leuca Gallica mediocris contineat plus minùs tria milliaria Italica, nihil veter allatas menſuras ſic reducere, vt ambitus Terræ cenſeatur continere Leucarum Gallicarum 8752: Diameter 2785: Semidiameter 1392.

Vtcumque ſit; eccæ diſtantiam, quam Arabes illi ex Ptolemæi principiis, non modò circa Solem, & Lunam; verùm etiam circa quinque Erranteis ſtellas, ac Fixarum quoque Sphæram, deduxerunt. Intelligenda verò eſt in ipſis Planetis diſtantia mediocris, acceptave, cùm ij verſantur circa longitudines medias; alioquin enim in Apogæo longiùs, in Perigæo propiùs diſtant.

Diſtantia mediocris, qua abſunt à Terra	Luna,	49
	Mercurius,	115
	Venus,	618
	Sol,	1165
	Mars,	4584
	Iupiter,	10423
	Saturnus,	25800
	Fixæ,	19000

Interim verò ex ipſa ſerie, qua iſtæ diſtantiæ increſcunt, comprobatus manet, qui Cælorum ordo in huiuſce Inſtitutionis Prooemiali capite propoſitus eſt; ſaltem aduſque cœlum Fixarum; nam quod de cæteris dici poteſt, id attigimus circa Theoriam Firmamenti.

Ac ſolent quidem aliæ nonnullæ, præter Parallaxin, rationes afferri comprobando huic ordini;

ordini; verùm illæ aut sunt fallaces, vt quæ ex vmbris petitur (falsum est enim breuiorem vmbram à luminoso corpore distantiore proiici, si in eadem supra horizontem altitudine, hoc est eodem gradu, accipiatur, quo proplus) aut à decoro assumptæ, non perinde suadent, vt dum consentaneum esse perhibent, Solem, qui princeps omnium sit, solium in medio obtinere.

Hæc certè ratio neque Platonem, neque Aristotelem mouit, qui vt Lunam in infimo, sic Solem in loco succedente collocârunt. Non mouit item Anaximandrum, aut Metrodorum Chium, qui Solem in supremo; Lunam in sequente; stellas Erranteis in locis succedentibus; Inerranteis in infimo habuerunt. Non item alios, qui alias, aliásque Soli, cæterisque sedeis assignârunt.

Et dicendum quidem hoc loco videretur, quemadmodum probabile sit Mercurium, & Venerem ita Soli circumduci, vt aliquando quidem inferiores, propioresque; sed & aliquando etiam superiores, distantioresque à Terra sint, quàm Sol: verùm res est intelligenda ex ipsis ram Copernici, quàm Tychonis, Systematibus sequente libro proponendis; cùm heic refetamus dumtaxat communem, Ptolemaicámque sententiam.

CAPVT XIV.

Quæ item eorundem, & Fixarum sit (sed habitis simul apparentibus diametris) vera Magnitudo.

VIA ex suppositâ distantia, & obseruata appatente visibilis rei diametro, iudicare licet de vera illius tum diametro, tum superficie, tum crassitudine, corporeave mole: eapropter, vbi, præter distantiam, adnorârunt etiam, illi iidem Astronomi, quanta cuiusque Sideris diameter apparens, seu visibilis foret; pronunciârunt etiam quæ foret Sideris cuiusque vera Magnitudo.

Cæterùm videtur id quoque negotium longè difficilius, quàm reputari soleat, definire, quæ sit habenda Sideris cuiusque diameter apparens. Nam Sol quidem suo splendore seu spectetur ipse, seu alia industria eius diameter exploretur, negotium facit maximum; aliorum verò Astrorum discinunc maiores, nunc minores (etiam in eadem à Terris distantia, ac in ea supra horizontem altitudine, quæ sit refractione immunis) apparent, prout oculus eos spectat ex variis lucis, tenebrarúmque gradibus: tantò siquidem maiores videntur, quantò sunt tenebræ densiores; & ne lux quidem, quâ apparent exilissimi, illos, quantum pat est, deminuit; vt nobis quidem constitit.

Sanè, ne illud repetam, quod de obseruatis à nobis Solis ac Lunæ diametris apparentibus est iam antè dictum; ac ne aliquid etiam heic subiiciam de cæteris; adnoto dumtaxat diametrum Mercurij, quæ alioquin apparet, haberique solet minutorum duorum, aut trium, fuisse à nobis obseruatam triente minuti non maiorem; idque cùm hac in Vrbe, anno 1631. & die Nouembris 7. manè, in ipso Solis disco apparuit, ac sua se vmbella, citrà Telescopium, in papyro pinxit, potuítque eius diameter cum diametro Solis comparari impunè. Prætereo autem illum exiisse è margine occiduo Solis (fuit enim retrogradus) hora 10. eum minutis 28. latitudinem Boream assequutum minuto-iun 6. secundorum 20.

Enimverò, quia, vt iam monuimus, Ptolemæi, Sectatorúmque sententiam heic referimus; ecce imprimis quantas diametros apparenteis habuerint; & maximè quidem sub mediocrem illorum à Terra distantiam.

Diameter apparens	Lunæ	est minutorum	33 ½
	Mercurij		2
	Veneris		3
	Solis		31 ½
	Martis		1 ¼
	Iouis		1 ¼
	Saturni		¼

Circa Fixas autem nihil definierunt, nisi quòd Albaregnius stellis Magnitudinis primæ vnius minuti, ac semissis (seu quantam & Marti) diametrum attribuit.

Deinde verò ex habita cæteris cuiusque distantia ac visibili diametro, obtinuere diametrum veram: eámque cum diametro Terræ comparantes, cubicéque multiplicantes, Sideris cuiusque crassitudinem, corpusve ita deduxerunt, vt quantum à corpore Terræ excederetur, aut ipsum excederet, designauerint. Designario autem, quod ad Planetas spectat, huiusmodi fuit,

Sunt	Luna	minores Terra, vicibus	39
	Mercurius		19000
	Venus		28
	Sol		167
	Mars	maiores Terra, vicibus	1 ½
	Iupiter		81
	Saturnus		79

Quod ad Fixas verò arbitraria quædam assumptione huiusmodi.

Sunt Fixæ Magnitudinis. { I, II, III, IV, V, VI. }

maiores Terrâ, vicibus { 108, 90, 72, 54, 36, 18 }

Atque hoc quidem potissimùm iuxta Alphraganum; alioquin enim Albategnius habens stellas I magnitudinis vicibus 102. majores, quàm Terram, & stellas VI. sexdecim; docet ex Mundanis corporibus secundum magnitudinem spectatis, primo loco esse Solem; secundo stellas Fixas I magnitudinis: tertio Iouem; quarto Saturnum quinto Fixas cæteras; sexto Martem; septimo Terram; octauo Venerem; nono Lunam; decimo Mercurium.

CAPVT XV.

Qui Planetarum Aspectus sint.

PLANETARVM Aspectus quos Græci, Σχηματισμοὺς, Latini appellant *Configurationes*, nihil aliud sunt, quàm mutuæ habitudines, quibus Planetæ se inuicem, quatenus sunt in variis Zodiaci partibus constituti, respiciunt.

Et quia numerus duodenarius, quo Zodiaci Signa distinguuntur, sortitur aliquotas partes, Semissem 6. Trientem 4. Quadrantem 3. Sextantem 2. ea de causa, si Planeta vno constituto in certa Zodiaci parte, alius ab eo distet per semissem, sitque proinde è regione, dicitur esse inter illos aspectus oppositus, siue Diametralis; si per trientem, Trinus; si per quadrantem, Quadratus, si per sextantem, Sextilis.

Et videbatur quidem præterea assignandus aspectus, qui Vncialis diceretur; quatenus Vnitas 1. est etiam aliquota duodenarij pars; & potest etiam vnus Planeta abesse ab alio per vnam duodecimam Zodiaci partem: at talis aspectus admitti non solet & vice illius admittitur alius, qui quasi cyphræ o. attribuatur; cùm nimirùm vnus Planeta nihil distat ab alio, sed illi quasi coniungitur; vnde & dicitur aspectus Coniunctionis.

Res intelligenda est ex hac Figura, in qua, constituto Planeta vno in principio v. c. ♈, patet, si alius sit constitutus in principio ♎, Oppositionis aspectum esse: si in principio ♑, aut ♑, Trinum: si in principio ♋, aut ♄, Quadratum; si in principio ♊, aut ♒, Sextilem. Si denique in principio ♈, aspectum Coniunctionis; vt & inscriptæ lineæ demonstrant, & characteres quibus solent singuli Aspectus depingi; vt putà o—o, △, □, ⚹, o-

Porrò, cùm Aspectus solus Coniunctionis Syzygia dici mereatur; solet tamen vox etiam tribui & oppositioni, & Aspectibus cæteris, abusi quodam ampliationis.

Prætereo autem solere aspectum aliquem dici Partilem, cùm Planeta vnus distat ab alio exquisitè, per aliquotam partem; Platicum verò, cùm aut minuta, aut gradus etiam aliqui desunt. Et cùm Partilis speciatim coniunctio ea sit, qua Planetæ sunt in eadem Longitudine; eam coniunctionem dici Centralem, & Corpoream, qua iidem existunt quoque in eadem latitudine, & inferior supponit suum centrum centro superioris, corporéque suo eius corpus tegit. Quod idem proinde proportione est de quouis Planeta, tanquam inferiore, respectu Fixarum, quibus applicatur, dicendum.

Prætereo item hosce Aspectus factos esse potissimùm celebreis apud Astrologos, qui ipsis tribuunt vim maximam tum in ciendis variis aëris mutationibus; tum in moderandis hominum fortunis; docentes, præter cætera, Oppositionem, & Quadratum aspectus esse maleficos; Trinum, & Sextilem beneficos; Coniunctionem indifferentem.

Prætereo

Præterea rursùs, admissis solùm quinque illis Aspectibus; constare Venerem, & Mercurium referri ad Solem non posse, alio Aspectu, quàm Coniunctionis; cùm illa quidem, vix vnquam, plusquàm sesqui-signo; hic, ne signo quidem integro ab ipso recedat.

Præterea insuper Keplerum induxisse nuper aspectuum genera longè plura; nempe Semi-sextum, seu Duodecilem, Decilem, Octilem, Quintilem, &c. quatenus attendit non posse ex iis solis quinque admissis, rationem reddi mutationum omnium in aëre obseruatarum.

Præterea demùm quas speciatim Coniunctiones Magnas & Maximas vocant: Nam, vt Coniunctio quatuor inferiorum Planetarum simul, interdum Magna dicitur; sic frequentiùs Magna vocatur, quæ Saturni ac Iouis est, & vigesimo quoque anno contingit; cùm & Magna propriè, seu potius Maxima ea sit, quæ trium Superiorum est, & contingit solùm octingentesimo quoque anno; vti contigit anno hujus sæculi quarto.

CAPVT XVI.

De variis Lunæ Phasibus, pro varietate Aspectuum, Configurationum-ve ipsius cum Sole.

QVIA Luna corpus sphæricum, opacumque est, & lucem illain primariam, argenteamve mutuatur à Sole, ac ab ipso semper dimidia sui parte (aut etiam aliquantò ampliùs, prout minor est) illustratur; necesse est, vt, cùm aliundè situm circa nos, ac ipsi Soli interueniendo, continenter commuter; necesse est, inquam, vt ad nos conuertat nunc ampliùs, nunc minùs ex illuminato dimidio; sicque quod ex illo apparet, variis formis, figurisque, quas Phasеis dicunt, exhibeatur.

Solent verò Phases censeri, ac nominari quatuor, pro quadruplici illo primùm recirato genere aspectuum: nam vt aliundè ipsa Coniunctio minùs propriè aspectus est, sic Phasis propriè tunc est nulla; vtpotè parte illuminata exsistente tota à nobis auersa, conuersaque in ipsum Solem.

Non memoro autem Lunam, donec est in conspicua, sitientem, silentemque dici; & cùm totum id tempus Interlunium vocetur, ipsum speciatim diem Coniunctionis appellari *Nouilunium* Nouilunium; itemque ἔνωσιν, καὶ νέαν quòd Luna eo die sit *Vetus ac Noua*.

Prima itaque Phasis dicitur, cùm Luna à Coniunctione recens, vesperèque emergens è Solaribus radiis, obuertit nobis portiunculam; & ipsam quidem quasi excauatam partis illius illuminatæ (residuo, quod suprà, Cælum respectante) ac tum dicitur, & maximè quidem sub ipsum Sextilem aspectum, Corniculata; Falcatáque, & Græcè Μηνοειδὲς, ob formam videlicet propriam, quam, quæ imitantur cætera, *Lunulata* appellitantur.

Secunda est, cùm Luna sub septimum iam; aut octauum diem, quo quadrante à Sole abest; cauitate illa iam euanida, obuertit nobis integrum illuminatæ partis dimidium; ac idcircò Διχότομος, seu *Bisecta* dicitur, quòd ex semi-globo nobis obuerso dimidium adhuc obscurum sit; & vt semi globus nobis ob distantiam quasi discus apparet; sic communis illa Lucis, & Vmbræ sectio, quasi recta linea discum hunc bisecans, appareat.

Tertia est, cùm exinde Luna ad Oppositionem properante, & maximè sub Trinum aspectum, ampliùs quà mdimidium illuminatæ partis ostentat, ac ideò vocatur Ἀμφίκυρτος, *vtrimque gibbosa*, quòd non ampliùs altera parte caua, aut rectè secta, verùm tumida ex vtraque videatur.

Quarta demùm est, cùm proiecta ad Oppositionem Luna, obuertit nobis inter Solem, ipsámque consistentibus, atque adeò ipsi ad eandem regionem cum Sole spectatis, totam partem illuminatam; ac integro proinde disco (plenove orbe) fulgens, plena dicitur, & Græcè Πανσέληνος, quasi *Tota-lunis*.



Notum porrò est easdem Phaseis Lunæ decrescenti (seu ordine retrogrado) quæ sunt increscenti attributæ, competere; prout iterum sub Trinum aspectum ἀμφίκυρτος, sub Quadratum ἄνακυκλος, sub Sextilem Matrondis, apparet.

Notum & eam partem Lunæ, quà est vmbra, esse semper à Sole auersam; ac ipsa spectatim cornua in vetere Luna spectare ad occasum, quæ in recente spectant ad ortum.

Potest hæc Phaseon varietas superiore figura sic repræsentari, quasi Luna à coniunctione orbem suum percurrens, talis succedenter appareat, qualis per circuli parteis, albas relictas, exhibetur.

Moris verò est, vt eadem varietas figura proximè consequente repræsentetur, vt intelligi quadamtenus possit, quemadmodum circumeunte Terram Luna, Sol quidem ipsius dimidium continenter illuminet, sed eiusce dimidij nunc ampliùs, nunc minùs, nunc nihil nobis obuertatur. Temetsi semicirculi ad Terram, oculumve conuersi concipiendi sunt quasi semiglobi, & curuatura, quæ in plano repræsentari non potest, imaginatione supplenda est.

Pauca quædam heic adnoto. Vnum, quando requiritur, quare, cùm Phases Lunæ omnes demonstrent Lunam easdem semper maculas Terræ obuertere, admittatur tamen eam volui circa centrum Epicycli; quo casu pars globi illius antica facta in Apogæo, deberet postica fieri in Perigæo? Responsionem esse, idcircò id fieri, quòd ipsum Lunæ corpus ita reuoluatur circa sui centrum, vt quantum à motu Epicycli auertitur, tantum à proprio conuertatur.

Alterum, Lunam à coniunctione primùm apparere tenuissima falce, aliquando vno, aliquando etiam tertio solùm die (quod idem proportione de eius ante coniunctionem occultatione dicendum est) quoniam prout est velocior, aut tardior, & partim proper Zodiaci situm, partim propter sui latitudinem, nunc rectiùs nunc obliquiùs occasura post Solem est; aliquando citiùs, aliquando tardius à crepusculi claritate sic eximitur, vt conspicua effici ante sui occasum possit.

Postremum, illam Luculam, quæ in Luna noua, vetereque, præter argentea cornua est, reliquumque discum exhibet conspicuum, ac Secundaria dicitur, Lunæque nativa vulgò reputatur, referendam esse ipsi Terræ acceptam: quatenus Terra reflectente in Solem, regionemque ipsi circumpositam quos ab ipso recipit radios, reperitur Luna intra eam regionem, fitque illius particeps. Argumento enim inter cætera esse, quòd à quadratura ea lux



euanescat,

euaneſcat, vt Luna nimis procul abeunte', aut nimis procul adhuc abſente extra' reflexionis illius regionem.

Dicendum quidpiam videretur de Phaſibus Veneris; ſed ſequente libro de ipſis cõmodiùs.

CAPVT XVII.

De Eclipſi Lunæ.

QVA Græcè Ἔκλειψις, Latinè *Defectus*, ſeu *Deliquium* dicitur; & in Luna potiſſimùm vocatur præterea Labor, aut Labores.

Eſt autem Eclipſis Lunæ nihil aliud, quàm priuatio lucis Solaris in Luna, propter interpoſitam Terram, ſcilicet, cùm Terra ſit opacum corpus, non poteſt Luna ipſam habere ſibi, Solique interceptam, quin Solis luce, ob quam fulget, ſpolietur, & obtenebreſcat.

Suppono verò rem familiarem; corpus opacum, ſphæricumque projicere vmbram in partem à lucido auerſam; & æqualem quidem, ſeu cylindricam, ſi ipſum opacum fuerit æquale lucido; decreſcentem, ſeu conoidalem, ſi minus: increſcentem, ſeu calathoidem, ſi maius (ne interim memorem opaci dimidium in primo caſu illuſtrari: in ſecundo non-nihil ampliùs; in tertio aliquantò minùs, vt vel ipſa inſpectio ſchematis ſequentis manifeſtum facit.

Nimirùm exinde intelligitur, cùm Terra minor Sole ſit, & conoidalem, ſeu turbinatam vmbram in partem à Sole auerſam continuò proſiciat; eſſe quidem Lunam immunem defectus, ſi dum eſt Soli oppoſita, extra hunc conum vmbroſum ſit; ſed neceſſariò deficere, ſi intra ipſum immergatur.



Conſtat verò debere Lunam eſſe Soli oppoſitam, ſiue per ipſum Plenilunium; quoniam aliàs Terra non poteſt ipſi, Solique interjici.



Constat & ipsam non ideò in omni Plenilunio deficere, quòd proficiente semper vmbram Terra in Eclipticam, Luna plærumque ob deflexionem Orbitæ suæ ab Ecliptica, latitudine eiusmodi sit, vt talem vmbram nunc versus Boream, nunc versus Austrum præterfugiat.

Præterfugere autem vix potest senis quibusque proximè mensibus: quòd Sol percurrens Eclipticam bis in anno transeat per Nodos, seu semel per Caput, & semel per Caudam Draconis; ac tum Sole versante prope vnum Nodum, vix fieri possit, quin Luna ipsi opponatur nunc amplius nunc minùs propè alterum; sicque in vmbram plus, aut minùs, vel ad Boream, vel ad Austrum Ecliptica incurrat.

Vix autem, dico; quia ratò quidem, sed interdum tamen contingit, vt Luna vmbram præterlabatur intemerata penitùs, etiam per annum integrum: quemadmodum speciatim anno ab hinc quinto eueniet,

Dico præterea, nunc plus, nunc minus; quoniam, si exstiterint quidem Luminaria in ipsis Nodis, aut proximè illos; tunc & tota Luna immergitur in vmbram, creatúrque proinde Eclipsis Totalis, totiusve disci; & Mora inter tenebras maior, aut minor est, prout centrum Lunæ per centrum, siue axem vmbræ, aut propiùs, aut remotiùs transit: vt taceam hùc quoque quidpiam facere velocitatem, aut tarditatem motus.

Scilicet, cùm diameter vmbræ sit, habeaturve propemodùm triplò maior diametro Lunæ, occupétque adeò vnum propè gradum cum semisse, quà Luna transit (idque aliquando altiùs, aliquando humiliùs, prout Apogæa, aut Perigæa est) ipsa aliunde Luna non peruadit, nisi vnum gradus dimidium intra vnam circiter horam.

Potest potrò Eclipsis Totalis, & centralis quidem ex superiore Figura intelligi; vt in qua sit A B quidem Ecliptica; CD orbita Lunæ; E Luna primùm ingrediens in vmbram; F Luna vltimùm egrediens; G Luna in ipso vmbræ centro.

Non centralis autem ex consequente, vt in qua Nodus non sit in centro vmbræ, sed extra; vt putà in H, ac idcircò Luna per centrum non transeat.

Nota verò, Eclipseis Totaleis, quæ maximæ sunt durationis (tales autem sunt præsertim centrales) vix paucis minutis quatuor horas excedere, ac sæpe consistere infrà, quòd motus Lunæ per id tempus non sit semper tardissimus. Nota & dimidium penè huius temporis consumi in mora intra totaleis tenebras; scilicet tempus Incidentiæ (hoc est ab initio Eclipseos, ad vsque Immersionis, Obscurationisve totalis momentum) non nisi vnius plus minùs est horæ; ac tempus Regressus (hoc est à momento primæ Emersionis, recuperationisve lucis ad ipsum vsque Eclipseos finem) consimiliter.



Sin

Sin fuerint autem Luminaria remotiora à Nodis ; tunc potest pars duntaxat Lunæ per ipsam vmbram transcurrere, sicque fieri solùm Eclipsis Partialis ; ipsaque seu maior, seu minor, prout distantia ab ipsis Nodis minor, majorve fuerit ; ac propiùs adeò remotiusve ab vmbræ centro Luna transierit.

Et cùm Lunæ diameter intelligatur diuidua in duodecim vncias, seu parteis æqualeis, quas appellant Digitos ; solet defectus quantitas per digitos (ac digitorum etiam minuta) repræsentari ; & maior, minorque haberi, quatenus plurium, pauciorumve digitorum fit obscuratio.

Potest verò etiam Eclipsis Partialis ex superiore vno, alterove schemate intelligi. Repræsentatur autem in vtroque duplex Lunæ Orbita, vt intelligatur quamobrem Eclipsis nunc in Austrum, nunc in Boream fiat ; cùm prior aliunde insinuet deficere interdum Lunam, priusquàm ad Nodum peruenerit, posterior, postquàm iam superârit. Quæ eadem proportione sunt circa posteriorem Figuram Totalium Eclipseon supplenda.

Prætereo heic Luculam illam, quæ in deficiente Luna obseruatur (quæque per Totalem præsertim Eclipsin tantò rubicundior, obscuriorque euadit, quantò magis Luna versus vmbræ axem, centrumve accedit) esse videri ex refractione radiorum Solarium, qui prætergredientes Atmosphæram Terrenam, versus vmbræ axem ita deflectuntur, vt ipsam vmbram veluti dilutiorem efficiant, ac tantò magis, quantò minùs à margine receditur ; tantò minùs, quantò magis ad axem acceditur, quò radij iam pauci, nullive peruenium, quibus Luna vix, ac ne vix quidem interdum visibilis fiat.

Prætereo & Penvmbram illam, seu obscurationem, quæ initiò penè inconspicua, addensatur sensim ad marginem Lunæ (& porrò priusquam disci temeratio quasi falcata appareat) ex eo creari, quòd Terra sensim subeunte Solem, lux in Luna sensim minuatur ; & is eius margo euadat sensim, seu magis, magisque obscurus, cui plures pluresque Solis partes prætripiuntur. Quod idem proportione dicendum de Penvmbra illa, quæ sub finem Eclipseos, restituto iam limbo, superstes, idcircò sensim euanescit, quòd plures, pluresque Solis partes, subductâ paullatim Terrâ, reuelentur.

CAPVT XVIII.

De Eclipsi Solis.

QVæ Eclipsis dicitur Solis, appositè magis diceretur Terræ ; quippe Terra est, quæ tunc luce Solis, Lunæ interiectu, priuatur, vt Luna deficiens priuatur interiectu Terræ ; cùm' alioquin Sol lucem illibatam retineat. Sed dicatur tamen Sol Eclipsin pati, quatenus respectu nostri deficit.

Deficere porrò nobis Solem ob Lunam interpositam, vel ex eo manifestum est, quòd nonnisi per Nouilunia, seu cùm Luna ipsi est coniuncta, deficiat.

Quod autem non in omni Nouilunio deficiat, causa est latitudo Lunæ ; quippe ob quam Luna aut suprà ad Boream, aut infrà ad Austrum prætereat, neque directè inter nos, ipsumque Solem transeat ; transeat autem solùm, cùm est in eodem (proximéve) Nodo, in quo Sol ; sicque Eclipsis Solis tum solùm erectur, cùm ambo Luminaria sunt aut simul in Capite, aut simul in Cauda Draconis (vel certè quam-proximè) vt ex hac figura intelligi potest.



Illud fortassis mirum videatur, quam ob rem longè plures Lunæ, quàm Solis Eclipses appareant : sed causa est, quia globus Lunæ, quo nobis Sol eripitur, est longè minor globo Terræ, quo Sol præripitur ipsi Lunæ ; vt proinde longè faciliùs Luna incurrat in vmbram Terræ, quàm visus noster in vmbram Lunæ.

Quanquam id accipiendum est de loco Terræ determinato, vt hoc, in quo nos degimus : nam spectato alioquin toto Terræ disco, (dimidiove superficiei, quasi plano habito) nihilo sunt Solis Eclipses Lunaribus infrequentiores ; siquidem per senos vt plurimùm menseis, aliquæ aut heic, aut illeic Terrarum contingunt.

Id autem ideò euenit, quod Luna, cùm sit, vt mox dictum est, longè minor, quàm Terra, non possit toti Terræ disco ad Solem conuerso eripere Solem ; sed vmbram solùm in aliquam ipsius partem transmittere, nunc quidem in hanc, nunc verò in illam ; vnde & solet fieri, vt alicubi Terrarum Eclipsis Totalis tum sit, cùm alibi Partialis solùm, alibi etiam nulla est.

Res intellectu facilis erit ex sequente schemate, in quo vbi Sol fuerit A, Luna B, Terra C, constat Solem eripi totum à Luna interposita habitanti in puncto Terræ D, dimidium habitanti in E, nihil habitanti in F, veluti etiam plus, aut minus habitantibus in cætetis locis.

Obiter verò adnotare licet ex illo schemate, eam diuersitatem aspectuum ob Lunæ viciniam creari, vt meritò Astronomi de eius Parallaxi solliciti sint ; ac non ea solùm quæ Altitudinis, verùm etiam ea, quæ tam Longitudinis,

tudinis, quàm Latitudinis dicitur; vt vbi, & quantam-nam sit Solis Eclipsin factura, definiant.

Cùm Partialis Eclipsis est, repræsentari solet hac altera forma, & designari etiam per duodenas diametri partes, siue Digitos, eorumque minuta.



Nihil interim mirum est, posse totum Solem propter Lunam deficere; quoniam tametsi Luna sit minor, est tamen etiam nobis prior; vt propterea possit apparens eius discus apparenti Solis disco exæquari, sicque eum totum obtegere.

Id tamen discriminis est inter Eclipsin Solis Totalem, & Totalem Lunæ, quòd ista plærumque cum insigni sit mora, tanquam non valente se Luna ab vmbra Terrena breui expedire; illa verò nequeat esse cum mora, saltem valde sensibili (neque adeò possint esse valde diuturnæ, quæ interdum densissimæ, etiam sub meridiem, creantur tenebræ; adeò vt stellæ conspiciantur, aues condantur, aut procidant, &c.) quòd Luna motu suo in Ortum Soli subtercurrens, statim ac limbo suo orientali orientalem limbum Solis attigit. Soleinque adeò totum operuit, incipiat ipso occidentali occidentalem deserere, Soleinque adeò reuelare.

Quin-etiam contigit interdum, vt quia apparens discus Lunæ Apogeæ minor est, quàm Perigeæ, atque ideò minor, quàm ipse discus Solis, contingit, inquam, vt dum Apogea subtercurrit Soli, & centrum centro coniunctum habet, supersit ex Solé totus circùm limbus, quasi armilla aurea, aureúsve quidam circulus; totum scilicet non tegente Luna.

Quòd si requiras, quæ maxima Eclipseos Solis duratio sit; perspicuum esse videtur illam duarum plus minùs esse horarum. Quippe cùm Luna singulis horis conficiat plus minùs vnius gradus dimidium, quanta transcurrenda Solis diameter est; ideo necesse est, ex quo Luna limbo suo orientali occidentalem Solis attigit, Eclipsique principium fecit, horam insumat, quoúsque idem limbus ad orientalem Solis perueniat, mediumque Eclipseos efficiat. Et quia tunc solùm limbus Lunæ occiduus ad occiduum Solis peruenit, quem & mox relinquit, adeò vt cessante Incidentia, incipiat Emersio; necesse est horam iterùm insumat, quoad vsque idem limbus ad orientalem Solis perueniat, & ab eo excedens Eclipsi finem faciat.

LIBER

LIBER TERTIVS
DE
COPERNICI ET TYCHONIS BRAHEI SYSTEMATE.

CAPVT PRIMVM.

Quos imitatus Copernicus in Systemate confingendo fuerit.

QVM sit iam dicendum, Appendicis loco, de Mundano Systemate, iuxta mentem Copernici; & subinde quidpiam de eo, quod non inultùm absimilis, Braheus ipsi substituit; præfandum est, quicquid à nobis de priore præfertim dicetur, eò spectare solummodo, vt quoniam celebre euasit, cuiusmodi sit, explicetur, & quemadmodum propugnetur à suis assertoribus: neque enim nos alioquin sponsores, vadesque ipsius præstamus.

Principio verò, cùm Systema, Hypothesisve Copernici moueri Tellurem supponat; ideò sciendum est opinionem, quæ Terræ motum tribuit, esse antiquam admodùm; nempe cùm etiam Pythagoræ, Pythagoræorumque fuisse ostendatur; tametsi non omnes ipsam vno modo exposuerint, defenderintque.

Aliqui enim voluere Terram in centro Mundi existentem reuolui in Ortum, circa proprium axem, spatio horarum 24. & exinde fieri, vt Sol, cæteraque Sidera videantur eodem spatio temporis reuolui in Occasum.

Ita Ecphantus Pythagoreus, & Heraclides Ponticus, ac Plato iuuenis dum esset, & nonnulli præterea alij.

Notandum est autem istos non idcirco ademisse omnem Sideribus motum; sed ademisse solùm diurnum, tanquam afficium ex motu Terræ; & reliquisse quibusque proprios, veluti Lunæ menstruum, Soli annuum, Marti biennem, &c. videlicet alia ratione explicare non poterant Coniunctiones, Oppositiones, Aspectus alios Planetarum.

Ex quo fit; vt mirari liceat censuisse Nicetam, apud Ciceronem, Cælum, Solem, Lunam, Stellas, supera denique omnia stare, neque præter Terram aliquid moueri.

Alij voluerunt imprimis duo quædam constare immota: nimirum heic Sphæram Fixarum, quam vt mœnia Mundi habuerint; heinc Solem, quem in centro degentem appellarunt Iouis custodiam, & Vniuersi Lateis, seu Foeum. Deinde inter Fixas, & Solem, fecere mobileis Planetas, ac inter ipsos Terram, quam & defenderunt moueri, non modò diurno motu circa proprium axem, verùm etiam annuo circa ipsum Solem.

Ita Philolaus Aristarchus Samius, Plato iam maturior, itémque Seleucus Mathematicus, & Hicetas, siue Cicetas (vtroque enim nomine videtur idem intelligi, imò etiam fortè nomine Nicetæ, vt proinde eius opinio potuerit fuisse non vndique ipsi Ciceroni perspecta) insuperque alij nonnulli.

Iam Nicolaus Copernicus, qui fuit Canonicus Torunensis, & ante annos paulò plus centum floruit, imitatus est hosce posteriores; sed ita nihilominùs, vt suppleuerit aliqua, quæ fuisse à veteribus animaduersa Authores non tradunt.

Ex quo autem opinio instaurata ab illo fuit, neque enim perinde restituta à Cardinali Cusano, motus Terræ propugnatore, sæculo antè vno, potuerat) amplexi eam sunt Rheticus, Rothmannus, Mæstlinus, Landsbergius, Schickardus, Keplerus, Galileus, Vendelinus, Hortensius, Bullialdus, aliique penè innumeri.

Atque id quidem ne Origanum, Longomontanum, & aliquos alios ex recentioribus memorem, qui adhærentes prioribus, detinentésque Terram in centro, tribuere ipsi motum diurnum; & tum reliquere Planetis motus proprios explicatiùs, quàm veteres; tum concessere Firmamento, seu Sphæræ Fixarum motum illum lentum, hoc est reuolutionem vnam, intra annorum viginti quinque millia, de qua superiore libro dictum est.

Heic adnotandum, nomine Terræ, Tellurisve intelligi globum hunc compactum ex Terra speciatim vocata, & Aqua ipsi interfusa, & corporibus exinde prognatis. Huiusmodi autem corpora habenda sunt, Animalia, Plantæ, Lapides, Mineralia, Meteora, Ignis ipse (prout ex pingui, quæ terrena est, materia creatur) Aër etiam, seu Atmosphæra (quatenus aliud nihil est, quàm textura quædam vaporum, corpusculorumve ex terra & aqua, multisque rebus exhalatorum) ipsáque non aliùm admodùm euecta, ac solidiorem intercim Terræ, & Aquæ orbem, eo pondo modo, quo lanugo malum cotoneum, circumvestiens.

CAPVT II.

Quo proinde situ, atque ordine Terram, Sideráque habuerit.

INTELLIGENDVM porrò est ex subiecto heic schemate, quænam sit Terræ, ac Siderum, partim iuxta Copernicum, recentioresque dispositio.

Videlicet regio Fixarum habetur pro Mundi extremo, ipsoque penitùs immoto, & quantum quidem ad sensum patet, orbiculari, seu sphærico; tametsi illius figura designari certò à nobis non potest, qui neque superficiem illius extimam videmus, deprehendimusve in quid, vbi, quomodo desinat, neque intimam etiam vlla ratione discernimus, qui quicquid est sursum, à regione vsque superioris aeris, quasi in eadem distantia, superficie-ve constitutum solo visu duce habemus; cùm & possint Fixæ propiùs remotiúsque dispositæ esse; & quæ inter ipsas apparet inæqualitas tam esse valeat propter minorem, maioremque distantiam, quàm propter maiorem, minoremque corporum molem.

Sol verò habetur pro centro aspectabilis huius concamerationis, seu potius illius centrum occupat; ipse pariter exsistens immotus. Quanquam licet immotus sit, quatenus è loco suo non excedit; arguitur tamen in ipso loco, seu circa suum axem reuolui intra dies viginti septem, ex ipso motu Macularum, quæ in illo sunt obseruatæ, postquàm Telescopium adinuentum est.

Hisce autem duobus quasi terminis immobilibus constitutis, disponuntur in interstitio ipsi Planetæ mobiles; vtpote, qui varios, motus circa Solem, & sub regione Fixarum, obeant.

Ac primò quidem proximè Solem collocatur Mercurius, vt qui circuitum circa ipsum omnium breuissimum describat, eundemque citissimè absoluat; nempe intra menses quam proximè treis.

Secundo loco statuitur Venus, quæ vt ambitu superat Mercurium, sic velocitate superat sequenteis; videlicet circuitum intra menseis septem cum semisse absoluens.

Tertio ipsa Tellus, quæ vt suo circuitu complectitur Venerem, ita ipsum tardiùs absoluit; vt putà solùm intra menseis duodecim; siue annum vnum.

Quarto Mars, qui & Telluri circumducitur, & non absoluit circuitum, nisi annis proximè duobus.

Quinto Iupiter, qui & Martem pari ratione circumit, & circuitum, nisi annis proximè duodecim non absoluit.

Sexto Saturnus, cuius circuitus cæteros omnes complectitur, & absoluitur solummodò intra annos proximè triginta.

Adiicit Copernicus Terram inter Venerem, Martemque locatam tantâ inter meare ab vtroque distantia, vt in ipso eorum interstitio circumductam sibi habeat tanquam assectam Lunam, quæ vnà cum ipsa ita transuehatur circa Solem motu annuo, vt interim tamen motu menstruo ipsi Terræ circumferatur.

Adiicere deinceps licuit incedentem pari modo Iouem inter Martem, ac Saturnum, eâ ab illis ferri distantiâ, vt in ipsorum interstitio circumductas sibi habeat tanquam assectas quatuor quasi Lunas, siue mauis stellulas solo Telescopio conspicuas, & Medicea Sidera à Galileo indigitatas; quæ vnà cum ipso Ioue ita circa Solem vehantur motu duodecenni, vt interim tamen motus peculiareis circa ipsum obeant, intima die vno, cum dodrante; succedens diebus tribus cum semisse; tertia diebus septem cum sextante; extima diebus sexdecim cum besse.

Adiiceremus Saturno quoque circumferri duos assecias, si qui duo orbiculi ad latera eius interdum apparent, eadem forma constanter forent, & non interdum acuminarentur, exporrectisque quasi brachiis, relictoque medio interuallo, quasi ansulæ Saturno hære-

rent;

rent ; interdum quasi vnum , idemque cum ipso corpus euaderent, prouectis contractisque hinc inde versus extremas cuspides interualluli ; ac tanta insuper varietate Saturni corpus transformarent , vt spectandum omninò sit, quousque tota & facierum & periodorum diuersitas obseruata sedulò fuerit , priusquam aliquid pronuntietur.

Adiiciendum quin-etiam erit , circumferri duos Veneri, si verum sit, quod scribitur , obseruatos duos ante paucos mensis à Fontana Neapolitano ; qui eximio illo suo Telescopio perhiberetur etiam in Marte detexisse quasi globulum ad centrum , & proxime oram circulum quasi nigricantem ; vti & in Ioue duas, treisve transuersas nigricanteis fasciolas , cuiusmodi nihil nos adhuc potuimus Telescopio nostro , Galileano licet , ipsoque præclaro deprehendere.

Vtcumque sit , constare potest , esse Planetas quosdam primarios , ac veluti Principes, vt putà Mercurium, Venerem, Tellurem, Martem , Iouem , & Saturnum ; quosdam secundarios, ac veluti pedissequos, Lunas nimirùm, tam Terrenam, quàm Iouialeis,quàm cæteras, quæ reliquis globis possunt circumduci.

Postremò , censuit Copernicus spatium à Saturno ad vsque Fixas interceptum , esse ingens , ac penè immensum. Quippe & distantiam Fixarum à Terra tantam fecit , vt non modò ipse Terræ globus ad regionem Fixarum collatus puncti instar sit , quod à nemine non admittitur ; sed puncti etiam instar sit, quem ipse alioquin Magnum orbem dicit: ipsum scilicet quasi Cœlum Terræ, siue in quo Terra circuitum circa Solem peragit,cuiusque adeò semidiameter est ipsa inter Terram , Solemque distantia.

CAPVT III.

Cuiusmodi triplicem motum Telluri attribuerit.

SVPPOSITO Telluris loco,triplex motus est,quem illi Copernicus tribuit: Diurnus, Annuus, Inclinationis.

Diurnus est ipsa Telluris reuolutio circa proprium axem ; idque tendendo versus ortum , & peragendo circuitum intra horas 24. adeò vt eadem Terræ pars (v. c. hæc, in qua nos versamur) nunc in Solem conuersa die fruatur, nunc auersa patiatur noctem : ac ipsæ interim Cæli partes , quæ ex ordine quasi occurrunt, reteguntúrque , oriri appareant, quæ ex opposito , retrò abeunt , occultantúrque, occidere.

Annuus est ipsa eiusdem Telluris progressio per Zodiacum, hoc est sub Signis Zodiaci; dum inter Venerem , Martémque incedens , & in Orientem etiam conteudens , circumducitur ipsi Soli , ac circuitum peragit , vt iam dictum est,iutra annum.Nempe,dum eius superficies diurno motu circa centrum,axemve proprium conuoluitur , ipsum interim eius centrum prouehitur sensim iuxta successionem Signorum ; eo modo, quo voluto supra planum globo , ipsius centrum secundùm longitudinem plani promouetur;donec interim superficies circa centrum, axemque globi reuoluitur.

Fieri autem vult ex hoc motu,vt,quia Terra exsistente inter Solem, & vnum Signum , Sol tum regit oppositum , ac dicitur in illo esse ; ideircò Terrâ constitutâ , v. c. in Libra, Sol esse appareat in Ariete , & transeunte Sole ex Libra in Scorpionem appareat Sol transire ex Ariete in Taurum , ac ita deinceps. Adeò proinde , vt Terra sit, quæ Zodiacum reipsâ percurrat , describátque Ecliptieam ; Sol verò ipse sit, qui percurrat , describátque apparenter.

Motus demùm Inclinationis , Declinationisve est ipsa deflexio axis Telluris à parallelismo cum axe Ecliptieæ , & continentia in perpetuo sui secum , in quo-vis situ , parallelismo ; ob quem aliunde & semper maneat axi Mundano parallelus, & æquatorem Terræ contineat ipsi æqnatori Mundi parallelum: sicque dici hic valeat non tàm reuerâ nouus motus, quàm quædam quasi motuum superiorum mudificatio.Potest autem eodem proportione modo intelligi fieri , quo , dum pueronum turbo supra planum conuoluitur , circellosque varios cuspide describit, ipse illius axis, tum continet se sibi parallelum , seu in situ semper perpendiculari ; tum continet quoque basiu turbinis ipsi horizonti semper parallelam.

Nimirùm,si in Magno orbe,de quo est paulò antè dictum , concipias rum Eclipticam, tum intersecantem ipsam Æquatorem , cuius planum intelligatur esse in Fixas vsque productum ; ac simul Axis per Solem transiens intelligant in eandem regionem quousque in polos desinat , traductus : finge deinceps Terram esse in principio Arietis,& ipsius æquatorem cum Mundi æquarore , illiusve plano coincidere ; erit tunc sanè axis Terræ axi Mundano parallelus. Concipiendum autem præterea solùm est , dum Terra exinde versus Taurum , porróque progreditur , illius axem non diuaricari , sed contineri semper sibi ipsi , & axi Mundano parallelum,ex eoque fieri vt eius æquator Mundi æquatori parallelus maneat.

Rem non malè capies , si acceptâ præ Manibus vulgari Sphærâ, ipsam habeas pro magno orbe , globulumque adeò intimum pro Sole; axem pro portione axis Mundi,& Æquatorem, pro circulo in plano Æquatoris Mundi consistente:Ac tum ad manum quoque assumas globulum quempiam suo axe traiectum,quem pro Terra ducas , & ipsum ita applices Sphæræ ad initium Arietis , vt in ipso plano æquatoris sit, & axiculum suum ipsi axi Sphæræ parallelum habeat:Deinceps autem globulum sic sensim, & ex ordine traducas per Eclipticam , vt & axis axi , & æquator æquatori parallelus indefessè reneatur.

Quin-etiam , quantum licet in plano tem vtcumque repræsentare , esto in schemate sequente A B C D Sphæra Fixarum ; A C axis Mundi , E F G H Magnus orbis , ac in ipsius superficie F H , Æquator , eiusque axis transiens per Solem (in centro subesse intellectum) E G. Esto Ecliptica I K , & Terra per

ipsam incedens multiplex ille orbiculus suo vbique axe, suoque Æquatore noratus. Cernere licet, si Terra quidem in Æquatore Magni orbis fuerit, habere ipsam suum Æquatorem cum Æquatore Mundi coincidentem, & suum axem non coincidentem quidem cum axe Mundi, sed parallelum tamen ipsi (nimirum concipiendum est axem AC, vel eius portionem E G, per centrum magni orbis transire, axiculum verò L M esse in eiusdem orbis superficie.) Sin Terra extra Æquatorem magni orbis fuerit, tueri ipsam semper suum Æquatorem ipsi Æquatori mundi parallelum; & axem axi similiter; neque pati vnquam, vt diuertatur versus axem Eclipticæ, quæ in superiore figura esse intelligitur NO.

Notandum verò obiter, cùm dici heic audis Æquatorem Mundi, Axem Mundi, Polos Mundi: id fieri, retenta denominatione ex vulgari Hypothesi; quatenus Terrâ reuolutâ in ortum, totus Mundus apparet reuolui in occasum secundùm hunc Æquatorem, circa hunc Axem, super his Polis; qui reipsâ nihil aliud sint, quàm Æquator, Axis & Poli ipsiusmet Terræ diurno motu circumvolutæ.

Quamobrem porrò Tertiùs hic motus excogitatus, inuectusque à Copernico fuerit, aliquantò pòst commodiùs dicetur.

CAPVT IV.

Quam ob rem de motu, quieteve Telluris, aut Siderum, fidendum Sensui non duxerit.

QVONIAM verò isti-ne motus Telluri competant, annon, in controuersiam vertitur, & res videtur debere sensu, aut ratione diiudicari; ideò statuit Copernicus dirimi hanc litem ex eo, quod sensui apparet, non posse.

Siquidem, ipso etiam Aristotele attestante, ad hoc, vt res visa moueri appareat, nihil prorsùs refert, ipsane, an oculus, videns moueatur; vtrouis enim modo, motus imputatur rei visæ, ab oculo; ac ipse quoque Philosophus, ad rem monstrandam, vtitur exemplo nauigantium, quibus à portu soluentibus apparet terra recedere;

Prouehimur portu; terraque, urbesque recedunt.

Quocirca, ait Copernicus; ad hoc, vt Astra tendere in occasum appareant, nihil interest, ipsa-ne eò reipsa tendant, an spectatoris oculus, vnà cum Terra tendat in ortum: cùm vtrouis modo ea sint apparitura tendere in occasum. Et, vt Sol appareat ex Cancro in Leonem discedere, nihil refert, an reuerà discedat, an spectator sit, qui vnà cùm Terra discedat ex Capricorno in Aquarium; cùm Sol vtrouis modo appariturus sit ex Cancro in Leonem transire.

Videtur proinde res sic concipienda, vt si quis Mediterraneus, marisque inexpertus transferatur dormiens, nesciensque in nauim. Nam, vt iste expergefactus iuraturus sit accedere litus, aut recedere, nauim verò stare immotam; quatenus omneis nauis parteis eodem semper situ inter se manere conspiciet, & nautas per ipsam, vt per domum terræ hærentem, quiescere, discurrere, scandere malum, &c. ac ipsum litus interim euadere aut accedenti propius; aut recedenti distantius; sic nos in ipsa Terra nati, educati, assuefacti (quod est adhuc ampliùs, quàm esse translatos) facilè iuraturi sumus Sidera esse, quæ nobis oriantur, aut occidant, Terram verò immotam esse; quòd omneis ipsius circumpositas nobis parteis eodem semper situ inter se obseruemus, & in ipsa, vt in domicilio fixo quiescamus, variéque moueamur; ac aliunde Sidera extra ipsam posita in situm interim altiorem, depressioremque nobis euadant.

Discrimen solum modo est, quòd ille exire è naui, & in portu se sistere, vnde ballucinationem deprehendere, colligereque liceat, possit; nobis verò exire è Terra in fixum locum non liceat, vnde moueri Terram experiamur, fallaciamque nostri visus emendemus.

Heinc, quia donec in Terra sumus, oculus est semper eodem modo affectus, atque idcircò



incapax, quo diiudicari controuersia possit, Terráne moueatur, an-non; ideò sola supereſt Ratio, quæ facem quasi præferat, & vtra pars Problematis sit potissimum probabilis doceat.

Opinantur porrò & Copernicus, & qui ab eius partibus stant, suffragio rationis se esse potiores. Id autem cognoscendum est, tum ex iis rationibus, quibus sententiam suam propugnant; tum ex iis exceptionibus, quas rationibus, impugnantium opponunt.

CAPVT V.

Quæ visa magis congruæ rationes ad adstruendum motum Telluris Diurnum.

[illegible] A M quod ad Diurnum quidem motum spectat; tollitur primò, inquiunt, vastissima illa Primi mobilis sphæra Firmamento super-extructa, & ad hoc solùm excogitata, vt inferiora omnia abripi ab ipsâ diurno motu intelligantur. Nimirùm Terra simplicis corpusculi sui versus ortum reuolutione, Primi mobilis vice fungitur, ac tantum præstans, quantum ea Sphæra Cælos interim, Sideráque omnia eo labore subleuat, vt inceſſantem illam abreptionem haudquaquam patiantur.

Atque id quidem pro genio Naturæ, quæ nunquam præstat per ambages, quod potest per compendium; neque per plura, quoties quid potest æquè commodè per pauciora.

Secundò, tollitur proinde insana illa rapiditas, qua necesse est, Sphæram illam ferri. Quod enim etiam rapiditas in motu Terræ obiicitur, quatenus assumptum in eius æquatore punctum celeritatem bombardici globi, dum è fistula exit, æmulatur; cùm etiam acceptum in æquatore Firmamenti, iuxta communem sententiam, abripiatur necesse sit quinquagies millies rapidiùs, quàm eiusmodi punctum Terræ.

Vt prætereamus interim, Naturam harmonicè omnia præstantem, non pusillas res ad quietem, ingenteis ad motum; verùm illas potiùs ad motum, has ad quietem comparare. Atque hoc quidem id tanto magis, quanto aliunde Terra ex natura figuræ suæ volubilis est, extremum verò Mundi corpus, cuius figura exteriùs sit, vt paulò antè dictum, nescitur; cùm & eius esse probabile sit, quæ sit ad quiescendum, consistendumvè maximè idonea. Nam &, quòd alioquin tanta Machina, quantus est totus Mundus, inceſſanter circumrotetur, & pernicitate quidem inexcogitabili; sola hæc Terræ pilula, habita pro puncto, immota consistat, inuariataque maneat; qui haberi congruum, aut concinnum possit?

Tertiò, tollitur perpetua violentia inferioribus Cælis facta; dum præter propriam inclinationem, qua in Ortum tendunt, principium extrinsecum est, quod vim in regionem oppositam imprimens, ipsos in Occasum abducit. Ac si foret quidem violentia naturæ inclinatione minor, res videri posset tolerabilis; at iliam ita excedere, vt sit in Saturno plusquàm decies millies ac septingenties maior; & tantus hîc excessus multiplicetur in Firmamento plusquàm octingenties nonagies: quî videatur res posse tolerari?

Ex quo fit proinde, vt mirari liceat, Authores communis sententiæ alienum esse existimare à natura, perfectioneque diuinorum corporum, ferri inæquabilitèr; & reputare tamen dignum, vt ipsa eadem corpora distrahantur tantoperè: & cùm reuereri Naturam videantur; non vereri eos tamen in ipsam, inferre infandam violentiam; ac professos præsertim nihil, quod violentum sit, diuturnæ esse durationis.

Quartò, tollitur ea absurditas, nisi impossibilitas potiùs, quam non satis cauent, qui volunt sphæram Inferiorem intra superiorem reuolui, & simul ab ea abripi. Nempè, cùm oporteat ambas superficies, conuexam scilicet illius, & concauam huius, esse vt contiguas, ita æquabiliſſimas; constat profectò impressionem fieri hoc casu nullam posse, propter inuariatum vtriusque in suo loco situm; atque adeò propter defectum pressionis, quæ sine excessu è loco, aut commissura partium, intelligi fieri aliqua non potest.

Ne addatur Cælestia spatia conuinci esse fluida, non verò sphæris solidis, quæ abripiantur, occupata; tum ex Phasibus Veneris, de quibus aliquanto pòst; tum ex Cometarum per ea traiectione; tum ex defectu refractionum; tum argumentis id genus aliis.

Quintò, tollitur contrarietas, seu distractio motus eiusdem Planetæ in partes contrarias; ac vnus dumtaxat, inque vnam partem, & ipse quidem admodùm moderatus, relinquitur motus. Nam Saturnus, exempli gratia, non singulis diebus circumibit Terram; sed Terra hoc motu ipsum subleuante, totis solùm triginta annis perlustrabit Zodiacum semel: & Luna non tricies circumibit Terram in mense; sed Terra hunc motum recipiente in se, circumibit semel dumtaxat; & sic de cæteris Planetis.

Pari autem ratione Cometæ, si qui sursùm appareant, non ferentur simul & suis traiectionibus, & abreptu Mobilis primi; sed suis traiectionibus solùm agentur per Æthera, ac motus interim diurnus ipsis affingetur ex ipsa Terræ reuolutione. Ac pari ratione modo, si Nouæ quæpiam Stellæ in Cælo nascantur, quæ specialibus careant motibus, vt celebris illa anni 1572. in constellatione Cassiopeiæ visa; & alia rursùs anni 1604. in pede Serpentarii, cum, cùm ibidem Magna coniunctio trium superiorum Planetarum fuit; pari, inquam, modo hæ stellæ perinde constabunt, ac perpetuæ Fixæ; Terra verò perinde illis motum diurnum, sui reuolutione, ac Fixis perpetuis, affinget.

Postremò, aiunt; vt conspicuum est magis circumlustrari à naui maritimam oram, quam ab ora ipsam nauim: conuerti ex ordine oratoris faciem ad varias auditorii partes, quàm totum

totum circùm auditorium ad faciem oratoris immotam; & alia id genus similia; ita videtur magis congruum, conuertere Terram seipsam ad partes Cæli varias, quàm totam regionem Cælestem ipsi immotæ circumferri; ac potissimùm, eùm, vt dictum est, idem vtrouis modo appareat.

Tantò autem est, addunt, magis consentaneum conuertere Terram partes sui varias in Solem, quàm Solem ipsum varias Terræ partes circumlustrare, quantò ipsa est Terra, quæ Sole, non Sol, qui Terra indiget; cùm sit magis secondum naturam, vt quod alio eget, versus illud tendat, quàm ipsum nihil egens versus id, quòd eget.

CAPVT VI.

Quæ visæ magis congruæ ad asserendum Annuum.

QVOD attinet verò ad Annuum; primò quidem, inquiunt, cùm Sol sit veluti cor, & lucis, caloris, vigorisque fons, quo tota regio Planetaria perfunditur, ac animatur; nempe, vt opportunè consideat is Moderator, & quasi Princeps,

Ad cuius numeros & Dij moueantur, & Orbis
Accipiat leges, præscriptaque fœdera seruet.

Certè illa Solis circumvolutio propemodùm menstrua circa proprium axem, de qua paullò antè, occasioni est, vt concipiant Solem emissis à se radiis compellere omneis Planetas ad imitandum eundem motum; ac fieri exinde, vt quò vnusquisque Planeta Soli propior est, eo citiùs circuitum absoluat, tanquam potentiùs, propter radios confertiores, circumabductus. Neque verò ad hoc obstare aut debilem radiorum vim, aut Planetarum corpoream molem. Nam Planetas quidem ex se neque graueis, neque leueis esse; ac ideo posse minimo impulsu, momentove mutare locum; Radios verò, quos experimur impingi, reflecti, subingredi, discutere, exurere, ac dissoluere corpora, posse ea vi pellendi esse præditos, qua Planetas nullarenus resistenteis moueant, atque circumducant.

Secundò, si dispositionem tam quoad magnitudinem, quàm quoad motum Planetarum spectes; erit Mercurius minor Iimul, & celerior Venere, hæc Terrâ, hæc Marte, hic Ioue, hic Saturno; quæ series & concinna est, & instituto naturæ digna. Ac series quidem motuum citra omnem controuersiam est: quod ad magnitudinem verò seriem spectat, non desunt quidem, qui existiment Terram esse non modò Marte, verùm etiam Ioue maiorem: sed nempe cùm res pendeat ex limitatione parallaxeos, & apparentis diametri, quod negotium esse aleæ plenum superiùs insinuatum est: mirum nihil est aliquibus, secus quàm cæteris videri.

Vtcumque autem sit; saltem constat in vulgari Systemate nihil esse posse perturbatius, tam quod ad magnitudinem, quàm quod ad motuum seriem spectat. Nam in eo Luna est Mercurio maior, hic minor Venere, hæc minor Sole, hic maior Marte, hic minor Ioue, hic maior Saturno. Et rursùs; mouetur Luna motu menstruo, Mercurius annuo, Venus etiam, Sol pariter, Mars annis 2. Iupiter 12. Saturnus 30. Firmamentum 25000. Nona sphæra 1700. Decima 3400. Primum mobile horis 24.

Tertiò, præclarè exiode explicatur, quam ob rem Mercurius, & Venus non multùm digrediantur à Sole, neque vnquam Terram se inter, ac Solem constitutam habeant; Mars verò, Iupiter ac Saturnus digrediantur summopere, ac Terram interdum se inter, ac Solem intercipiant. Nempe vel sola Systematis inspectio rem clarè demonstrat: eùm iuxta communem sententiam fingere lineam inter Terram, Solémque tensam oporteat, in qua contra Epicyclorum, tam Mercurii quàm Veneris, quasi illigata cohæreant; & ab hac tamen illigatione contra Epicyclorum Martis, Iouis, ac Saturni libera sint; neque affert alia disparitatis ratio, quàm Systematis inconcinnitas possit.

Ne memoretur interim, quàm immanem fieri oportuerit cæli Veneris crassitudinem, vt intra ipsam tantæ capacitatis excauaretur Epicyclus, qui digressiones maximas heinc inde à Sole complexurus, ostentaret diametrum quartæ, & ampliùs parti ambitus Cælestis subtensam.

Quartò, præclariùs adhuc est, quod ex hoc Systemate, & motu Telluris per Zodiacum suppositò, rum farrago illa Epicyclorum aboletur; tum omnes Planetarum Stationes, Repedationesque tolluntur; tum vnusquisque Planeta suo vno motu, vnóque tenore, ac in eandem partem constantissimè agitur; vt sanè decet corpora tanta; ac interim quicquid Stationis, Retrogradationisque, & in ipsa quoque Directione alteratioois motus est, affingitur ipsis Planetis à visu, ob Terram inter eos translatam.

Quippe, quod ad Mercurium, quidem Veneremque attinet; non ij alternis in consequentia tendunt, in antecedentia regrediuntur, sed qui spectarentur ex Sole, vt centro suorum motuum, ire semper in consequentia, ac vno tenore Zodiacum percurrere; necesse est nobis, qui extra hoc centrum, extráque ipsorum circumductus versamur, appareant ire, reditéque; & dum nos interim circa idem centrum, sed lentiùs circumducimur, appareant irus, reditusque nunc in his, ounc in illis locis Zodiaci perficere.

Cùm Stationes verò perinde in hac, atque in communi Hypothesi intelligantur; non apparere ipsas tamen in excensu, aut ascensu per Epicyclum inter Solem, Terráinque contentum; sed potiùs per circulum, cuius centrum sit ipse Sol (adeo vt hi duo Planetæ nunc infra, seu citra Solem veniant, nunc tantumdem supra, vltráve eum abeant; quod & Ægyptii veteres, & postèà Martianus Capella, aliíque noonulli opinati sunt) tum alia quædam arguunt; tum ipsæ Phases Veneris Telescopio obseruatæ conuincunt.

Venus scilicet apparere plena (proximéve) non potest, cùm vesperi à Sole emergit, & ad

Stationem

Stationem primam tendit; nisi quia vltra Solem facta, hemisphærium soi (aut quam-proximè) illustratum nobis obuertit. Neque dimidiata, cùm circiter medias versatur longitudines, nisi quia obuertit dimidium domtaxat eiusdem. Neque corniculata, cùm infra discedens, redit ad Solem vesperi; nisi quia dimidio minùs. Neque rursus corniculata, cùm manè à Sole emergens, properat ad Stationem secundam; nisi quia tunc quoque obuertit minùs dimidio. Neque rursus bisecta sub medias longitudines; nisi quia iterùm dimidiom. Neque demum iterum plena, cùm manè Solem repetit; nisi quia rursus hemisphærium totum (proximéve) illustratum obuertit.

Quæ omnia quidem intelligi vel ex sola schematis appositi inspectione possunt, quatenus Phases, quæ ad lævam, Veneris discum referunt, qualis oculo exhibetur; & quæ ad dextram sunt, insinuant exhiberi alium non posse, ob dimidium globi illustratum, quod nonnisi falce sit tenui, ea tamen, quòd aliunde sit maioris Orbis portio, præstet, vt tunc Venus interdiù videatur, quæ perinde interdiù, donec plena est, videri non potest.

Quod ad Martem verò, ac Iouem, Saturnúmque attinet: non ij alternis directè eunt, cursúmque reuerà reflectunt; sed qui spectarentur ex Sole (& ex Terra quoque, si quiesceret) tendere semper in consequentia; necesse est nobis, qui intra ipsorum circuitus, & celeriùs quidem, quàm ipsi, in orbem mouemur; necesse est, inquam regredi appareant, quoties versus eandem regionem, ac propè ipsos facti prætermadimus, Solémque ex parte altera habemus quasi eos nempe sic assequendo, & mox à tergo sic relinquendo, vt visus noster ad stellas Fixas, non iam consequenteis, sed antecedenteis, illos referat.

Ex opposito verò necesse est dirigi, sen in consequentia moueri appareant, quoties in oppositas partes imus, ac Terra sic progredi-



semper quidem Solem respectat, sed nunc plus, nunc minus conuertitur ad oculum, auertiturve ab oculo. Prætereo autem notum esse, si Venus feratur in Epicyclo, qui esset infra Solem totus, ipsam nunquam noo modò plenam, sed ne exquisitè quidem dimidiatam appariturum.

Quin etiam nunquam appareret Telescopio exilissima, dum euadit plena; neque amplissima, dum corniculata; nisi plena foret in celsissimo, & corniculata in humillimo situ. Dico autem Telescopio; quoniam alioquin nudo visu, tanta penè apparet, dum noo longè est à coniunctione citra Solem; quòd spuria luce circumradians (vti & luminosa omnia procul, ac è tenebris visa) ramersi illeic sit orbe exilis, circum tamen tota refulgeat; heic

tur, vt Solem, ipsósque ad eandem partem habeat, & visus illos referat ad stellas Fixas consequenteis.

Necesse est demùm, vt stare appareant, quoties à regione opposita in eandem, aut ab eadem in diuersam transimus; quòd Terra tunc ita moueatur, vt visus per aliquod tempus referat ipsos ad easdem stellas. Quæ omnia vel ex ipsa inspectione depicti antè Systematis, & fictione motuum per circulos proprios, ina telligi possunt.

Quiotò, cùm proinde mirabile sit, fieri semper hosce Planetas in oppositione cum Sole Retrogrados; in coniunctione Directos; nunquam aliis locis, aut temporibus; nec possit communis opinio causam dicere, cur id fiat; dicit tamen ista præclarè, ex dispositione

Systematis, iuxta quam prorsus necesse est, vt res fieri hoc modo, non alio appareat.

Quin eriam præclarè simul causam dicit, cur hi tres Planetæ adeò magni sint in oppositione, seu quo tempore Acronychi sunt, præ reliquis temporibus: nempe, quia tunc Terra proximè eos transit.

Cur item Retrogradationes sint in Saturno frequentiores, quàm in Ioue; in hoc, quàm in Marte: nempe, quia Terra sæpiùs Saturnum lentissimum, quam Iouem paullò velociorem assequitur; ac Martem citissimum omnium, vt tardiùs, ita frequentiùs.

Cur ex opposito Retrogradationis arcus in Marte maior, quàm in Ioue, in hoc, quàm in Saturno sit: nempe, quia Martis Retrogradatio ob propinquitatem propiùs incipit, & desinit longiùs, quàm in Ioue, & ob eandem rationem in hoc, quàm in Saturno, atque ita de cæteris.

Denique, cùm cæteri Planetæ Retrogradi, & Srationarij appareant; quorsum id non competere Lunæ, ac Soli existimemus; nisi quia Luna quidem nobis, vbicumque simus, tanquam circa centrum circumducitur; Sol verò ipse est, circa quem ipsi semper circumducimur; neque ille potest non videri semper procedere in consequentia, ad oppositam nobis partem.

CAPVT VII.

Quæ visæ demùm magis congruæ ad motum Tertium inducendum.

QVOD tandem spectat ad Tertium motum, seu, mauis, expositam illam in parallelismo axis continentiam, fuit Imprimis excogitatio illius necessaria, vt dierum, & noctium; æstatisque, & hyemis vicissitudo obseruetur.

Nimirùm, si Terrà translatà per Zodiacum, conceptus in ipsa Æquator in idem cum Ecliptica planum coïncideret, eiusque axis fieret axi Eclipticæ parallelus; ac polus adeò Mundi cum polo Eclipticæ idem foret; perpetuum vbique foret Æquinoctium; & habitantibus sub Ecliptica Sol perpetuò transiret supra verticem; habitantibus heinc inde versus vtrumque polum, eueheretur perpetuò ad eandem altitudinem meridianam; habitantibus sub polis, appareret semper Horizontem circum prætet-radere aut sui dimidio, aut ob refractionem se toto(prorsus vt iam fieri pro varietate habitantium Æquinoctij tempore obseruatur) vnde & nec dierum nec tempestatum efficeretur vlla variatio.

At Æquatore Terræ secante Eclipticæ planum, & axe illius constante in sui secum parallelismo; fit, vt Horizon cuiusque loci situm cum ipso Sole commutet; & non modò interdum diem, interdum noctem, propter Solem nunc exhibitum, nunc subductum faciat; sed etiam nobis, v. c. ad Boream existentibus, tumor Terræ obsit, ne Terra versante in Signis Borealibus, Solem habeamus adeò altum, apertumque, ac donec versatur in Australibus, atque adeò ne dies habeamus tam longos, nec calorem adeò vehementem sentiamus. Quod vel ex sola applicatione circumductioneque memorati globuli supra vulgaris sphæræ Zodiacum (seruato semper parallelismo, ac designato in Globulo puncto Lutetiæ situm repræsentante) intelligi facillimè potest.

Secundò, vt declaretur, quomodo Poli altitudo in vnoquoque Terræ loco eadem, seu inuariata maneat.

Videlicet Terra versante in Cancro, pronum videtur existimare, debere nobis Polum Boreum apparere longè altiorem, quàm versante in Capricorno, Enim-vero ex hoc parallelismo elicitur, vt æquè altus, vbicumque Terra versetur, appareat. Res autem hoc modo concipienda est.

Repetatur hoc loco schema capite tertio propositum, ac intelligatur E G axis per Solem transiens, produci heinc inde in regionem vsque Fixarum, desinereque in puncta A C, quæ appellentur Poli Mundi.



Intelligamus

Intelligamus & axem Terræ continuarum heinc inde ad Fixas, esse successiuè PQ, RS, &c. ac describere annuo circumductu circa axem Mundi, superficiē cylindricam, siue columnarē, cuius bases sint duo circuli circa Polos descripti, habētésque pro diametris lineas PT, QV, æqualeis diametro Magni orbis FH.

Intelligamus rursus tantam esse distantiam ex orbe Magno vsque ad Fixas, vt spectata heinc ea columna, & decrescere continenter visa (eo modo quo solent parallela omnia in longum producta) desinere tandem ad vtramque partem in acumen appareat, & duæ illæ bases, geminive circuli circa polos descripti, habeantur vt puncta.

Ex his simul intelligemus, vbicumque Terra in Zodiaco, Magnove orbe exstiterit, exstantem supra horizontem Polum constare eundem, seu apparere altitudinis inuariatæ. Quoniam tametsi axis Terræ alias, aliasque Cæli partes circa Polum Mundi respiciat; intercapedo tamen harum omnium partium, quasi punctum ad visum sit, & totus complexus circuli circa Polum descripti pro eodem Polo reputetur.

Tertiò, vt explicetur, quî fiat, vt eædem Stellæ verticales semper sint, magnitudinisque eiusdem appareant.

Quippe cùm, si Terra exsistente in Cancro, Stellæ aliquæ nobis transeunt ad verticem, ex transituræ non videantur pari modo ad verticem, neque apparituræ tantæ, vbi fuerit in Capricorno.

Enimvero, quemadmodum altitudo Poli, vt dictum mox est, perseuerat eadem, ob memoratum Parallelismum; sic necesse est, vt, ob ipsummet, stellæ verticales eædem perseuerent; vtpote retinentes semper eandem ab ipso Polo distantiam.

Ac verum est quidem, Terra exsistente in Capricorno, verticem nostrum tendere ad punctum regionis Fixarum, tantundem distans ab eo, in quod tendit, dum Terra in Cancro versatur, quanta distantia inter ipsos Magni orbis Tropicos est; at, si hic totus orbis instar puncti est, ad totam Fixarum regionem collatus, à fortiore erit parua eius portio, distantia nimirùm inter Tropicos.

Quam ob rem heinc fit, vt non eædem quidem partes regionis Fixarum vertici heic illeic reuera respondeant, sed respondeant tamen eædem ad sensum: neque mirum fit, si eædem stellæ, quæ sensibiles Cæli partes sunt, verticales constanter maneant.

Fit verò quoque, vt ipsa stellarum magnitudo inuariata appareat, quòd vbicumque Terra sit, ex eodem quasi puncto respiciatur.

Quartò, vt ostendatur, quæ descripta superiùs est Æquinoctiorum Præcessio, seu motus ille lentus in Ortum, qui octauæ sphæræ, seu Firmamento tribuitur.

Siquidem stellæ Arietis non videntur alia ratione recessisse iam ab Æquinoctiali puncto, intra duo annotum millia, tringinta penè gradibus; quàm quia sunt reipsa progressæ versus consequentia.

Attamen, quia idem est appariturum, seu stellæ reipsa ab Æquinoctiali puncto versus consequentia recedant; seu ipsum Æquinoctiale punctum recedat à stellis versus præcedentia: ideò assumpsit Copernicus, istum motum Inclinationis, axisve continentiam sic fieri, vt non assequatur præcisè motum centri, ac faciat proinde, vt Æquator secet quotannis Eclipticam aliquantò citeriùs, efficiatque adeò Æquinoctiale punctum in parte Ecliptica aliquantò antecedente.

Vnde & eueniat, vt, dum Æquinoctiale punctum transit in præcedentia (ex quo fuit hic motus ab eo Præcessio, seu Anticipatio Æquinoctiorum appellatus) relictæ partes Ecliptica, atque adeò stellæ Arietis, & aliæ, tantumdem transire, siue progredi in consequentia appareant.

Quæ ille subinde adjecit, ad saluandum partim Inæqualitatem huiusmodi motus Præcessionis Æquinoctiorū; partim Variationem obliquitatis, maximæve declinationis Ecliptica (dū ideò sufficere voluit, vt axis Terrenus describeret speciem intortæ corollæ, hac forma,

quòd eundo in Ortum, & redundo in Occasum, acceleratio, retardatioque illius motus fieret; & eundo in Boream, ac redeundo in Austrum, incrementum, decrementumque Declinationis illius crearetur.) Quæ, inquam, hac de re adjecit, ideò memoratu necessaria non sunt, quòd vtriusque Phænomeni obseruationes sint incertiores, quàm vt de iis debitè constet, aut immorandum in iis videatur.

Satis esto; visum fuisse magis congruum, hæc, quæ sunt huc-vsque relata, in ipsum Terræ globulum, quàm aut in Solem, aut in sphæram Fixarum immensam referre.

Addant-ne autem quintò, partim ex hoc motu, partim ex superioribus, visum Galilæo fuisse magis congruum, explicare Æstum, seu Fluxum, & Refluxum Maris, quàm illum referre ad influxum Lunæ, aut ad aliam quamlibet excogitatam hactenus causam?

Nam, vt aqua-vase contenta, ipsoque translato refugiens, non hæret quasi accumulata, sed refluit protsùm, si transfario fiat inæquabiliter; ita voluit Mare contentum in Terræ cauitatibus, & versus Occasum refugiens, dum ipsa versus Ortum transfertur; non hærere, verùm refluere, ac iterum reciprocari, si contingat ipsum eius quasi vas inæquabiliter transferri.

Transferri porrò inæquabiliter, ex eo probant, quòd, licet quilibet trium motuum æquabilis secundum se sit; facit tamen eorum commistio, vt assumpta certa superficiei Terræ pars inæquabiliter moueatur.

Nam ea, v. g. in qua est mare Mediterraneum, ita constanter versus Ortum motu annuo abripitur, vt interim motu diurno reuoluta, habeat dimidium reuolutionis huiusce, consentiens cum annuo, & dimidium dissentiens; sicque, dum ambo motus conspirant, feratur velociùs in Ortum; dum alter dumtaxat eò tendit, feratur tardiùs: ac bis quouis die feratur inæquabiliter; semel scilicet, dum à velocitate in tarditatem; semel, dum à tarditate in velocitatem transit.

Itaque ex hac inæquabilitate oriri ille voluit reciprocationem Æstus geminam singulis diebus contingentem.

Sic verò, quia diurnus motus nunquam obliquè, sed semper directè versus Ortum fit, ob memoratum parallelismum; & interim ab annuo obliquè facto adimuatur, seu promouetur minùs circa Æquinoctia ob obliquitatem, quàm circa Solstitia; ideò propter superuenientem huiusmodi inæquabilitatem, intendi Æstum censuit per vtraque ea tempora; & per Æquinoctia quidem maximé, quòd mm motus annuus diurno magis aduersetur.

Sic etiam, quia, si verum sit transferri Terram per Zodiacum Solaribus radiis, & ipsam aliundè transferre secum Lunam, vt sui appendicem, necesse est translationem Terræ intendi, ac remitti, prout Luna noua, aut plena exstiterit, illeic nempe citra, heic vltra ipsam Terram exsistens; eo modo, quo vibrationes Globi penduli, chordave appensi, & hûc illûc reciprocantis, intenduntur, aut remittuntur, grout globulus aut suprà, aut infrà coappenditur; ideò ex hac noua inæqualitate putauit ille fieri, vt Æstus euadant per Nouilunia, ac Plenilunia, quàm temporibus aliis intensiores.

Sic rursùs, quia ex Luna, Terráque vnà translatis vnum quasi mobile fit; & ob morum specialem Lunæ, totale hoc mobile non assequitur meridianum diebus singulis, nisi vnà propè horâ, seu quatuor horæ quintis tardiùs, ideò fieri potest, vt Æstus diebus singulis vnà propè horâ, siue quatuor quintis, fiat retardatior.

Prætereundum autem, varietates alias, quæ in Maris æstu contingunt, posse non incommodè ad littorum situs, conditionesque reuocari.

CAPVT VIII.

Quid Copernicani ad ea, quæ obiici solent ex Astronomia respondeant.

NVNC, cum triplex sit Argumentorum genus, quæ solent aduersus Telluris motum obiici: aliqua enim ex Astronomia, aliqua ex Physica, aliqua ex Sacra Scriptura petuntur; non est quare multùm in iis immoremur, quæ Astronomiea potissimùm sunt; quòd qua ratione Copernicani ad illa respondeant, maxima ex parte constet ex iam dictis.

Nam quod, v. c. solet obiici, fore, vt neque eodem in loco altitudo Poli sit constans; neque eædem stellæ verticales sint, magnitudoisque eiusdem habeantur; neque, si motus secundùm Eclipticam fiat, variatio vlla dierum, noctiumque, & tempestatum eueniat; neque vllus motus Fixarum in consequentia obseruetur, & si qua sunt huiusmodi; id fuit mox antè declaratum.

Quod prætereà verò imprimis vrgetur; fore, vt integrum hemisphærium, dimidiumve Cæli apparitum non sit, neque adeò sex Zodiaci Signa possint perpetuò conspici, nisi Terra in centro degat.

Respondent, vbicumque Terra intra ambitum Cæli fuerit, id, quod ex Cælo supra Horizontem, ipsiusve planum exstabit, apparitum oculo, quasi integrum Hemisphærium; nisi à Cæli fornice tam paucis orgyriis absimus, vt verticale, & circumstantia puncta internoscantur distare à nobis minùs, quàm ipse Horizon, extremumve illud, quod erit ex Terra conspicuum. Nempe oculus habens Cælum tanquam ipsi Terræ extremo circumquaque contiguum, non alia semidiametro altitudinem fornicis; quam ipsam latitudinem, distantiamve Horizontis metitur.

Terram porrò, siue concipiatur euecta ex centro, in magni Orbis superficiem; siue ex Tropico Capricorni eiusdem Orbis, translata in Tropicum Cancri, non ideò ita accedere ad ipsum Cæli fornicem, vt minùs ab eo, quàm ab ipso Terræ Horizonte distemus: quin imò, iuxta antedicta, oe euadere quidem promotiorem versus ipsum, vllo puncto sensibili, vt propterea aliquid minus Hemisphærio ex eo cernamus, aut ex ipsius Zodiaco minus, quàm sex Signa, hoc est, quàm centum octoginta gradus, supra Horizontem appareant.

Quod secundò instatur; fore, vt non possit Sol Apogeus, Perigeus; & alia dici:

Respondent, posse semper dici; quòd hæc Astronomia receptas voces non expungat, modò iuxta ea, quæ apparent, vsurpari intelligantur, ac nullum propterea exsistentiæ rei, quæ reuerà sit, præiudicium fiat. Nam ipsos quoque Copernicanos passim dicere, Solem oriri, occidere, esse in Signo aliquo, cæteráque similia, loquutos nimirum prout res apparent.

Dicere itaque licebit Solem esse Apogeum, quando Terra erit Aphelia, maximéve distans à Sole, Perigeum, cum Perihelia, proximéve circumstans Solem: nam illud apparenter Soli, hoc reipsà Terræ conueniet, quatenus eius orbita Eccentrica erit, seu non tam circulus perfectus, quàm Ellipsis quædam, in cuius focorum, seu centrorum altero sit Sol, ac Terra proinde ad ipsum nunc magis, nunc minus accedat.

Scilicet viæ Planetarum (quas nempe corporibus suis per Ætherea spatia describunt, etiam dum vehi, reuehique per Eccentricos, & Epicyclos supponuntur) obseruatæ Ellipticæ sunt; eo fere modo, quo circa Lunam superiore libro io sinuatum fuit: tametsi ita exigente facilitate calculi, intelligantur etiam Ellipses in Eccentricos, Epicycloisque reduci.

Quod additur tertiò, futurum, vt eoque eorumdem Latitudines; neque speciarim Lunæ Phases, ipsiusque, ac Solis Eclipses perinde appareant, &c.

Respondent, ista, & cætera perinde prorsus apparitura, quando, licet ipsa sit Terra, quæ reuerà describat Eclipticam; & Sol tamen est apparitarus eam describere; & Planetæ cæteri, dum percurrent Zodiacum, videndi sunt variè cum ipso, ac inter se configurari, discederéque ab Ecliptica, seu latitudinem sortiri.

Et quia Luna semper circa Terràm feretur in orbita propria, quæ perinde Ecliptieam in oppositis

oppositis Nodis fecet; perinde prorsùs Phasis subibit, & Soli coniuncta, aut oppositæ perinde apparens, perinde Eclipsin patietur, aut non patietur, opposita cùm erit, ac perinde creabit, aut non creabit in Sole, cùm erit conjuncta; absque vllo discrimine.

Quòd subiicitur quartò, deridiculum esse, Terram, Elementorum fæcem, Cæleste corpus existimari, ac Planetarum vnum censeri:

Respondent, Terram non esse magis tepentandam Mundi fæcem, quàm Martem, aut alium Planetam: nam & quamuis luce careat, carere tamen cæteros quoque; & si cæteri luce Solis splendeant, eadem patiatur & ipsam splendere.

Non esse eam minùs globosam, quàm illos; vt proinde per ætherea spatia circumdnci peinde valeat. Non esse molis incongruæ: cùm, vt minor aliquibus, ita maior cæteris sit.

Et quamuis superficiem inæquabilem, asperatámque habeat; habere tamen & ipsam Lunam, vt Talescopio conuincitur: & habere cæteros quoque non esse improbabile, vel ex eo, quòd plusquàm ex vno sui puncto lucem Solis ad nos reflectant; ac aliunde obtusè luceant, neque Fixarum instar scintillent, tanquam maiore radiorum parte ob anfractus varios, aliò, quàm versum nos deflexa.

Imò & quamuis generationes, corruptionesque in Terra fiant: non posse probari, quin fiant similiter in cæteris; tametsi ipsas non magis videamus, quàm videri possent ex Luna, & cæteris ea, quæ in Terra fiunt.

Si fiant, non posse propterea ipsos reputari imperfectos: quoniam imperfectio est quidem posse vnam rem quampiam corrumpi, siue esse desinere, non autem manendo incolumem, posse ex corruptione quorundam, alia, aliaque progenerare. Esse sanè longè maiorem in ipsa Terra perfectionem parturire hanc tantam florum, aliarúmque rerum elegantiam, cùm id citra vllum molis suæ detrimentum faciat; quàm si corruptione immunis, absque vlla prorsus suæ superficiei immutatione perseueraret.

Ad-hæc, non modò Terram & Lunam commutare vices, dum sese vicissim obscurant, & illuminant; sed etiam quicquid Venus, aut Mercurius apparent Terræ, apparere Terram Marti, Ioui, & Saturno. Et quicquid Mars, Iupiter, aut Saturnus Terræ apparent, Veneri, & Mercurio Terram apparere; hoc est, quod attinet ad motum; formamque ipsius; quòd ad magnitudinis variationem, quod ad Phasis, & cætera.

Quod reputatur quintò inconcinnum, immensam adeò habere illam Fixarum à Terra distantiam, vt totus iste Magnus orbis puncti instar habendus sit:

Respondent; cùm nulla sit ratio, nec sensu facta obseruatio, quæ eam minorem esse conuincat; & ex ipsa aliunde suppositæ, Phænomena omnia concinniùs saluentur, quàm dum minor, iuxta vulgarem opinionem, supponitur; ideò non videri eam iure inconcinnam existimari.

Nam quòd vastitas quidem tanta reputetur superflua; videri illos, qui ita sentiunt, esse summi Opificis magnificentiæ iniurios; dum non capientes, quorsum Deus tam amplum Mundum fecerit, cùius potentiam, sapientiamque ad sui captus, &, vt sic dicam, ad suæ parsimoniæ angustias deducunt.

Quod demum, fore ergo Solem quanis stella Fixa conspicua minorem; quando, si totus Magnus orbis conspici à Fixis, ob sui exilitatem non possit; longè fuerit minùs conspiciundus Sol, habitus dumtaxat quasi eius centrum?

Respondent, posse tamen Solem minorem non esse; & minorem licet, posse tamen adhuc ex ipsa Fixarum regione videri; quòd, vt lucernæ flammula procul è tenebris conspecta in amplissimam speciem dilatatur; ita per tenebras nocturnas dilatentur discuti stellarum, qui absque tali dilatatione essent punctula merè inconspicua.

Quare & futurum, vt Sol perinde amplificaretur, spectatus è tenebris, efficeretúrque stellæ instar conspicuus; vtcumque absque amplificatione huiuscemodi, euasurus esset punctulum planè inconspicuum.

CAPVT IX.

Quid ad ea, quæ ex Physica.

IAM ex Physicis illud primum est, quòd infimus locus, quale Mundi centrum, siue medium est, corpori omnium grauissimo, qualis est globus Terræ, debeatur.

Sed respondent; primùm, ex mente Platonis, dari quidem in Mundo extremum, & medium; verùm non idcircò extremum supremum, neque medium infimum censeri. Quippe supremum, & infimum dici dumtaxat comparatè, sine respectu habito ad situm partium animalis, hominis verò maximè; cui vbicumque in Mundo sit, illud est superius, sursumve, quod est vltra caput; & illud inferius, deorsumve, quod est vltra pedes.

Deinde, Terræ quidem partes esse, dicive posse graues, quatenus ad Terram, vt ad totum cuius incolumitas ex vnione partium dependet feruntur, at totam Terram secundùm se neque grauem esse, neque leuem magis, quàm Lunam, Venerem, aut quemliber alium Cæleste globum, quorum partes similiter, si quapiam vi distractæ fuerint, suum quæque globum pari iure repetent, & poterunt graues perinde censeri.

Ad-hæc, dari quidem in Terra centrum, siue medium, versus quod ex accidenti grauia ferantur (ex accidenti, inquam; nam per se feruntur dumtaxat versus Terræ corpus, cui vniri appetunt; facinntque interim id per breuissimam lineam, quam simul contingit respectare centrum) at non idcircò Terræ centrum idem esse cum centro Mundi; posseque adeò grania, vbiuis in Mundo Terra fuerit, tendere versus eius centrum.

Secundò illud, quòd simplici corpori, cuiusmodi est Terra, vnicus simplex motus conueniat: Quare cum Terræ competat rectus, ipseque deorsùm (vt motus partium indicat) non competere circularem.

Sed

Sed respondent; falsum imprimis id esse, vt Terra simplex corpus sit, quod experientia docet potiùs esse ex rebus adeò heterogeneis variè commistum.

Deinde, ne corpori quidem simplici repugnare varietatem motuum, modò ij non sint in partels simul oppositas; verùm sint ex iis, qui in eandem partem, regionemve consprirent; quemadmodum dictum iam est de globo supra planum voluto.

Ad-hæc, non idcircò competere toti, quod eius parti competit, si vt pars est, competat ipsi; alioquin enim totus homo deberet esse orbicularis, quòd eius caput tale sit: quare &, non ex eo, quòd partes Terræ rectà feruntur, oportere rectà ferri totam Terram, quando motus rectus partibus eius competit, vt cum ea vnianrur, Terra autem tota vnionem cum alia re non appetit.

Postremò, tametsi partium Terræ motus rectus sit proprius, ipsis tamen simul competere motum totius, hoc est circularem, quatenus dum cadunt, vnà interim transferuntur, eo modo, quo manui præter motus proprios, sursum, deorsum, prorsum, retrorsum, in gyrum, &c. competit simul motus corporis totius, cum quo incedente interim transfertur.

Tertiò illud, quòd Terra motu adeò rapido dissiparetur, nosque ipsi adeò rapidè translati, aërem à nobis proscissum, effectúmque quasi ventum intolerabilem, non ferremus.

Sed respondent; primùm, pollere Terram magnetica vi, qua Terrena omnia reuincta contineat (eo scilicet modo, quo Magnes magnetica omnia, vt frusta magnetis, ac ferri) & Terrena eo modo attracta dici grauia, non tam insita qualitate, quàm impressa à Terra virtute; leuia autem censeri ea, quæ minus sunt grauia, minusve trahuntur, ac cedunt locum cum grauioribus, non, vt omninò distrahantur, sed solùm, vt sint remotiora, siue exteriora, & cum propinquioribus, interioribusve, per intermedia cohæreant.

Deinde, non ideò dissipari Terram, quòd quemadmodum parteis sui omneis ab intimis, ad extimas vsque magnetica vi continet; ita moueat sese, & conuehat ipsas, veloci quidem, sed vniformi tamè, & æquabili placidóque motu, non autem ita, vt vel subsultet, vel inpingatur in aliquid, à quo succussa parteis exturbet, pellat-ve à se alióque, & citiùs, quàm quò ipsa tendit, præjiciat.

Ad-hæc, quòd Aër quoque sit, ex antedictis, Terreæ materiæ, & solidiorem ipsum globum, lanuginis instar circumvestiat; ideò ipsum vnà cum Terra ita circumferri, vt nos intra ipsum degentes, vnáque translati, eum non prosciendamus, neque quasi ventum factum persentiamus.

Et denique tamen quoniam Aër fluxibilioris est substantiæ, neque tam velociter abripitur, ac solidus interior globus; hinc esse videri, cur sub Æquatore, & circiter ipsum, quà motus Terræ in Ortum velocissimus est, Aër sic resistat, inquè Occasum veluti eat, vt Nautæ illum quasi ventum & indesinentem, & æquabilem experiantur.

Ne quidplam dicatur de Mari, quod ob sui quoque fluxibilitatem non nihil retardatum fluat, & ex sui cumulatione, obiectúve littorum refluat, aut paullò antè attigimus.

Quarto illud, quòd nullum corpus aut sursùm emissum, aut supernè dimissum, ad perpendiculũ caderet, si dum esset per aërem, locus Terræ cui immineret, perinde subduceretur, ac emissæ sursùm sagittæ dum nauis transfertur, subducitur puppis è qua emissa fuerit.

Sed respondent, primùm falsum esse sagittam sursùm directè è puppi emissam, in puppim non recidere, vtcumque id hactenus fuerit, sed ab inexpertis scilicet obiectum. Neinpe causam esse, quòd nauis motum suum imprimat rebus omnibus, quæ ipsâ vehuntur, ac ipsarum interuentu mobilibus omnibus, quæ mittunt, aut dimittunt ipsæ. Et ex hoc fieri, vt dum arcus motum sagittę imprimit sursùm, imprimat simul motum prorsum, quem ipse interim à naui, aut ab homine, ab eadem nauì transuecto habet; sicque sagitta, dum est per aërem, immineat semper puppi, & in eam tandem recidat, propter huiusmodi motum.

Simile porrò esse, non modò, dum quis è pterna, seu pede mali, lapidem proiicit in carchesium; verùm etiam, dum lapidem è carchesio dimittit in pternam. Is enim lapis neque dimissus ex parte puppis à malo decsritur, neque dimissus ex parte proræ, à malo attingitur; sed perinde in pternam, ac si nauis quiesceret, cadit. Nimirum, quia licet dimittens nullum motum sibi proprium adhibeat, imprimit tamen generaleun, quem habet à naui, malo intercedente, impressum; ex eoque fit, vt dimittens ex parte puppis lapidem, tantumdem ipsum versus malum interim aufugientem retrahat, quantus est motus ipsius mali, & dimittens ex parte proræ, tantumdem ante malum interim prosequentem conjiciat, quantus est motus eiusdem mali.

Itaque exemplum obiectum ita posse retorqueri, vt pari modo Terra motum suum imprimat rebus omnibus à se vectis: ac lapidem emissum sursum, idcircò in eundem Terræ locum recidere, quòd projicíens ipsi non tantum propriam imprimat vim, qua adigit sursùm; verùm etiam vim, quam habet à Terra, transferatur prorsum, liceque dum est in aëre, eundem semper locum respectet, & in eundem eadat.

Quo eodem modo, è Turri dimissus, in locum, cui imminet, cadit, quòd licet dimittens motum sui proprium non adhibeat, motum tamen imprimit, qui sibi sit à Terra, turri interecdente, impressus.

Deinde; vt motus sagittæ, lapidisve è nauì emissi, aut dimissi, non est reipsà rectus, sed inflexus, & secundùm lineam, quam dicunt Parabolicam; ac apparet tamen iis omnibus, qui in nauì sunt, rectus, seu perpendicularis, quoniam oculus non percipit motum, quo vehitur ipse, quique est communis sagittæ, ac lapidi; sed illum duntaxat, qui præterea imprimitur: sic motum lapidis è Terra sursùm missi, aut è turri dimissi, non esse quidem rectà rectum, sed esse per spatia Mundana admodùm inflexum, & Parabolès apertissimæ;

simæ; ac apparere tamen rectum, siue perpendicularem omnibus à Terra conuectis, quoniam pari modo oculus non percipiat motum, quo ipse interim à Terra transfertur, quique communis lapidi etiam est; sed alium solùm, qui præterea lapidi, aut à projectore, aut à grauitate, attractione-ve fuerit impressus.

Id solùm discriminis esse, quòd aliqui possint extra nauim consistere, qui motum nautis perpendicularem visum, obseruent inflexum; at nemo extra Terram figere pedem valeat, vt inflexum deprehendat illum, qui videtur ipsis Terricolis perpendicularis.

Quintò illud, quod globus bombardicus in Occasum explosus longiùs tenderet, tanquam machina in Ortum simul consequente: ac rursus explosus in Austrum, vel Boream, tantumdem semper aberraret à scopo, quantum scopus, dum globus esset per Aërem, ferretur in Ortum.

Sed respondent primùm; vt duo pilà colludentes supra nauis transtra parem quidem vim, quantum est ex se, pilæ imptimunt; vnde & habito respectu partium nauis, tantum spatij peragit pila versus proram, quantum versus puppim: verùm qui est ex parte puppis, adjicit proprio motum nauis: & qui est ex parte proræ, subducit; ac sit exinde, vt missa pila in proram, tantum præterea spatij Aërei conficiat, quantum colluſor à prora interim abducitur, dum pila est per Aërem; & missa in puppim tantò minùs conficiat, quantò, dum pila est per Aërem, colluſor à puppi versus eam accedit: Pari prorsùs modo, si sint duæ machinæ, altera ad Ortum, altera ad Occasum, ad se inuicem paribus viribus collineantes; tantumdem spatij ab explosa ex vtraque globo supra superficiem Terræ confici: quoniam licet globus explosus in Ortum, habeat superadditam à Terra vim, explosus in Occasum, subductam; interim tamen, quæ machina explosit in Ortum, tantumdem globum consequitur, quantum ipsi motus à Terra accepti impressit, & quæ explosit in Occasum, tantumdem à globo abducitur, quantum ipsi motus à Terra accepti subduxit: sicque compensatione additionis, & subductionis facta, globus perinde supra Terram motam, ac supra quietam promouetur.

Deinde, globum siue in Boream, siue in Austrum directum, perinde attingere scopum, ac si Terra quiesceret; quòd dum & machina, & scopus versus Ortum feruntur, feratur simul & globus per Aërem traiectus, ob superadditam à Terra vim, ex qua efficitur, vt hæc tria, machina, scopus, globus, intra eandem rectam semper contineantur.

Postremò illud, quòd nubes, aues, aliaque in Aëre suspensa, apparerent semper rapidissimè ferri in Occasum.

Sed respondent, primùm; vt qui per transtra nauis salit, non modò motum sibi proprium, donec per Aërem est, habet; verùm etiam motum impressum à naui, quo vnà cum naui transfertur, quamcumque in partem motu proprio saliat: ita volucrem, v. c. dum supra Terræ superficiem, ac per Aërem volitat, habere præter motum proprium, etiam generalem à Terra impressum, quo vnà cum ipsa transfertur, quamcumque ab parteam ipsa interim volitet, aut quotiescumque in Aëre hæreat, suspensa-ve videatur. Quod idem proportione de nube, cæterisque dicendum est.

Deinde, sicut salienti per transtra nauis, tunc motus nauis imprimitur, cùm eius pedes attolluntur; ita motus Terræ tunc imprimitur auibus, cùm primùm è Terra, arbore, aliaue re Terræ hærente, simulque translata, assurgunt; repeti autem, ac velut inculcari, quoties volucres, ne ad perpendiculum, seu in locum Terræ, cui imminent, cadant, alis Aërem verberant. Nempe Aër eriam cum Terra transtus fulcimenti loco est, cui illæ innixæ motus suos instaurent, vt esse possint scamna transtris imposita, per quæ ille dissultet.

Denique, vt res melius concipiatur, considerandos esse pisces intra Aquam cuppâ contentam, quam transferat nauis. Quippe, vt pisces vnà cum Aqua motu generali nauis transferuntur, & interim tamè perinde aut hærent, aut hùc illùc variè mouentur intra cuppam, ac si Aqua quiesceret, neque cum naui transueherentur; sic aues, & quæcumque alia in Aëre fiunt, ita motu Terræ generali transferuntur, vt perinde aut hæreant, aut quolibet versùm per Aërem moueantur, ac si Aër quiesceret, neque cum Terra tranferretur.

CAPVT X

Quid ad ea, quæ ex S. Scriptura.

QVæ demùm loca Scripturæ Sacræ obiiciuntur, eiusmodi sunt, vt videantur quietem Terræ partim expresè asserere, vt illa, *Terra in æternum stat; &, fundasti Terram super stabilitatem suam*, &c. vel tacitè, quatenus motus non Terræ, sed Soli tribuitur, vt illa, *Oritur Sol, & occidit; &, Regressus est Sol decem lineis; &, Sol contra Gabaon ne moueatis*, &c.

Verùm respondent illi, imprimis, Scripturæ Sacræ scopum non esse, vt homines aut Physicos, aut Mathematicos efficiat; sed vt pios, & ad salutem, seu gratiam, gloriamque supernaturalem comparatos reddat. Quare & loqui eam de rebus, quatenus apparent omnibus vulgò hominibus; vt quoniam sua salus omnium interest, intelligi ab omnibus possit.

Parùm curare ipsam proinde, quales res in se, & reuerà sint; cùm eruidendis alioquin ad salutem hominibus, vulgares de rebus notiones sufficiant. Nempe, nisi plæraque loco hoc modo exposuerimus; hoc est, dixerimus Scripturam ad vulgi captum se demisisse, Scriptores-ve Sacros sese temperasse, accommodasséque rudi populo; futuros nos procul à germano sensu, quo Spiritus Sanctus intelligi voluit.

Ac ne longè ab argumento, quod sit præmanibus, abeatur; reputare Scripturam Sacram parùm interesse, Terra-ne cum Cælo collata punctum sit, an-non: Ac ideò de Cælo, Terráque, vt de duabus Mundi partibus insignibus loqui; quoniam tales esse videantur, dum

dum Cælum, vt fornix, Terra, vt tabulatum Mundani ædificij apparet. ac rursùs, parum interesse, minimæne stellæ in Firmamento lucentes maiora sint luminaria, quàm Luna, an non: neque idcircò loqui de Luna, vt de lumine secundum Solem magno; quoniam Luna, vtcumque minor, minúsque in se lucida, quàm stellæ; ob viciniam tamen & maior, & ampliore luce illustrans apparet.

Eodem ergo modo Scripturam repurare, parùm referre, Terra ne moueatur, Sol verò quiescat, an non; ac propterea loqui de Terra, vt quiescente, quoniam quiescere; & de Sole, vt moto, quoniam moueri nulli non apparet.

Quare & posteriora quidem illa loca paucis expediri; Sapientem scilicet, cùm dixit, *oriri Solem, & occidere*; contendisse solùm significare vicissitudinem in Ortu, Occasuque Solis apparentem; seu foret deinde Terra, seu Sol, cuius motu contingeret. Et Prophetam, cùm dixit, *Solem regressum decem lineas*; aliud nihil voluisse, quàm quod apparuisset intelligi; seu Solis, seu Terræ fecisset regressio. Et Patriarcham, *Solem non moueri* cùm iussit; id solùm curasse, vt Sol appareret supra Terram consistere; seu Sol demùm foret, seu Terra, cuius statu id præstaretur.

Posse addi circa priora, intelligenda illa videri, non de eo statu, qui motui, sed de eo, qui exsolutioni, corruptioni-ve opponatur.

Et cùm verba præsertim illa, *Terra in æternum stat*, in ore sint omnium, adnotandum esse locum integrum his exstare verbis, *Generatio aduenit; Terra autem in æternum stat.*

Nimirùm, vt dum cereæ massæ sigilla varia applicantur, figurationes variæ fiunt; & dum aliæ prætereunt, aliæ adueniunt, seu figurarum aliæ abolentur, aliæ in vicem earum succedunt, massa tamen cereæ non corrumpitur, seu nec minuitur, nec augetur, sed perseuerat eadem: Ita videri intelligendum; licet ab vsque Mundi initio factæ sint in Terra, ac etiammum fiant, & faciendæ deinceps sint generationes variæ; non idcircò tamen, dum generationes prætereunt, & aduepiunt; seu aliæ formæ terrenorum corporum dispereunt, aliæ in ipsarum locum inducuntur, ipsum Terræ massam corrumpi, augeri-ve, aut minui; sed eandem constanter præstare ac tantam adhuc esse, futurámque ad posterum, quanta ab vsque initio fuit.

Itaque, cùm ista videantur loci præsertim celebria interpretatio esse germana; videri ex ipso, Terræ asseri, non tam in loco consistentiam, quàm in integritate constantiam.

Vrgeri heic solet Sententia Congregationis Cardinalium Inquisitioni præfectorum, qui in Galileo opinionem hanc de motu Terræ damnauerint:

Respondent verò Orthodoxi (nam Heterodoxi tem brevùs conficiunt) sententiam illam fuisse specialem, seu Galileum sic attinentem, vt habere aduersus ipsum specialeis causas potuerit, aduersus alios non valituras. Addunt sententiam quidem illam permagni esse ponderis; sed non ideò tamen necessariò habendam, vt articulum Fidei, cuiusmodi habentur, qui sunt à Conciliis generalibus constituti. Subiiciunt, non videri eam saltem, quousque promulgata, hoc est, præscripta legitimè, vt Dogma quoddam Fidei fuerit, Fideleis omneis obligare. Tandem profitentur si semel præscripta legitimè fuerit, se ad tecantandum esse comparatos.

Et sic illi quidem tueri se solent.

CAPVT XI.

Quid de Siderum à Terris distantia, & magnitudine definiant.

QVM partim ex rationibus, partim ex exceptionibus, responsionibusve Copernicanorum, peruiderimus vt illi conentur omnia saluare Phænomena; vix quicquam aliud heic superest, quàm vt paucis commemoremus, quam Sideribus à Terra distantiam, quam magnitudinem singulis attribuant.

Et Copernicus quidem ipse dicere contentus Sphæram, regionem-ve Fixarum adeò à Terris esse distantem, vt comparatus ad ipsam Magnus orbis, tanquam punctum habendus sit; mensuram prætereà non adhibuit, qua specialius quid de hac distantia pronunciaret. Contentus etiam de Solis, ac Lunæ magnitudine dicere (Solem nempe esse maiorem Terrâ vicibus 162. ferè, & Lunam 43. proximè) nihil de Siderum aliorum, siue Errantium, siue Inerrantium magnitudine consimile dixit.

Verùm succurrit ante annos quindecim Philippus Lansbergius, qui, vt Planetarum distantiam, magnitudinemque comparatè ad Terram definiit; ita Fixarum tum distantiam, tum magnitudinem designauit comparatè ad Magnum orbem, quem & Sphæram Terræ appellauit.

Quòd itaque primùm ad distantiã spectat, De Planetis quidem hunc in modum statuit.

De Fixis verò, suppositâ semidiametro Magni orbis Terrenarum semidiametrorum 1500. suppositâ quoque Fixarum stellarum ad Magnum orbem Parallaxin, vix vnam octauam, aut nonam minuti partem excedere; ac proinde edixit Fixas, Fixarumve sphæram abesse à Terra semidiametris Magni orbis 28000. seu maiis semidiametris Terrenis 42000000.

Distantia mediocris, qua absunt à Terra.	Luna	59
	Mercurius	1500
	Venus	1500
	Sol	1500
	Mars	2275
	Iupiter	8091
	Saturnus	14880

est Terrenarum semidiametrorum.

Quòd

Quod deinde ad ipsam Magnitudinem attinet; suppositit primùm circa Planetas, esse apparenteis diametros, Lunæ quidem, minutorum ferè 33. Solis, ferè 31. cæterorum non aliam, quàm quæ superiùs ex Albategnio, Alphraganóque recensita est.

Circa Fixas autem, propter Telescopium,

Sunt { Luna, Mercurius, Verius } minores; Sol ≷ maior; Mars ≷ minor; Iupiter ≷ Saturnus } maiores

quæ spuria ab ipsis rescinditur lux, minores earum diametros, quàm vulgò putarentur habuit; nimirùm stellarum I. magnitudinis, minuti 2. II. secundorum 40; III. 30; IV. 20; V. 10; VI. 4.

Vnde & de magnitudine Planetarum sic censuit,

45		
12		
3 ½	vicibus;	
434	quàm	
8	Terra.	
25 ½		
46 ½		

De Fixarum verò magnitudine sic,

Sunt Fixæ Magnitudinis	I.	maiores	67
	II.		20
	III.		8
	IV.		2 ½
	V.	minores	3
	VI.		25

vicibus, quàm Magnus orbis.

Ita scilicet correctione numeris eius adhibita: cùm priùs edidisset stellas Magnitudinis I. excedere orbem Magnum vicibus 2005; II. 5935. III. 2506; IV. 744; V. 92; VI. 11. Porrò, quia non modò stellæ inerrantes, sed Errantes etiam, intercedente Telescopio, deprehenduntur diametro minore, quàm vulgò habeantur; idcircò Martinus Hortensius Diascipulus, Adiutórque Lansbergij, admonitus facta à nobis obseruatione Mercurij commemorata superiùs, & quibusdam præterea aliis; supposuit imprimis stellarum Errantium apparenteis diametros esse, Mercurij quidem secundorum 19. Veneris 57. Martis 36. ½ Iouis 50. Saturni 76; ac tum de illarum magnitudine ita pronunciauit,

Sunt	Mercurius, Venus, Mars	minores	6510, 1109, 1534
	Iupiter	maior	1 ½
	Saturnus		2 ½

vicibus, quàm Terra.

Supposuit verò diametros stellarum Inerrantium esse, Syrij quidem, seu Canis maioris, præter ordinem positi, secundorum 10. & cæterarum Magnitudinis I. secundorum 8; II. 6; III. 5; IV. 4; V. 3; VI. 2; ac tum Sirium habuit Magno orbe minorem vicibus 3 ½ & cæteras Fixas itidem minores, vt consequitur,

Sunt Fixæ Magnitudinis	I.	minores Magno orbe, vicibus	6
	II.		15
	III.		25 ½
	IV.		50
	V.		122
	VI.		412

Quin-etiam, quia supposuit quoque, assumi posse (vti assumptum à Lansbergio iam fuerat) Fixarum parallaxin ad Magnum orbem, secundorum 30. atque adeò assumi ipsarum distantiam semidiametrorum Magni orbis 6875, idcircò deduxit posse speciatim Sirium habere Magno orbe minorem ducenties decies septies, & cæteras Fixas cõsimiliter hac ratione

Sunt Fixæ Magnitudinis	I.	maiores Magno orbe, vicibus	422
	II.		1012
	III.		1725
	IV.		3385
	V.		8145
	VI.		27826

Verùm hac de re nimis multa.

CAPVT XII.

Quale Mundi Systema sit, quod Tycho Braheus induxit.

EX iis, quæ de Copernici Systemate dicta iam sunt, in promptu est illud intelligere, quod Tycho Brahe, nobilis Danus nouúsque Hipparchus, inclinante iam sæculo superiore invexit. En sequente schemate, cuiusmodi ipsum proposuerit.

Cernere nimirùm in eo primùm licet, esse Firmamentum, seu Sphæram Fixarum partem Mundi extimam; intimam verò, occupantémve ipsius centrum, esse Terram: ac in interstitio collocari Planetas, qui motus illeic suos obeant per liberrima, hoc est, fluidissima spatia.

Nimirùm Tycho maximè fuit, qui solidas sphæras confregit, deturbauitque ex æthere; postquàm Comeras traiicere per æthereа spatia vt obseruauit, sic demonstrauit primus; ac Mercurium, & Venerem vltra, ac citra Solem ferri deprehendit; aliáque huiusce modi: interim

terim autem censuit fusam esse per illa spatia tenuissimam quandam, & purissimam, fluxibilissimámque substantiam, quam & dixit Auram ætheream.

Deinde, tria quædam mobilia ferri circa Terram, tanquam circa centrum; Lunam quidem proximam, motu menstruo; Solem remotiorem, & quasi medium, motu annuo; Firmamentum, seu sphæram Fixarum remotissimam, motu illo lentissimo viginti quinque millium annorum.

Ad hæc, quinque Stellas Erranteis motus specialeis circa Solem, tanquam circa centrum obire; Mercurium scilicet trimestrem, Venerem octimestrem, Martem biennem, &c. & ea quidem lege, vt Sol annuo motu Zodiacum percurrens, illos omneis circumvehat; ac ipsi interim Mercurius, & Venus, suis circa illum revolutionibus, non complectantur Terram: complectantur autem suis, Mars, Iupiter, atque Saturnus; & Mars speciatim fiat interdum Terræ propior, quàm ipse Sol.

Postremò, cùm nullam heic fieri motus diurni mentionem videas; intelligendùm esse videtur, tria illa eadem Mobilia, Lunam, Solem, sphæram Fixarum, dum suis illis motibus secundùm Zodiacum feruntur, volui interim dietim in occasum, veluti per se; quinque autem stellas Erranteis, præter motus proprios circa Solem; & secundùm Zodiacum ferri etiam dietim in occasum: non per se, sed traductas à Sole, qui sit ipsis vice primi Mobilis. Necesse est nempe, vt cùm Sol eas omneis sibi quasi auriga reuinctas contineat, eásdem dietim circa Terram, cui ipse circumducitur, circumgestet.

Dixi porrò Systema hoc posse ex deductis de Copernicano perfacilè intelligi; quoniam, si loco circuli per Solem transeuntis, ducatur alius per Terram transiens (qualem punctatum adiecimus) eadem distantia inter Solem, & Terram pro semidiametro retentâ, & aut Planetaria compages, aut Fixarum sphæra tantisper emoueri sic intelligatur, vt Saturni circulus ex æquo à Fixis vndequaque distet; habebis omninò quale antè est ex C[illegible] Systema præscriptum.

Quippe etsi tum Sol in medio, siue centro Systematis: circumducentur ipsi proximè Mercurius, & Venus, remotiùs Mars, Iupiter, & Saturnus; in medio verò interuallo reperietur Terra cum circumducta sibi Luna. Adeò proinde, vt Copernicus censeri non iniuriâ præiuisse Tychoni possit, & Tycho nihil aliud, quàm Copernici inuentisse Systema videatur.

CAPVT XIII.

Quibus rationibus adductus illud excogitauerit.

AC receperat quidem Tycho se pluribus Systema hoc declaraturum probaturúmque, in Opere, quod destinârat de Instauratione Astronomiæ elucubrare: verumtamen morte præuentus rem præstare non potuit, ac scriptum dumtaxat reliquit, se fuisse permotum, vt illud tale adinueniret, tum quòd tolerari neque Ptolemaicum, neque Copernicanum possent; tum quòd, iuxta ipsum, Phænomena omnia quàm aptissimè saluarentur.

Obiecit autem Ptolemaico, tum cælestium orbium distributionem inconcinnam; tum assumptionem superuacaneam, tot tantorúmque Epicyclorum, saluandis Retrogradationum, Stationúmque Phænomenis; tum peccatum illud contra artis principia, quòd in ipso circularis motus æqualitas non circa proprium, sed circa alterius Eccentrici (Æquantis nimirùm) centrum admittatur. Neque quidpiam de soliditate sphærarum cœlestium adiiciam, quam cum nuperis obseruatis stare non posse idem perdocuit.

Copernicano verò obiecit potissimùm tria; vnum, quòd tametsi in eo scitè admodùm præcaueantur quæ superflua, dissentaneáque

in

in Ptolemaïco habentur, ac nihil reipsâ aduersus principia Mathematica delinquatur, admittatur tamen absurditas illa contra principia Physices, quòd Terram, cùm sit grossum, inquit, pigrum, inhabiléque ad mouendum corpus, haud dissolutiore tenore motus (illiusque etiam triplicis) quàm ætherea illa Lumina agitari statuat. Alterum, quòd proinde Sacris aduersetur Literis, aliquoties ipsius Terræ stabilitatem confirmantibus. Tertium, quòd illam capacitatem inter orbem Saturni, & octauam Sphæram; esse propemodùm immensam, & Sideribus tamen prorsùs vacuam, supponat.

Postremò autem in sui gratiam illud præsertim commemorauit quòd, deuitatis omnibus huiusmodi incommodis, dum Sol annuo motu Zodiacum perlustrat, ac interim quinque Planetæ ipsum comitantes, suos circa illum motus peragunt, saluentur exinde, absque vllie Epicyclis, Phænomena illa Stationum, Retrogradationúmque præcipua; ac declaretur, cur Mercurius, & Venus, tam parùm à Sole digredi appareant, cur Mars, Iupiter, & Saturnus ipsi interdum opponantur (Tertâ scilicet intercepta) cur tunc proximè Terram transeant, & specie maximè grandescant, cur in supputandis singulorum motibus, motus Solis simplex commistus semper reperiatur, & quæ sunt alia huiusmodi.

Quod spectat verò ad reliquas inæqualitatis apparentis differentias, quas veteres per Eccentricos, & Æquanteis, Copernicus per Epicyclum in circumferentia Eccentrici saluârunt; dixit eas quoque facilè posse in sua saluari Hypothesi, siue per Circellum in orbe circa Solem Eccentrico, siue per duplicem Circellum in quopiam orbe Concentrico, vt se plenius explicaturum in affecto illo Opere promisit.

CAPVT XIV.

Qua ratione id à Tychonis Sectatoribus propugnetur.

QVÆ porrò his iam temporibus eam esse Planetarum dispositionem constet, vt necesse planè videatur, aut Copernicanum, aut Tychonicum Systema esse verum; idcircò sunt plures (imò penè omnes alioquin aduersati Copernicum) qui, improbatis Veterum Hypothesibus, Tychonem sequantur, partim inducti nominis, obseruationumque cælestium ab ipso peractarum famâ; partim persuasi constare semper, quicquid Copernicani respondeant, quæ obiecta superiùs sunt tum ex Astronomia, tum ex Physica, tum potissimùm ex Sacra Scriptura.

Et quia tamen illis quoque difficultates variæ opponuntur; ideireò ita illis occurrunt, vt vices eorum suppleant, quæ Tycho fortassis fuisset responsurus.

Nam primùm quidem obiicitur, absurdum esse vni corpori duos per se motus tribuere; quales scilicet attribuuntur Lunæ, Soli, ac Firmamento, dum asseruntur specialeis circuitus secundùm Zodiacum, seu versus Ortum peragere, & interim tamen diurna reuolutione ferri in Occasum.

Verùm respondent aliqui, non ideò hic tribus, cuilibetve ipsorum, competere duplicem motum; sed competere vnicum, ipsumque spiralem, ac versus Occasum. Res intelligitur ex iis; quæ dicta superiore libro circa Hypotheseon varietatem sunt. Adnotandum solùm, debere proinde ferri ipsam Fixarum Sphæram velocissimè omnium in Occasum; ac spiras describere consertissimas, artiguasque; Solem moueri segniùs, & laxiores spiras describere: Lunam moueri segnissimè, & describere laxissimas spiras. Hinc autem fieri, tum vt Sol diebus singulis vno gradu, & Luna tredecim retardatior, quàm Fixæ, moueri in Ortum videantur; tum vt Sol anno vno, & Luna vno mense excursue in Boream, & in Austrum sic peragant, vt sub ipsis Fixis circuitionem compleant.

Cùm dicere verò hi nequeant, cuius respectu ipsum Firmamentum censeatur pariter in Boream, & in Austrum excurrere, ideò respondent alij admittendum esse supra Firmamentum primum Mobile, quod dictum reuoluat Firmamentum versus Occasum, ac ipsum interim Firmamentum proprio sibi motu moueri in Ortum, secundùm Zodiacum, ac pro illius obliquitate tendere in Boream, & Austrum. Nempe necessariam aliunde supra Firmamentum esse aliam Sphæram, cui inesse intelligantur Dodecatemoria, immobiliaue Zodiaci Signa, donec mobilia, seu Asterismi, secundùm illius ambitum discurrunt.

Secundò; per-quàm incongruum esse, Firmamento, aut etiam vlteriori primo Mobili exsistenti tanto, tamque procul abducto, diurnum motum tribuere, qui & celeritatis incredibilis sit, & vtilis esse non possit ad circumducendum Planetarum Sphæras, vt quæ solidæ nullæ sint, neque ideò abripi possint.

Verùm respondent, neque Firmamentum, vlteriusue etiam mobile, tantæ esse vastitatis, quantam fingit Copernicus, neque eius motum celerrimum licet, reputandum esse incongruum, quòd ipsi moli corporis congruat, ac vt motus ille, quo Equus spatium conficit, non est habendus respectu ipsius incredibiliter celer, qui incredibiliter celer foret respectu Formicæ, aut Testudinis, si tempore eodem idem spatium peragaret; ita reputari non debeat supra omnem fidem, celer motus in Firmamento, vlterioreve sphæra; qui posset tamen in paruo globo huiusmodi reputari.

Quod subiicitur verò de impressione, quæ non possit mobilibus Firmamento inferioribus, ob interceptorum spatiorum fluiditatem fieri; aut talem nullam impressionem esse omninò necessariam, si motus quidem inferiorum mobilium secundùm spiras fieri censeantur, aut etiam tam posse impressionem ipsis Planetarum globis fieri, etiam secluso solidi sphæris, & per spatia liberrima, quàm fieri ab ipsis Copernicanis admittitur, dum radiis à Sole emissis circumagi posse Planetas, in liquidissimo æthere pariter versanteis admittunt.

Tertiò; inconcinnum esse admodùm, compaginem

paginem illam Planetarum totam dietim veluti luxari, tum circa ipsam Terram, tanquam circa centrum non suum; tum sub ipsa Fixarum sphæra, à qua inæqualiter absit, seu cui concentrica non sit.

Verùm respondent, nihil esse posse in eo opere inconcinnum, quod sapientissimus Opifex disposuit. Quippe neque fieri vllam luxationem, cùm Planetæ à Sole circumducuntur circa centrum non suum, vt reputari posset, si quapiam grauitate distraherentur, & pars maior compaginis ex vna Terræ parte, aut pars minor ex alia non possent velut æquilibrari: Neque à nemine non admitti esse Planetarum circuitus respectu sphæræ Fixarum Eccentricos; cùm & aliunde ipsa Planetarum compages ita circa Terram dietim reuoluatur, vt quælibet ipsius pars concentricum illi circulum describat.

Non esse verò, quod præterea vrgeri potest, insolens, Planetas, donec circa Solem speciales motus obeunt, adeò interim detorqueri, vt abducti motu rapidissimo adigantur ad peragendum diurnas illas circuitiones; quippe & secundùm Ptolemaicos, Planetas proprios obeunteis motus, à mobili interim alio diuerti, atque abripi: & secundum Copernicanos, ipsam speciatim Terram, dum motu sibi proprio circumducitur, deduci, interim, abripique alio à Sole, per radios emissos impresso. Quo modo quoque & ipsam Lunam, dum Terræ circumducitur, simul cum ipsa interim per Zodiacum à Sole transferri; & Planetas etiam, Lunulasve Iouialeis, dum ipsi Ioui circumferuntur.

Postremò, esse prorsus improbabile, inane esse illud tantum inter Venerem, Martémque interstitium; & spatio tanto habito, non posse adhuc Martem eatenus abduci, vt ipsius circuitus non intersecet circuitum Solis.

Verùm respondent; vt Conditor Mundi fecit interstitia Fixarum adeò inter se inæqualia; sic fecisse illum vt spatia inter Planetas inæqualia forent. Nempe varietate res gaudent, & Mundi perfectio in ea sic consistit; vt deberet potiùs videri improbabile, nisi talis varietas in rebus naturæ obseruitaretur.

Sectionem porrò illam circuitus Solis à circuitu Martis, nulli esse obstaculo; tum quia huiusmodi circuitus per liberrima spatia sunt, ac mente dumtaxat cernuntur; tum quia non possunt vnquam Sol, & Mars sibi ad ea loca inuicem decurrere; quoniam Mars in ipsis non est, nisi dum est Acronychus, seu circiter ipsam sui cum Sole oppositionem.

Et sic illi quidem sententiam defendunt.

CAPVT XV.

Quæ sit iuxta ipsum Distantia, & Magnitudo Siderum,

SVPERAVIT, coronidis vice; cùm Tycho non modò improbârit vastitatem illam ingentem Copernicani Systematis, sed Systema quoque Ptolemaico longè angustius inuexerit: supereſt, inquam, peruideamus, quid opinatus fuerit non modò de distantia, & magnitudine Planetarum, sed etiam de distantia, & magnitudine Siderum Affixorum.

Quod ad Planetas itaque spectat; postquàm ipsorum parallaxeis, quantum licuit, venatus est, talem pronunciauit cuiusque (dum versantur circiter medias longitudines) à Terra distantiam,

Distantia mediocris qua absunt à Terra	Luna	est Terrenarum Semediametrorum	56½
	Mercurius		1150
	Venus		1150
	Sol		1150
	Mars		1745
	Iupiter		3990
	Saturnus		10550

Et postquàm studiosè obseruauit, quantumque (Telescopio nondum adinuento) exquisitè potuit, apparenteis singulorum diametros ita definiuit;

Diameter apparens, in distantia mediocri	Lunæ	est minutorum	32
	Mercurij		2½
	Veneris		1
	Solis		3½
	Martis		3½
	Iouis		1½
	Saturni		2½
			1½

Tum Magnitudinem cuiusque, vt consequitur, pronunciauit,

Sunt	Luna	minores	42	vicibus, quàm Terra.
	Mercurius		19	
	Venus		6	
	Sol	maior	139	
	Mars	minor	13	
	Iupiter	maiores	14	
	Saturnus		22	

Ad

Ad Fixas verò quòd attinet, postquàm attendit debere eas esse euectiores Saturno, non modò cùm est in distantia mediocri, qualis recitata iam est; sed etiam cùm in maxima, quam statuit semidiametrorum Terrenarum 12300. ac euectiores etiam secundi cuiusdam quasi Epicycli Apogæo, cui distantiam largitur semidiametrorum 12900. idcircò ait Fixarum sphæram vix posse à Terra propiùs abesse, quàm semidiametris Terrenis 13000.

Et cùm sit incertum, vtrum omnes Stellæ æqualiter à Terris distent; ac verisimilius videatur earum quasdam altiùs, quasdam humilius intra eiusdem octauæ sphæræ capacitatem collocari; consultiùs fecerimus, inquit, si adhuc millenas semidiametros priori summæ aggregauerimus.

Quare & distantiam Fixarum à Terra statuit præter-propter (neque enim hæc, inquit, exacta, & subtili mensura sunt perueſtigabilia) esse Terrenarum semidiametrorum 14600.

Subinde autem ex hac distantia, & ex definitis, quantum licuit (citra Telescopij subsidium) diametris Fixarum apparentibus in hunc modum;

Diameter apparens Fixarum magnitudinis	I.	est minutorum	2
	II.		1 ½
	III.		1 ⅛
	IV.		0 ¾
	V.		0 ⅜
	VI.		0

Deduxit cuiusque, pro suo ordine magnitudinem, seu molem ita se habere;

Sunt Fixæ magnitudinis	I.	maiores	68	vicibus, quàm Terra.
	II.		28 ½	
	III.		11	
	IV.		5 ½	
	V.		1 ½	
	VI.	minores	½	

Adiecit verò, cùm non omnes primi ordinis, primæve magnitudinis stellæ, æquales inter se appareant, & proposita magnitudo conueniat propriè mediocribus: adiecit, inquam, fieri posse, vt quæ in I. ordine maximæ sunt, vti Canis maior, & Lyra, excedant Terram centies; quæ minimæ, quadragies quinquies. Et sic quidem Tycho Brahe.

Verùm de hisce Systematis, déque tota Institutione Astronomica hactenus.

FINIS.

ORATIO INAVGVRALIS HABITA IN REGIO PARISIENSI COLLEGIO,

Anno 1645. die Nouembris 23.

DEMIRABVNTVR, si quí me nôrunt, addictum diuinis muneribus Virum ad humana digredi studia; &, quasi propriæ functionis pigeat, suggestum Ecclesiasticum eum Academico commutare. Numerum viderl id potest, nomen dedisse militiæ sacræ, & transfugere ad prophanam; nempe misisse ad aratrum, & retrorsum aspicere; asserum esse in libertatem, & cogitare adhuc Ægyptum. Sanè verò, ad me quod spectat, non sine pudore rem aggrederer, si ipsam quidem ex spontaneo, propriòque delectu obirem, si non semel, ac iterum, tertiúmque iussus obsequi, obtemperarem voci, quam licuit interpretari esse diuinam.

Iud. Alph. Pleffens Richelium.

Ipsa porrò vox tua est, EMINENTISSIME CARDINALIS, qui Regi Christianissimo, à quo instituerer, oblaturus me, sic dignatus es me interpellare, vt multùm, diúque repugnantem tuâ dicam patientiâ, an bonitate fregeris; & qui poteras imperando, persuadendo malueris compellere tandem ad dedendum manus. Nempe effecisti, vt intelligerem non vocari me ad prophanum munus, quod credentium Pater Abrahamus alienum à se non duxisset; cùm testantibus Hecatæo, Berosо, Nicolaóque Damasceno docuerit Ægyptios Numerorum, ac Siderum scientiam, & licet Aristoteles ipsos Sacerdotes Ægyptios Mathematicas inuenisse scribat, dum post exhibitum Diis cultum, abundè esset temporis, quo feriari permitterentur; hinc saltem constare, eas creditas fuisse à viris diuinis originem ducere; neque ipsarum professionem fuissem habitam Sacerdotibus indecoram. Ac ne quis solos Ethnicos reputet hoc censu habendos; commendari ecce D. Basilium à B. Gregorio Nazianaeno, quòd fuerit non mediocriter in Astrologia, Geometria, Arithmetica, aliisque versatus: &, cùm Patres cæteros, tum speciatim Beatos Hieronymum, & Augustinum passim declarare, quàm hæ disciplinæ necessariæ sint ad Scripturæ Sacræ interpretationem.

Effecisti quin etiam, vt intelligerem duplicem esse Codicem sectum, quo Deus innotescere hominibus voluerit; alterum scriptum, & qui Sacrorum Bibliorum venit nomine; alterum apertam hanc faciem, siue maiestatem, ac Naturam rerum. Et cùm priori interpretando destinati sint viri Theologi supernaturali scientia eruditi; ad posteriorem interpretandum comparatos esse Mathematicos, qui naturali scientia instructi haberi non immerito Theologi naturales valeant. Scilicet ipsam Veritatem, quæ non aliud à Deo est, manifestari duplici luce, Reuelationis putà, ac Demonstrationis; & priore vti vocatam Theologiam, posteriore Matheſin solam; cùm aliarum quidem, quæ dicuntur scientiarum non demonstrationes, sed coniecturæ sunt, nisi ij qua luce Matheseos fruuntur.

Denique effecisti, vt intelligerem duplex esse Templum, in quo Deus Mystas, Sacerdotésve exigat; alterum nempe ipsam Ecclesiam, in qua iuxta diuini Verbi reuelationem adoretur; alterum Systema hoc rerum, in quo agnitus iuxta characteres ineffabilis sapientiæ colatur. Quamobrem & me dum axat voluisti è Templo in Templum transferri; quòd, cùm gratiarum sint diuisiones, & in domo Dei mansiones sint multæ; credideris fore, vt mea qualiscumque industria posset in hac parte Diuinæ familiæ non inutiliter collocari.

Itaque tua hæc est vox, qua vt alter Samuel (si dicere liceat) constanter vocatus mentem obediendo composui, ratus te locum in Ecclesia tenere adeò eminentem; te eâ prouidentiâ dispensare munera, quibus, vt Maximus à sacris Regi Christianissimo, es præfectus, vt resistere diutiùs puduerit; neque eam adire stationem, in qua me collocatum velles; ac pro viribus eam Spartam, quam præscriberes, exornare. Quinetiàm probè memor cùm fuerim heroicæ illius virtutis, consummatæque pietatis, qua pernosse te ab vsque Eremo, Infulisque primis præfulgentem licuit, induxi facilè in mentem, quicquid consilij caperes, non posse à summa virtute, pietatéque non proficisci.

Sisto proinde me iam Tibi, totique illustrissimo, nobilissimóque Conflui, vt opus aggrediar sub tantis auspiciis, quod iussisti me

sue exsequi; & Prælectiones habiturus Cosmographicas, seu de Mundo; ab hymno exordiar conditoris Mundi. Siquidem, cùm Plato, qui habitus est inter Philosophos diuinus, quærenti quid ageret Deus, celebre illud respondérit, Τυπτ ὁ Θεὸς, *Exercere Geometriam Deum*; nihil videor facere posse, aut argumento accommodatius, aut generi vitæ meæ consonantius, aut tua, totiusque Consessus celeberrimi attentione dignius; quàm si, cùm ipse quoque personam Philosophi Christiani gerens, haud secus, quàm ille fuero respónsurus, dicere audeam, qui Deum exercere Geometriam putem.

Principio verò, cùm Geometria, aut contemplando, aut agendo (ex quo distinguunt Theorematica, Problematique) exerceatur: videri potest non incongruè intelligi Deum exercere Geometriam, tam dum contemplatur, ac perfectissimum sese ipsum considerat; quàm dum agit, maximè verò, Mundum creat, ac moderatur. Et de contemplatione quidem vt primùm dicamus; supponendum profectò est, illud esse inter diuinam, humanámque discriminis, quòd humana ratiocinando, seu ex principiis ad conclusiones gradatim pergendo incedat; diuina, cui nuda, & aperta sunt omnia; cui nullum consequens est minus manifestum, quàm antecedens; cui omnis propositio, communis, sententia, seu axioma est: diuina, inquam, simplici, & citra omnem successionem intelligentia, perficiatur.

Donec porrò Deus in seipsum attendit, ecquid inspicit, vt Geometricè contemplari quicquam censeatur? Scilicet primùm Naturam suam, ac deinde Triadem sacram Hypostaseon, seu Personarum. Nam imprimis quidem Naturam contemplatur, habetque vt Sphæram, cuius (Ethnico etiam definiente) centrum sit vbique, circumferentia nusquam. Quo loco par est admonere; cùm Deum nemo viderit vnquam; cùm habitans Deus lucem inaccessam, & hominum, quasi noctuarum, oculos fulgore præstinguens, posuisse dicatur renebras latibulum suum; eapropter non esse, cur nos, miselli homunciones, & puluis, ciniſque cùm simus, quidpiam de tanta Maiestate, quatenus in se est, non dico effari, sed ne hariolari quidem contendamus. Quocirca decere, vt nos sic habeamus; nosse Deum figmentum nostrum, & paterni quadam indulgentiâ, ferre nos de se, non vt in se est, sed vt nostro captui congruum est, loquenteis; ac esse abundè, si ea balbutiamus, ex quibus ipse, quà bonus est, tanquam ex ore infantium, lactentiumque laudem perficiat.

Igitur concipimus Deum, dum suam speculatur naturam, habere ipsam, quasi Sphæram; quatenus à nobis nulla figurarum capacior, æquabilior, perfectior intelligitur: quatenus cùm sit summè indiuidua, est ipsamet veluti centrum, ex quo diuinæ perfectiones, quas & proprietates, & attributa nominant, quasi radii quidam dimanent; quatenus istæ perfectiones sunt ipsi quasi circumferentia, qua veluti circumscribatur, seu, quo possit modo definiri, discernatur ab omni re, quæ non est Deus. Quanquam, ne propterea veram aliquam limitationem imaginemur, nusquàm esse huiusmodi Circumferentiam dicimus, inuentes nullam perfectionum diuinarum esse extremam. Quo modo, ne vox quoque contrà limitatum quid suggeret, ideò ipsum esse dicimus vbique; inuentes naturam diuinam in omnibus, & cum omnibus perfectionibus idem esse; vt pote quæ fons simul inexhaustus, & Oceanus interminatus sit.

Ac mirari quidem par est centrum tantæ fœcunditatis, vt punctum cùm sit, pro immenso tamen habeatur: sed illud minimùm idem est, quòd Monas, siue vnitas; quo nomine Pythagoras iam olim designauit Deum. Dictum celebre Trismegisti est, Monas genuit Monadem, & suum in se reflexit ardorem; idque tum nonnulli de Sanctissimo Trinitatis mysterio accipiunt; cum D. Thomas censet posse ita esse interpretandum, vt intelligatur Deus, qui est vnus, Mundum, qui etiam vnus est ob sui amorem condidisse. Sed potest forsan res eò spectare, quòd cùm numeri in seipsos ducti, alios à se ipsis gignant numeros: nam binarius bis quaternarium creat, ternarius ter nouenarium, quaternarius quater senarium denarium; Monas tamen, seu vnitas nihil aliud, quàm Monadem, seu vnitatem parit; quoniam vnum semel, vnum tantum est. Et cùm binarius, ternarius, cæterique numeri multiplici sui in seipsos ductu, reductúque sese in quadratos, cubos, quadrato-quadratos, quadrato-cubos, cubo-cubos, aliosque maiores, maioresque numeros, vt in radios quosdam veluti diffundant: ipsa Monas, seu vnitas in seipsam perpetuò rediens, sibique & radix, & quadratum, & cubus, & alia existens, ipsos sui radios, seu (nomine alio) ipsum sui ardorem in seipsam reflectat.

Hac proinde ratione Deus verè Monas est, quatenus non potest enunciando duci in vllum sui attributum, quod Deus non sit, aut aliud de Deo, quàm Deum declaret. Quippe, dum quis dicit, Deus bonus est, nihil aliud, quàm dicit, Deus Deus est; quòd Deus sit bonitas sua; neque tam istud attributum, quàm Sapientia, quàm cætera, aliud sint, quàm ipse-met Deus. Vnde & dici potest Monas enunciari de Monade, ac suum in se reflectere ardorem; quatenus diuina natura quodvis attributum enunciando refert ad se, suamque cum ipso communicat denominationem. Ac rursùs esse idem cum centro, quod vbique sit; quatenus nullum est attributum, in quo, & cum quo idem non sit, quodque in seipsam quasi non reflectat; instar lucidi in centro Sphæræ collocati, dum radii vt exeunt, sic redeunt in centrum.

Exinde verò intelligitur non modò Vnitas diuina; prout tam repugnat naturam Diuinam, quàm aut Monadem, aut centrum sphæræ multiplicari; verùm etiam Simplicitas, prout tam à Deo aliena est omnis compositio attributorum, quæ Deus non sint,

quàm ab Vnitate omnis contextura quadratorum, & cuborum, qui vnitas non sint. Et cùm aliunde Sphæra sit, cuius centrum vbique est, circumferentia sine extremo; intelligitur etiam vt perfectione Infinitus, sic spatio Immensus, duratione Æternus. Imò & intelligitur, vt Immutabilis, prout nulla perfectio est, quàm aquirere, nulla, quam amittere valeat; ita & Immobilis, prout non est locus, ad quem accedere, aut à quo recedere possit; & Ingenitus, atque Immortalis, prout incœptionis, desitionisque est incapax, vt putà τὸ ὄν, *id ipsum, quod est*.

Prolixior æquo euaderem, si percensere cætera vellem, aut in iis etiam ostendere quas rationes Geometricas Deus contempletur. Nam circa Potentiam, vt exemplo dicam; relationem intelligens, quæ est inter vim motricem, & pondus, comparat creabilia omnia in nihilo sui quasi quiescentia, cum sua illa omnipotentia, quæ sola est par ipsis è nihilo dimouendis. Circa Iustitiam; tum similitudinis, tum æqualitatis rationes perspiciens, priorem agnoscit in specie illa Iustitiæ, quam Distributiuam appellant, quatenus tribuit vnicuique secundum propria opera; posteriorem verò in illa, quàm Commutatiuam; quatenus licet nemo prior dare, quod illi retribuatur, possit; ipse tamen est adeò bonus, vt ea, quæ largitur, munera coronet. Circa Bonitatem proinde, atque adeò circa Clementiam, Misericordiamque: ad tam maioris, quàm minoris inæqualitatis rationes attendens, peruidet qui iuxta priorem remuneretur vltra condignum, probos; qui iuxta posteriorem puniat citra condignum improbos. Circa Scientiam, atque idcircò, circa Sapientiam, Prouidentiamque; fortiter attingens à fine ad finem, sic, vt inter figuras congruas, incongruasque, intelligit quicquid est rebus omnibus vel consentaneum, vel dissentaneum, vt exinde sit ratio, qua omnia suauiter disponit. Circa denique Prædestinationem; altitudinem diuitiarum scientiæ sapientiæque considerans; ac pernoscens quæ longitudo, quæ latitudo, quod profundum, seu quæ abyssus sit iudiciorum, decretorúmque æternorum; commensuratione nem intuetur, quæ est inter hominum massam, operáque eorum vel bona, vel mala cum suo beneplacito; tametsi nobis fecerit iudicia incomprehensibilia, & non vestigabileis vias; vt sit quod miremur, potiusquam scrutemur: quasi hæ sint nobis incommensurabiles, & veluti irrationales, seu surdæ, ac ineffabiles, vt vocant Geometræ, quantitates.

Iam, quod ad sacram Hypostaseon, Personarumve Triadem spectat; ipsa sanè esse videtur, ob quam dici potest Deus contemplando, ἀϊ γεωμετρῶν, *aternam quandam*, ac ipsam quidem super-eminentem, super-excellentem, nulli comparandam, *exercere Geometriam* iuxta illud, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Videlicet actu ipso contemplandi duæ Hypostases, seu Personæ exsistunt; altera Intelligentis, seu Patris æterni; altera Verbi, seu æterni Filii. Et quasi Contemplatio hæc, qua Pater, & Filius constituti se mutuò spectant, sit eminentissima ratione, Propositio simul, & Assumptio incomparabilis Syllogismi; non potest non consequi ardor, seu potius non simul accendi, coëxistere ve reciprocus Amor, tertia nimirum Hypostasis; Persona-ve Spiritus Sancti, quæ Conclusionis cuiusipiam instar, numerum terminet productionum, Personarumque æternarum.

An-ne proinde hoc adorandum Trinitatis Mysterium habebimus rursus vt Sphæram, cuius quasi Centrum sit Pater æternus, qui totius Diuinitatis fons, origo, principium accommodatè dicitur; Circumferentia Filius, in quo legitur habitare plenitudo Diuinitatis: & Radij centro, circumferentiæque intercedentes Spiritus Sanctus, qui est Patris, & Filij communis, & quasi intercedens ardor; ac veluti nexus, vinculum-ve mutuum? An-ne potiùs dicendum est eminere in hoc Mysterio quicquid sublime, magnificumque humana Geometria etiam-num requirit? Percelebre est latere eam adhuc, quam Quadraturam Circuli vocant; atque idcircò in eo esse, vt describat Triangulum, cuius si basin ostenderit circuli ambitui æqualem; tum demum esse Circulo Triangulum æquale demonstrer. At in hoc Mysterio Augustissimo glorioſissima Personarum Trias ita infinitæ essentiæ, ipsiusque fœcunditati, tanquam Circulo exæquatur, seu, vt sic loquar, & verius quidem, penitus identificatur; vt cùm sit omnium, & cuiusque vna atque eadem essentia; vna proinde, ac eadem sit immensitas, æternitas, & perfectionum plenitudo.

Sic, cùm nondum nôrit humana Geometria trisecare angulum, diuidere-ve, &, citra accommodationem Mechanicam, ostendere diuisum esse in tria æqualia: habemus in hocce Mysterio vnam Essentiam non tam trisectam, quàm integram communicatam in tria æqualia Sappositia, quæ cùm simul, figillatimque totam, indiuiduamque possideant, sint inter se tamen realiter distincta. Et cùm illa adhuc miretur in iis angulis, quæ ad contactum circuli fiunt, dari quidpiam maius, dari quidpiam minus, non dari æquale; seu posse à minore ad maius, à maiore ad minus, & non tamen vnquam per æquale transiri: ecce in hisce Suppositis, Hypostasibus-ve Diuinis cum ipsa Essentia identificatis, datur quidem producens, datur & productum (quæ inter, esse vulgò solet Disquiparantiæ relatio) & tamen non maius, non minus, sed æqualitas mera est; quando neque Persona producens est causa, vt ea ratione maior sit; neque producta sic oritur, vt quasi effectus dependeat, sicque censeri minor possit.

Adhæc, ignorat illa adhuc descriptionem aliam, quàm Mechanicam duarum linearum proportionalium datis duabus intermediarum, vt factum super secunda, facto super prima simile solidum, rationem cum ipso referat extremarum. Nempe ex hac re ignorata, notum est nescisi qui duplicandus cubus

bus sit ; ac peccatum propterea esse, cùm iubente Minoë sepulcrum Glauci, & iubente Apolline Deliorum aram duplicare oporteret, vti & peccauit in oppositum Chæres, cùm duplicare Rhodium Colossum in dimensionem omnem aggressus, non-nisi materiæ duplum posthulauit. At hic, miro modo, inter Deum, & Hominem, quasi extrema, datur, qui ex duabus Naturis constituitur, & cui inditum Mediatoris nomen, Θεάνθρωπος, Christus; compositum nempe admirabile, quod in secunda Hypostasi, seu persona Verbi (assumptâ in illam naturâ humanâ) veluti fundatur; atque idcircò comparatum cum Natura alterutra, & reconcilians ima summis (vt in Ecclesia canitur) rationem refert extremorum. Quippe & cùm vulgo Geometria sum commender Hyperbolen, ob descriptionem τῶν ἀσυμπτώτων, *incoincidentium lineārum*, etsi productæ in infinitum ad se inuicem continuò accedant; datur hîc Hyperboles genus, omni maius hyperbole, vtpote, in quo illa potiùs, quæ infinitè distant, iungũntur.

Quin-etiam, cùm sese efferar Geometria, ob illud Problema, quo, Datis duabus figuris, conscribitur tertia, quæ alteri æqualis, alteri similis sit (nimirùm reputat Plutarchus ipsum potiùs esse, ob quod Pythagoras immolârit, quàm celebre illud Theorema, de Quadrato subtensæ, includentium rectum laterum quadratis æquali) Illud hîc mirabile est, vt hinc Deo, hinc Homine, si modò liceat dicere, datis, constituatur, quasi quid tertium, ipse idem Θεάνθρωπος, seu Mediator Dei, & hominum Christus, qui ex Symbolo, sit æqualis Patri secundùm diuinitatem; & secundùm naturam assumptam, sit ex Apostolo, in similitudinem hominum factus, habitúque inuentus, vt Homo. Verùm hæc satis de priore, siue Contemplatiua parte.

Ad posteriorem; seu Actiuam, respectu nempe huius Mundi, vniuersitatis-ve rerum, quatenus Deus eius est Author, Moderatorque, quod attinet; perspicuum est sanè, non Philosophiam modò, sed Sacra etiam Oracula edicere χωρὶς ὑβρεως, *Exercere Geometriam Deum*; quando non aliud sonant ea verba, quibus dicitur omnia facere in Numero, Pondere, & Mensura. Et quoniam Deus non alia ratione, vel ipso Platone Authore, Mundum regit, quàm condidit (ex quo efficitur, vt Mundi, rerumque conseruatio intelligatur nihil esse aliud, quàm continens quædam productio) ideo sufficit pauca attingamus de ipsâ diuina Geometria, tam circa originem Mundi, præcipuarumque eius partium; quæ constanter eædem perdurant, quàm circa institutam seriem subordinatio continuò rerum.

Imprimis verò, cùm Deus æternam Mundi Ideam præhabuerit; quemadmodùm ipse, vt prædiximus, intelligibilis Sphæra fuit; sic Sphæræ corporeæ ideam, qua esse formosior figura non posset, concepit, ac ipsam elinceps expressit in opere;

— *Tu cumcta superno*
Ducis ab exemplo; pulcrum, pulcerrimus ipse,
Mundum mente gerens, similique ab imagine formans.

Quid enim pulcrius eâ figurâ, inquit ille, quæ sola omneis alias figuras complexa continet; quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Nimirùm, tamesi figuræ Geometricæ ea perfectione æquabilitatis, indiuisibilitatis, & similium, quibus definiri etiam vulgò solent, reperiantur solùm in Ideis diuinis (ac proinde solus Deus ad illas attendens agere censeatur perfectissimum Geometram) & talеis neque assequi mens, neque exhibere manus nostra valeat (vt ideò causari solitus sit Plato labefactari Geometræ bonum, cùm illæ ex statu intelligibili ad sensibilem demittuntur.) Attamen, quæ sunt immediatè ex Dei manu opera, non possunt non perfectissimè Exemplaris sui perfectionem referre. Vnde est idemmet professus, dedisse Deum figuram Mundo & decorum, & sibi congruam (quonfam consentaneum foret, vt quod animal continere debebat omnia animalia, eâ esset figura, quæ omneis figuras caperet) ac ideò globosum fuisse factum Mundum, vt paribus à medio radiis eius extremum attingeretur.

Ac adnotari quidem posset, quod nonnulli notant, Platonem ad memoratum respexisse Problema, cùm datis Materia inordinatissima, & Idea pulcerrimâ, docuit fuisse Mundum à Deo, vt à Geometra præstantissimo, Materiæ æqualem, Ideæ similem effectum: verùm displiceat, quòd Materiam coæternam fecerit Deo, si voluit eam quidem duratione præcedere Mundum, vt plætique intelligunt; aut coæternum etiam ipsum Mundum, si præcessisse solùm naturâ, vt Interpretes celebriores accipiunt.

Siquidem, vtrumque repugnat sacro Geneseos Codici, iuxta quem satius est obseruare Scenarium dierum numerum, quo Deus Mundum conditurn voluit. Quippe non modò hic numerus designandæ Mundi perfectioni idoneus est, quatenus est omnium perfectorum primus, constans scilicet exquisitè ex aliquotis partibus, quæ sunt vnitas, binarius, ternarius: verùm etiam præstat, quod Plato contendit; vnitate nempe Ideam, binario Materiam, ternario ipsum Solidum, corpusue Mundi referens; quod Philo quoque ex parte habet. Vt taceam aliunde numerum Senarium, licet in se ductus; reductusque excrescat in numeros, redire tamen semper in sese (quoniam sexies sex sunt triginta sex, & hic numerus sexies, ducenta decem, & sex; & hic rursus sexies, mille ducenta nonaginta sex, atque ita porrò) vt intelligamus esse quidem Mundum & actu compositum, & potestate multiplicem, sed reipsâ tamen & vnicum esse, & ipsam Exemplaris, Authorisque sui, quantum potest, simplicitatem, vnitatémque æmulari.

An autem, cùm Geometria non agnoscat corpora plura vocata Regularia, quàm quinque!

que : tribuit Deus illorum formas corporibus quinque Simplicibus Mundi ; Cubicam videlicet Terræ , Icosahedricam Aquæ , Octahedricam Aëri , Pyramidalem Ignì , Dodecahedricâ Cælo ? Ità quidem ipsemet Plato, Pythagoreos imitatus : vtcumque id esse accipiendum constet, non de figura sanè totali, ac externa ; sed aut de Proprietatibus symbolicè significatis , verbi causâ soliditate , fluiditate , mobilitate, & cæteris, vt vulgaris sententia est, aut de Harmonicis regionum Planetariarũ interuallis , vt non desunt , qui autument , aut citra ambages , de figuris Atomorum , corpusculorumve διὰ σμικρότητα , *ob parvitatem* inconspicuorum, ex quibus Deus vnumquodque corporum primorum contexuerit, vt ille in Timæo non obscurè insinuat, & nonnulli, quos inter Simplicius, Pachimeriusque interpretantur. Vtcumque sit autem, & quæcumque habeantur præcipua Mundi corpora , constat profectò posse nihil ipsis regularius formari.

Nam & quamuis non admittatur illa Mundi Anima , quæ ὁ ταυτὸν, καὶ ἑτέρου, *ex Eodem , & Diverso* composita , & quasi tertia Natura facta , contineat in sese rationes harmonicorum numerorum, ipsique adeò accommodetur decantatus ille Quaternio , Sacramentum Pythagoræ, & ἀσπάσιον φύσεως πηγὰ, *sempiternæ naturæ fons*, propter denarium (& ipsum quidem Principiorum) numerum , quem eius partes iunctæ , componunt ; proptectque præcipuas Consonantiæ species , quarum proportiones ambitu suo complectitur (cùm quatuor ad duo, & duorum ad vnum sit proportio dupla , qua constat Diapason, seu vocata Octaua, trium ad duo, sesqui-altera, qua Diapentè, seu Quinta, quatuor ad tria, sesqui-tertia, qua Diatessaron, siue Quarta,) Nihilominùs manifestum est, eam esse naturam Mundanorum corporum, vt, seu molem spectes, qua maxima sunt, seu contexturam, qua intègerrima, seu cohæsionem, qua congruentissima, seu figurationem, qua speciosissima, seu positionem, qua decentissima, seu mutuam habitudinem, qua ordinatissima, seu motionem, quietemve, qua durabilissima, seu finem, ac destinationem, qua appositissima, seu aliud demùm quidlibet , esse nihil possit concinnius.

Quare & nihil est necesse ad explicandam τὸ ταυτὸν καὶ ἑτέρου , *Eiusdem , & Diversi* , seu *Individui* , *& Dividui circa corpora* naturam , progressiones Geometricas instituere ad duos primos Cubos, octo scilicet, ac viginti septem, ex quibus contextus numerus Triginta quinque dicitur Harmonia , quòd componatur aliundè quoque ex sex , octo , nouem , duodecim , in quibus etiam enumeratæ proportiones harmonicæ , ac insuper sesqui-octaua, quæ Toni maioris appellati est propria , consistunt. Neque item fingere Deum mistam ex vtroque naturam fecisse quasi literam *Iota*, ex qua in longum bisecta , & partibus in medio reuinctis , ac in formam literæ *Xi*, diuinctis , inque orbem oppositè conuersis , duplices Cœlorum conuersiones intelligantur ; nimirùm & vna primi Mobilis , Sphæræve Inerrantium in Occasum , ob naturam eiusdem indiuiduam ; & septem ipsorum Planetarum in Ortum , ob naturam Diuersi diuiduam , ac septuplicitèr subdistinctam. Satis est factam occasionem adnotandi illum concentum, siue tantum illum , ac tam dulcem sonum , propter quem attributæ sunt singulis Sphæris suæ Sirenes, seu Musæ, separatæve illæ Substantiæ , ideò à Posterioribus dictæ Intelligentiæ , quòd corporeæ molis aliquin expertes, intelligentissimæ sint harmonicarum proportionum, à Deo vero Musagete, & quasi Apolline præscriptarum, Nempe quasi sint Astra matutina , à quibus se Deus laudari festatur , ac subinde interrogat, Quis enarrabit Cælorum rationem, & Concentum Cæli dormire quis faciet ?

Atque id quidem , ne memorem , quod Deus rursùs legitur appendisse tribus digitis molem Terræ , & monteis in pondere , colleis in statera librasse : quod appendisse aquas in mensura , posuisse legem pluuiis , fecisse ventis pondus, & id genus similia ; ex quibus mirum haudquaquam est , agnosci vulgò in Elementis eam symmetriam , atque temperiem , vt ex ipsis , tametsi variè tam secundùm alteractrices , quàm secundùm motrices qualitates contrariis , Systema tamen harmonicum , quasi ex quibusdam acutis , grauibusque sonis resultet. Præclarè videlicet ille,

Tu numeris Elementa ligas ; vt frigida flammis ,
Arida conueniant liquidis ; ne purior Ignis
Auolet , aut mersas deducant pondera Terras.

Vt iam de Mistis corporibus , quæ in serie sunt rerum subordinatiuum , seu generabilium , corruptibiliúmque , dicamus ; ecquis vel in iis, quæ solent imperfectè Mista censeri , non admiretur Artum illum , quem Deus apertè recepit se posturum in nubibus ; quasi non foret Geometra alius , qui circino vllo tá perfectum describeret; & Pictore adhibito, tanta colorum varietate , mistura , suauitate , viuiditate , pulchritudine exornaret ? Vide Arcum , inquit Sapiens , & benedic eum , qui fecit illum : valde speciosus est in splendore suo ; manus Excelsi aperuerunt illum. Ecquis non proinde Halonem, vocatamve Coronam suspiciat , quæ vt diametro est dimidio minor , sic ambitu est duplò consummatior , quàm Iris ? Ecquis non Parhelia , siue Soleis spurios , qui vt sunt Iridum , Coronarúmque mutuò intersectarum quasi nodi ; sic habent semper à vero Sole dimensam , stataméque distantiam ? Præcipit Deus Niui, vt descendat in Terrã, ac ipsam sicut lanam dat; Putatisne verò illi quasi pappi , flocculive niuei diuina quadã Geometria carent ? Ecce ipsi aliud nihil sunt, quàm texturæ quædã candidarum stellularũ , quarum quælibet ex se radiis scitissimè compingitur , iisque nunc quidem simplicibus, nunc verò heinc inde veluti ramosis. Putatisne carent & Sales , quos Deus Terræ ad illius fœcunditatem indidit ? Ecce commune , seu Marinum, quòd vulgò non-nisi detritum habetur,

tur, formàntur constanter in hexahedricam, seu cubi figuram; Aluminosum in octahedricam, & cæterorum quodque in suam: vtcunque mentem, oculósque ad hæc non aduertentibus omnia esse temerè potiùs, quàm Geometricè figurata appareant, neque manifestum fiat illicò quàm verè dictum fuerit, & fide carere momentis singulis Naturam, & opera omnia Naturæ, opera esse Intelligentiæ.

Quid commemorem verò Lapides: quos inter Smaragdus dodecahedrica specie nascitur, Adamas octahedrica, Amethystus hexahedrica, & Crystallus etiam, non modò quà parallelipipedos est, verùm etiam quà in cuspidem coit? Sic & apud nos creatur Rhomboïtes, & passim Pyrites tessellatus est, & Specularis lamellatus, & Focarius tabellatus, & Cotes etiam id speciale seruant, vt sint, præter formam, longitudine ad latitudinem dupla. Dicerem de Stellatis, Striatis, Cornutis, Conchitis, Ostreitis, Pectinitis, Stromboitis, & cæteris, imò & de Fluuiatilibus, aliisque passim obuiis, etiam de Saxis, Rupibúsque, quibus, si per tempus liceret, suas quoque esse figuras natiuas edissererem: Sed vice tamen omnium vnus esto Magnes, qui cùm sit alioquin

Decolor, obscurus, vilis; non ille repexam
Cæsarem Regum, nec candida Virginis ornans
Colla:——

Si quis tamen in eo attendat non modò illam ferri pelliciendi, conuertendíque in polos vim; verùm etiam æmulationem Geometricæ structuræ Mundi; eùm non modò sit, vt iam dici solet, μικρὸς ἀ Terrella, sed etiam μικρόκοσμος & Mundulus; quatenus suum habet Axem, suum Centrum, suos Polos, suum Æquatorem, suos Parallelos, suos Meridianos, cæteráque miracula;

Tum superat pulcros cultus, & quicquid Eois
Indus littoribus rubra ferutatur in alga.

Ad Vegetabilia quod spectat; Geometrica sanè est seminea vis, quam Deus initio impressit, dum iussit Terram germinare herbato virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, iuxta genus suum, cuius semen in semetipso esset. Non enim potest Imperator Geometricè, ac scitè magis milites coloponere, ordinésque, & aciem instruere, quàm hæc vis parteis plantæ omneis earúmque functiones, quasi pensa quædam distribuit. Heinc nempe sunt distinctæ illæ, vt secundùm totas, sic secundùm parteis, plantarum figuræ; & distincti etiam, statique ordines, ac numeri, quibus in cauleis pullulant, finduntur in ramos, panduntur in folia, luxuriant in flores, ex crescent in fructus: & tanta quidem concinnitate; vt turbinatis, orbiculatis, angulosis, cylindricis: vt vmbellatis, racematis, spicatis, iubatis; vt galeatis, vmbilicatis, lunulatis, campanulatis; vt crispatis, aculeatis, denticulatis, laciniatis; vt triphyllis, pentaphyllis, hecatomphyllis; vt monostichis, distichis, tetrastichis, hexastichis; atque id genus innumeris, nihil excogitari elegantius possit. Ne proportionem memorem, qua vnaquæque attemperatur, vt læta suo solo, cælóque proueniat; vt si alium dè sit imbecilliot, aut firmetur geniculis; aut clauiculis, quasi manibus fulcimenta corripiat; aut hamuliscuilibet rei, quam contigerit, adhæresca: vt douec sunt teneriores, ipsos pulpis, corticibus, siliquis, vtriculis, calyculis, gluma; imò etiam spinis, aristis, aliísque id genus decentissimè figuratis communiat.

Porrò & in ipsis Animalibus, semineáque illorum vi luculentiat adhuc Geometria, tum instituta, cùm iussit Deus producere Aquas Cete grandia, & omnem animam viuentem, atque motabilem in speciesuas, & omne volatile secundùm genus suum: Producere Terram animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias Terræ secundùm species suas: ac hominem ipsum, quém de limo terræ formauerat, crescere, multiplicari, & replere Terram. Nimirùm ea vis tantâ est industriâ, vt tota nostra Mechanice nihili prorsùs habenda sit, si cum ea, quam obseruare vel in minimi animalculi fabrica licet, comparetur. Verè profectò vir ille Sanctus: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me; pelle, & carnibus vestiisti me; ossibus, & neruis compegisti me. Ecquis enim alius Dædalus, aut Architas potis esset excogitare, elaborareque tam præclara Automata, ac tot in ipsis machinamenta; non ad paucos sanè atque momentaneos; sed ad innumerabileis, constanteisque, tam naturaleis, quàm spontaneos motus? Ac ipsa quidem potissimùm, tam exquisitè fabrefacta, tam concinnè disposita, tam aptè cohærentia, tam congruè distincta, tam inconfusè copulata, tam instituta apositè, tam vsurpata facilè, tam obsequentia expeditè; vt oculo vel ad vnum cor, vel ad vnum oculum, vel ad vnam manum, vel ad aliam quamlibet partem, eiúsque texturam imitabilem attendens, non obstupescat, exclamétque cum Psalte, Quàm mirabilis facta est scientia tua ex me; ô Deus! Quid verò exclamet dumtaxat factam ex se mirabilem; quid ex ipsis quin etiam Elephantibus, ac Balænis? cùm etiam Pulex, etiam Acari, ex tam multis, tamque admirandis organulis, & machinulis constet, vt iure dicatur à sancto Doctore, Diuinus ille Artifex ita magnus est in magnis, vt minor in paruis non sit.

Enimverò, cùm ipsum corpus tantâ moliatur symmetriâ; ecquid dicamus de Anima, in cuius gratiam id comparatur? An non vel in ipsisimet Brutis mirari licet ordinem, quo se Facultates animales habèt, dum sentiens monet, apprehendit imaginans, iubet appetens, exsequitur mouens? Ao non mirari proportionem, qua Facultates singulæ cum obiectis suis sic contemperantur, commensurantúrque, vt in relatione patientis ad agens, aut excipientis ad excepti coæquatio vlla exquisitior esse, cómendatiúrque nó valeat; & maximè quidem prout ex obiecti ad facultatem applicatione, sensus,

sensus, voluptásque sequuntur? An non mirari præ cæteris vim illam Imaginatricem, Rationis adeò æmulam, vt oc Bruta nostri nimiùm similia esse videantur, præstare putemus, si ea non ratione, sed instinctu, seu impetu naturæ cæco agi dicamus? Vtcumque sit enim, quantus quæso esse Geometer ille debeat, à quo habent apes instinctum; vt fauos tam scitè conforment figurâ hexahedricâ, quâ non est alia magis idonea ad telinquendum vacui nihil, quâ ad latera, apicésque cohærent? A quo habet Aranea, vt contextura in orbem telam, de centro prouideat, radiósque diducat, ac firmet, quos inter deinceps ordiatur, perficiátque opus ἀναπλῶτε, seu spiralis ductu? A quo Formica, vt sua illa cana subterranea tantâ prouidentiâ discriminet, cellulásque, quasi ædilis, pro vsuum varietate patiatur? A quo Hirundo, vt ad trabem hemicyclicum nidum fingat; qua forma, si locus, finisque spectetur, esse nec capacior, nec commodior valeat? A quo Gruum grex, vt volando in triangulum sese componat, ac aduersante ventorum vi, cuspidem penetrando præmittat? A quo grex Thynnorum, vt in illa sua, quæ quotannis peragitur, per Mediterraneum peregrinatione, formet se in cubum, ad natandum semper non modò gregatim, sed etiam in omnem positionis diuersitatem; aliáque id genus sexcenta.

Denique verò ex Rationali, siue hominis Anima, quam Deus speciatim ad imaginem, & similitudinem suam fecit, licet sanè intelligi quanta Dei Geometria sit, quando ipsa tota ex rationibus veluti Geometricis constat. Primùm quippe sua ex natura ad sciendum comparata est; scientia verò in eam non subit; neque ipsi accommodatur, nisi sub forma, figuráque Syllogistica, ac Demonstratiua, qualem reperire in Geometricis dumtaxat ratiociniis licet; aut si qua alia sint, quæ ex ipsis quadamtenus participent, eorumve structuram, & vim, perfectioné, atque æmulentur; vt etiam de iis, quibus Orator vtendum est, ille præscribit, qui iure omnium optimus in arte dicendi magister habetur. Heinc certè propter naturalem veluti commensurationem, quæ inter scientiam, scientémque est, existere videntur illæ omnium humanissimæ, ac ineffabilissimæ voluptates, quibus non modò Pythagoras, Archimedes, & quotquot præclarum aliquid inueniunt in Geometricis, afficiuntur, ac ideò aut sacrificant, aut exclamant, ingeminántque celebre illud εὕρηκα, verùm etiam Tyrones ipsi, qui nescio qua mira suauitate exsiliunt, quoties cuiuspiam Theorematis demonstrationem primùm perspiciunt. Deinde, cùm humana Mens fundat ex seipsa, tanquam ager ferax, tantam segetem admirandorum Theorematum; an non par est ipsam sic conditam esse, vt semina eorum in sese contineat, & ex ipsia veluti constet; naturáque adeò Geometricâ sit, eùm & tametsi nugamenta serpe-oumero proferat, illa tamen sint partus spurij, & recrementa veluti quædam, ipsa existente ex se comparata, vt veritatem parturiat, & cognoscendo Authorem suum, qui Veritas est, ideò referat, quòd ille, qui plantauit aurem, vt Psaltes canit, non audire, & qui finxit oculum, non considerare non possit. Et faciè id vel heinc suadetur, quòd ad imaginé Dei facta Anima, exsatiari nunquam cognoscendo valeat, quousque ipsum, omnia videntem, facie ad faciem videat; & facta inter gratiæ somen, gloriæque lumen exæquatione, illum secundùm omnem sui quasi dimensionem possideat, ac plenissima, securissimáque eius fruitione fœlix conquiescat.

Atque hactenus quidem Hymnus esto, non qualem pro rei maiestate decuit, sed qualem pro virium tenuitate licuit, præcinere rerum Authori sapientissimo, potentissimo, optimóque. Nunc, cùm ipsum opus exsequi oporteat in hocce celeberrimo totius non modò Gallici Imperij, verùm etiam orbis Christiani theatro; Quid putas, mihi est animi, Eminentissima Cardinalis, cogitanti non posse me eam sustinere personam, quæ tuæ de me opinioni, ac fortassis aliorum quoque exspectationi respondeat? Cogitanti me imparem, qui claritatem promouearn tantæ Academiæ quæsitam, tum ab illis luminibus Orontio, Pena, Bressio, aliisque claris antecessoribus; tum à clarissimo Collega Morino, cui famam, famosum peperit Problema, & scientia Longitudinum longè latéque propagavit? Cogitanti immeritum, qui in Societatem coopter tot cæterorum celebrium Professorum adeò illustrem?

Nam Duuallius quidem meritissimus non ætate magis, quàm virtute sua Decanus, aut Decani vicibus fungens, eiusmodi est, qui quantum in Græca, Latináque Philosophia possit, testis esse abundè valeat, vel ipse Aristoteles, qui toties Græcè, Latinéque ab eo illustratus, quam ab ipso accipit lucem, cumulatissimè in ipsum refundit. Nemo interim ambigit, quin designatus ipsi collega Capreolus electione tua dignissimus sit, qui toties, tantáque frequentiâ, ac celebritate tantâ nominis Philosophicum stadium est emensus. Quod idem dicendum quoque de Aluerno, quem designasti similiter collegam eximio Flauinio. Flauinio, inquam, eximio illi, qui cæteris Sacræ Facultatis Doctoribus par, id speciale habet, vt ex ipso fonte, Hebræo nempè textu, hauriat, vnde quasi viuo gurgite exundet. Nec secus Dartisius, qui in Iure, quod profitetur, haberi potest quasi liber Polycleti inscriptus Canon, à quo olim, velut à lege, lineamenta artis, vt Plinius loquitur, petebantur.

Iam in Medica Facultate is Riolanus est, quem exteri æquè, ac indigenæ admirantur; vt quo minutissima quæque, ex quibus corpus Humanum constat, scrupulosissimè scrutante, nemo videatur meliùs parere Oraculo illi, γνῶθι σεαυτὸν, *nosce teipsum*. Is Charterius, cui quantum sit tota Medicorum natio debitura, clamat magnum illud Hippocraticorum, Galenicorúmque operum Syntagma, quod generosissimè est aggressus, idque substituto interim Cusinoto, qui sese vt suggestu Regio, sic Augusti cubiculi primario gradu dignum exhibuit. Is Morens quem nescias, plurésne in Mente, an in Musæo libros possideat: dignus,

qui

qui viuat, per quem viuunt tot nobiles Medici; dignus, qui valeat, à quo illlustrata tot valetudinis documenta. Is Akakias, qui cum se præstat, vt breui claris Maioribus præluceret virtute possit.

In ipsa verò Arte dicendi, Latina-ve Eloquentia, nouit nou-nemo quantum valeant, tum Tarinus, quem aliunde Græca, imò omnigena eruditio adeò commendat; tum Remius, in quo cum Tulliana facundia certat Virgiliana maiestas Heroïcorum Poëmatum Tibi, sat scio, pridem perspecta. In linguis autem Exoticis, ac præter Hebræam, de qua est iam dictum, ignorat nemo esse Monmaurium, Dubosiúmque eiusmodi viros, qui Simonideâ pollentes memoriâ, quicquid Græcarum est literarum restituere, si pereierint, possint. Nemo Sionitam, qui inter primos nominandus fuerat, eiusmodi esse, qui Arabas ipsos docere Arabismum possit.

Cogitanti, inquam, hæc mihi, quid esse putas animi, EMINENTISSIME CARDINALIS; nisi quòd, Tibi dum obsequor, & Regi Christianissimo, quam Te suasore censuit, mandauitque, operam præsto, spes est, vt Deus ter Optimus obedientiam magis, quàm sacrificium probet, ac ideò mihi, quod in me erit, facienti non deneget gratiam?

Quod superest; cùm Regium sit, quo deinceps defungor munus, finem dicendi non antè facio, quàm εὐχαριστήριον persoluens LVDOVICO XIV. ABDOLATO, Regi nostro optimo maximo apprecer omnimodam (quod totis fanè viribus plenisque votis facio) à Rege Regum fœlicitatem. Et quàm sit quidem reliquo Imperij decursu fœlix exstiturus, augurari vel ex eo licet, quòd omnia iam hocce triennio prosperè adeò successerint. Scilicet cor Regis in manu est Dei, neque abbreuiata est manus Domini, vt minus deinceps de Sion tueatur ipsum, minùs consilium eius confirmet, minùs de Sancto auxilium mittat, munùs euenta omnia fortunet. Natus inter lilia, creseit inter lauros, & palmarum victricium procerirate obumbratur: Ecqua proinde opima spolia relaturus olim non sit, vbi ad Heroum peruenerit robur? Ecqua non domiturus monstra, qui etiam in cunis, vt Hercules alter, facinora adeò gloriosa patrarit?

An non aliunde speremus ipsum iri Salomoni cæquatum sapientiâ; quando ne exspectato quidem (nec dum superato) altero septennio, sed etiam per primum, quod nuper exegit, ita se præbuit compositum, vt neque priuarim quicquam egerit, cuiusmodi infantes solent; neque publicè quicquam, quod non virum ætate maturum maximè decuerit? An non speremus, vt veluti Salomonist emporibus, sic in eius diebus iustitia, & abundantia pacis oriatur; quando inter pacis desiderta ereseit: & a sceptro vsque assumpto Augustissima eius Parens ea agitauit de pace consilia, quæ futurum est propediem, vt, fauentibus Superis, bene, ac fœlicitet vertant?

An non proinde spes magna sit, vt quemadmodum Salomon ædificauit Templum in monte, in quo victimæ Pacis offerrentur, sic ipse, præter cæteta pietatis suæ monumenta, Delubrum hoc, in hocce monte instauret ac perficiat, in quo ornamẽta Pacis excolantur. Ornamenta, inquam, hoc est bonæ Artes, ipsaque imprimis Mathesis, quæ Reges quoque ipsos tantopere decet, illosque à quibus amatur, fouetur, & excolitur super Æthera notos facit; vt sunt exemplo tot Principes, quorum nomina, tanquam ipsi Cælo inscripta, cum Cælo perennant.

Spes certè est ingens, vt futurus Princeps & domi, & foris fœlicissimus, gloriosissimúsque, nomen quoque suum, ob earumdem Artium amorem, perinde inscribat; ac per ora volitans virûm, & magis, magisque in dies efflorescens, assequatur, quod voveo, famam nominis sempiternam.

D I X I.

PETRI GASSENDI COMMENTARII DE REBVS CÆLESTIBVS.

PRÆFATIO.

HAsce Obſeruationes Cæleſteis, etiam nudas, titulo *Commentariorum de Rebus Caleſtibus*, conſignare Poſteris haud graue duco, ob id potiſſimùm quòd alligatæ tempori cùm ſint, nonniſi ſemel fieri queant, eóque pretioſiores habeantur, quòd elapſa earum momenta, Æternitatis deinceps totius effugiant amplitudinem. Cætera verò quæ ſunt inuentionis, Humaníque ratiocinij, poſſunt cùm pereunt millies repeti; ſemper enim Humanum idem eſt ingenium, & quidquid vnquam fuerit ab illo excogitatum, poteſt id ipſum in alterius mentem aliquando incurrere, iterúmque prodire. Nudas, inquam, has qualeiſcumque noſtras Obſeruationes exhibeo, & qua fide fuere peractæ, conſignatæque; calculum autem adhibeo nullum, ne quidquam ſit, quod imponere, creare-ve vllam præoccupationem poſſit. Æram Chriſtianorum ſemper ſequor, eiuſque Stylum ſeruo Nouum; inſuper in captanda Errantium, Inerrantiumve Stellarum diſtantia, ſeu cùm venari libet quibus interuallis diſſita à ſe inuicem Sidera ſint, his ſignis Algebraicis paſſim vtor + — denotandæ aut additioni graduum, ſcrupulorúmque Radij Aſtronomici Tangentibus indicatorum (pinnacidiis ad diuerſas Tranſuerſarij eiuſdem Radij parteis exiſtentibus) aut ſubſtrationi (pinnacidiis exiſtentibus in eadem Tranſuerſarij parte) Hoc nempe ſigno + innuo Tangenteis eſſe ad-

dendas, vtpote dum sunt pinnacidia in diuersis Radij brachiis, quemadmodum isto — minorem Tangentem à maiore subducendam esse significo, cùm pinnacidia in eodem Radij brachio existunt. Plureis porrò Rerum Cælestium proferrem Obseruationes, nisi sæpe sæpiùs contigisset Commentariorum iacturam fieri, quòd illos schedis, foliolis, quaernionibúsque incompactis exceptos habuerim, nec fasciculos eorum inconcinnos peregrinando, communicando, ac sarcinulas variè transponendo satis studiosè curauerim. Iraque initio à reliquiis ducto ex variis schedis, Epistolis, librisque impressis collectis, & vt seruetur temporum series auspicor ab eo Cometa, quem accuratiùs vt explorarem animum ad Cælestia obseruanda primùm applicui. Vsus autem sum Radio Astronomico Viri optimi, & Amici carissimi Iosephi Galterij, Artium & Theologiæ Doctoris, Prioris, ac Domini Valletæ, qui me etiam exstimulauit vt has in curas incumberem, ratus posse non melius de consequente Æuo mereri, quàm si quidpiam eiusmodi ad ipsum transmiserimus.

OBSER

OBSERVATA,

ANNO

M. DC. XVIII.

Cometa, & distantia Iouis à Venere, &c.

ANNO CHRISTI currente Mense 1618. Nouembri, Die 28. *Aquæ-Sextiis* Cometam hunc vnicum hactenus vidi, & obseruaui. Hocce porrò die rumor solùm apparentis percrebuit, & quæ paucis antè diebus visa dicebatur trabs albescens, erat, opinor, Cauda Cometæ, conspicuo nondum Capite.

Die 29. Cùm nondum apparatum esset Instrumentum, videre licuit ante Auroram emergentem Cometæ Caudam; sed inter dehiscente is nubeis, quæ Horizontem occupauerant. Apparuit autem postremò Caput, colore subpallidum, magnitudine quasi Arcturus, formâ inferne quidem rotundâ, sed ex parte Caudæ crispatâ. Scilicet sursum porrecta Cauda (cum inclinatione tamen quadam in Meridiem, vt puta inter Arcturum, & Spicam) protendebatur in sesqui-signum circiter longitudinis; cúmque continua quadam dilatatione attenuationéque diffunderetur, apparebat in extremo lata 8. circiter gradibus. Notandum nihilominus extremam Caudam hoc die visam veluti recuruam, deflexámque versus Meridiem; cùm tempore reliquo toto nullum indicium arcuationis similis apparuerit. Caput ipsum visum est non-nihil inferiùs Orientaliúsque ♎ Lancibus, accedebat verò ad Borealem interuallo quasi duorum, vel paullo minùs graduum.

Die 30. Clarescente Aurora, conspicuus factus est Cometa superior iam, & Occidentalior ♎ Lancibus. Ex hoc die, & quoties Cælum fauit, venatus sum Cometæ loca ex distantia eius à quibusdam Fixis per Radium Astronomicum quadrupedali haud maiorem. Hoc mihi penè fuit obseruandi tyrocinium; quare neque ab initio habui fulcrum satis commodum, neque pinnacidium cylindraceum prope oculum, seu in centro Radij; neque aliunde horarum momenta, quàm ex horologio Vrbico, aut Astrolabio non valde magno. Quod te admoneo, ne maiorem fidem, quàm mereat, mihi heic adhibeas.

Diebus extremus, quo ægerrimè obseruare Cometam licuit, fuit 13. Ianuarij Anni 1619. cùm enim Cauda décreuisset ex die Decembris 20. superfuit solùm ad extremum tenue illius vestigium, quod cum Capite confusum ægrè apparuit, ac tandem euanuit inter extremas stellas Caudæ Draconis propè polum Boreum.

Tempore hoc toto motus est Cometa dietim inæqualiter in circulo proptiò, fortassis motus per rectam fuit; at in apparente Cæli concameratione circuli portio apparuit. Quippè initio, motus Diurnus illi fuit 2. grad. 40. min. creuit autem, quoúsque circa 6. Decembris fuit 3. grad. 36. min. & exinde perpetuò decreuit, adeo vt die 11. fuerit 3. grad. 0. min. Die 22. grad. 0. min. Die 31. 1. grad. 20. min. Die Ianuarij 5. 1. grad. 0. min. ac sub huem apparitionis, Cauda iam cum Capite confusa 0. grad. 40. min.

Non appono heic singulas omnium dierum obseruationes (hoc enim foret nimis prolixum) vtileis quasdam séligo ad ea explicanda, quæ scire præsertim circa Cometam desideras. Sed neque Radij, aut Tangentium partes adiungo, contentus gradus, & minuta inde collecta adscribere. Correctiones etiam Radij, seu distantiarum Cometæ à Fixis ex distantiis inter ipsas Fixas acceptis præterea, vt breuitati consulam. Denique Tychonicas illas Fixarum Longitudines, Latitudinésque suppono.

Iam vt habeatur & Nodus seu Intersectio Circuli, quem motu suo Cometa describit, & Inclinatio circuli illius supra Eclipticam, seu quod est idem Angulus maximæ declinationis, quam Cometa habuit, notandæ hæ obseruationes.

MENSE DECEMBRI. Die 5. hora 6. matutina distitit Cometa à Spica ♍ 28. grad. 14. min. ab Arcturo 16. grad. 9. min. ex quo prodijt eius Longitudo 3. grad. 23. min. ♏ Latitudo 21. grad. 36. min. Borea.

Die 14. hora 5½. matutina distitit Cometa à Lucida Coronæ 24. grad. 47. min. ab Arcturo 26. grad. 9. min. ex quo prodijt eius Longitudo 1. grad. 26. min. ♎ Latitudo 33. grad. 38. min. Borea. Exindè verò elicitur fuisse Nodum in 14. grad. 30. min. ♈ cum Inclinatione 63. grad. 26. min.

M.DC.XVIII. Agun. Sextus Novembri. Rursus Die 14. hora 5 1/4 matutina distitit Cometa ab Arcturo 13. grad. 4. min. à Lucida Coronæ 14. grad. 56. min. ex quo prodijt eius Longitudo 16. grad. 3. min. ♎ Latitudo 45. grad. 54. min. Borea.

Die 25. hora 3 1/4 matutina distitit Cometa à primo Equo, seu vltima Caudæ Vrsæ maioris 5. grad. 9. min. à secundo Equo, seu media 4. grad. 54. min. ex quo prodijt eius Longitudo 17. grad. 47. min. ♏ Latitudo 59. grad. 9. min. Borea. Exinde elicitur fuisse Nodum in 15. grad. 0. min. ♏ cum angulo Inclinationis ad Ecliptican 63. grad. 18. min.

Vides heic paucorum minutorum differentiam. Et posterior quidem designatio est mihi probatior: si temperamentum tamen placeat, reponatur Nodus in 14. grad. 55. min. ♏ & Angulus Inclinationis fiat 63. grad. 22. min.

Ad Parallaxin quod attinet, notandæ præsertim duæ obseruationes studioſe peractæ. Die Decembris 25. manè. Prior iam exposita, & peracta hora 3 1/4 Posterior hora 5. præcisè, cùm distaret Cometa à primo Equo 5. grad. 13. min. à secundo Equo 4. grad. 49. min. ex quo prodijt eius Longitudo 17. grad. 34. min. ♏ Latitudo 59. grad. 10. min. Borea.

Primùm enim cùm tempore prioris obseruationis fuerit Ascensio Recta Cometæ 205. grad. 53. min. cum declinatione Borea 56. grad. 9. min. exsistente aliunde ☉ in 2. grad. 56. min. ♑ cui Ascensione Recta 273. grad. 12. min. tempore verò posterioris fuerit Ascensio Recta Cometæ 205. grad. 46. min. cum declinatione Borea 56. grad. 14. min. exsistente aliunde ☉ in 3. grad. 0. min. ♑ Colligitur altitudo Cometæ in Verticali circulo fuisse priore tempore 50. grad. 57. min. posteriore 63. grad. 10. min. adeò vt differentia altitudinum fuerit 12. grad. 13. min.

Deinde cùm ex habitis Cometæ locis, colligamus morum ipsius in circulo proprio huic sesqui-horæ respondentem fuisse 6. min. videndum est, an ex proportione motus diurni, aequisiuisse tantundem, vel plus, minúsve debuerit, vt cognoscamus an differentia illa altitudinum varietatem quandam aspectus fecerit, nec-ne.

Itaque cùm die 12. hora 5 1/4 matutina distaret Cometa à Lucida Cynosuræ 25. grad. 13. min. à Dubhe 28. grad. 12. min. ex quo prodijt eius Longitudo 26. grad. 28. min. ♏ cum Latitudine Borea 56. grad. 50. min. Colligitur motus antecedentis tridui fuisse 5. grad. 16. min. & cùm die 28. hora 6. matutina distaret Cometa à Lucida Cynosuræ 16. grad. 5. min. à Dubhe 20. grad. 3. min. ex quo prodijt eius Longitudo 8. grad. 45. min. ♏ cum Latitudine Borea 61. grad. 52. min. Colligitur motus sequentis tridui fuisse 5. grad. 0. min. derractâ nempe vnâ horâ circiter.

Quare & motus diurnus æqualis prioris tridui fuit 1. grad. 45 1/4 min. posterioris 1. grad. 40. min. ac proinde tempori illi intermedio, quo obseruationes sunt factæ respondens 1. grad. 43. min.

Ex hoc diurno accepta portio sesqui-horæ debita reperitur 6. min. 20. sec. Ergo Cometa tantum motus inter duo visa loca peregit, quantum ex proportione motuum diurnorum peragisse debuit; quippe illa tertiæ partis minuti differentiola insensibilis est, ac omninò euanescet, vbi reducta fuerit ad verticalem circulum. Quamobrem Cometa vtrobique visus fuit vbi esse debuit; quare & Parallaxi caruit.

Certè, si vel tantam habuisset, quantam habet ☾, vbi Terris est proxima, scilicet in distantia 52. semi-dramettorum Terræ: cùm ☾ ibi collocata, & aliunde in 51. gradu Verticalis exsistens patiatur Parallaxin 42. minutorum, exsistens verò in 63. grad. Parallaxin habeat 31. min. adeò vt sit differentia min. 11. Patet profectò Cometam in illo 51. gradu apparere debuisse depressiorem 15. min. quàm in 63. seu in 63. grad. altiorem 11. min. quàm in 51. grad. hoc autem si contigisset, non iam in locis obseruatis conspectus fuisset, vt perspicuum est. Nam visus fuerit in 63. grad. altior, quàm debuerit, & depressus intelligatur 11. min. Tùc exhibebitur eius Ascensio Recta 206. grad. 6. min. Declinatio 56. grad. 17. min. Longitudo 17. grad. 45. min. ♏ Latitudo 59. grad. 19. min. motus sesqui-horæ 10. minutorum, ac tandem distantia à primo Equo 5. grad. 18. min. à secundo Equo 4. grad. 59. min. quorum nihil cohærere cum obseruatione potest. Quocirca tantam Parallaxin, quantam ☾ non habuit.

Eodem modo colligetur ne tantam quidem habuisse quantam ☉ ex quo proinde conuincitur fuisse tum Cometam supra orbem Solis.

De directione Caudæ Cometæ, hoc solùm adijcio, abiisse quidem illam semper in plagam Soli contrariam; verùm deflexisse semper à perfecta oppositione, idque non vniformiter. Etenim, cùm initio Circulus per axem Caudæ, & Caput Cometæ ductus secaret Ecliptican vno Signo circiter præter Solem in Consequentia; post-modùm tamen hæc Intersectio regressa est versus ☉ seséque in Antecedentia subduxit, donec decrescere incipiente Cauda ad 20. Decembris redire cœpit, & Solem in Consequentia subsequi. Eu duas insigneis obseruationes de huiusmodi reditu.

Ipsa die 20. hora 5 1/4 matutina fusa est Cauda per primum Equum. Distabat tunc Cometa à Lucida Coronæ 24. grad. 47. min. ab Arcturo 26. grad. 9. min. vnde prodijt eius Longitudo 1. grad. 26. min. ♎ Latitudo 53. grad. 58. min. Borea. quare Circulus per per medium Caudæ ductus Ecliptican secuit in 21. grad. 2. min. ♓ cùm ☉ tunc esset in 28. grad. 20. min. ♓

Die autem 22. hora 5 1/4 matutina Cauda sparsa est per secundum Equum. Locus Cometæ is fuit, quem paullò antè descripsimus. Quare Circulus directionis Caudæ intersecuit Ecliptican in 21. grad. 54. min. ♓ cùm ☉ esset intereà in 0. grad. 23. min. ♑

Nescio an adnotare debeam totum tempus quod à Iulio in Decembrim vsque intercesserat,

ferat, ita fuisse pluuium, vt prodigij loco propè haberetur. Tempestas certè consequuta nihil habuit insolitum. Nam quòd die Aprilis 25. hiems redintegrata fuerit, nihil mirum cùm & anno antecedente eadem die, & subsequente, die eiusdem mensis 18. fùmunoperè frigueriti, adeò vt vites pessimè habuerint. *Ex Epistola ad Nobilissimum illum, meminique literatorum huius aui non cognitum, Nicolaum Claudium Fabricium Petrisci Toparcham, qui communicata hæc voluit cum aliquot aliis sequentibus, ubi me obseruatus cum discederem ex Prouincia anno 1628. cuius Epistola initium sic feceram, Ita sum ò clarum & earum Caput, Obseruationes illæ selectæ, quibus seorsim ab Epistola obstrictam tibi libero fidem, &c.*

M DC. XVIII. Apri. Sept. Decembri.

Tertia Obseruatio de directione eiusdem Caudæ est diei 24. hora 17. etsi non omninò exacta, quòd ductum eius attinet. Traductus quidem per Caudam, & Cometam circulus relinquebat Dubhe Australiorem satis sensibiliter, at quantum præcisè id esset, æstimare postmodùm non licuit nisi ex pictura, & schemate, quod superstitit. Ex hoc ergo coniectatus sum id fuisse in circulo, etiam Latitudinis vnum gradum circiter. Hoc supposito, quia tunc distitit Cometa ab vltima Caudæ 5. grad. 13. min. à media Caudæ 4. grad. 49. min. fuitque proinde eius Longitudo 17. grad. 34. min. ♏ Latitudo 59. gr. 8. 10. min. Borea, ideò conceptus circulus per Cometam & 50. grad. 40. min. in circulo Latitudinis Dubhe (cùm ipsa sit lata 49. grad. 40. min.) Is intersecuit Ecliptica m in 23. grad. 31. min. ♑. Quocirca & cùm tunc ☉ in 3. grad. 27. min. ♐ degeret, sectio ab illo distitit antecedentes 9. grad. 56. min. promota hoc triduo in Consequentia 1. grad. 37. min. quæ præcedente biduo promota fuerat 0. grad. 52. min.

Ego pro mea quadam speciali de Cometis philosophia gaudebam coniecturas meas non infœlicitèr cedere, quod attinet ea variationem huius deflexionis à ☉ oppositio. Quanquè enim certus omninò non eram, quod discrimen illud diei 24. esset prorsus 9. grad. 56. min. at quia directio Caudæ non transierat supra Dubhe minùs, quàm dimidio minuto, id circò cùm vel dimidio huic gradui respondeant 8. grad. 40. min. quibus adhuc exceduntur 8. grad. 29. min. differentiæ diei 21. ideò à sententia dimoueri non potui. *Ex Epistola ad Snellium anno 1625.*

Die 27. Vesperi, hora $5\frac{1}{2}$ distiterunt inter se, vtendo Radio 600. partium, cum Transuersario 100. vtrimque similium

♃ & ☿ 100 + $24\frac{1}{2}$ hoc est 11. grad. 38. min.

Dubhe, & Lucida Cynosuræ 100 + $49\frac{1}{2}$ hoc est 23. grad. 19. min. Debuit 23. grad. 13. min. Differentia 6. min. ampliùs.

M. DC. XIX.

Distantia Martis à Virgine, Iouis à Venere, Lunæ à Ioue, Satellitum inter se Iouis, Eclipsis Lunæ, &c.

ANNO 1619. Mense Ianuario, Die 3. Manè, distiterunt

♂ & tertia alæ sinistræ ♍ $30\frac{1}{10}$ — 25. hoc est 0. grad. 52. min. Fuit hora $6\frac{1}{2}$

♂ & Spica ♍ 70 + $26\frac{1}{10}$ hoc est 15. grad. 13. min. hora 7.

Spica, & secunda alæ 70 + $22\frac{1}{10}$ hoc est 14. grad. 35. min. Debuit 14. grad. 29. min. Differentia 6. min. ampliùs.

Die 5. Manè, distiterunt inter se

♂ & tertia alæ sinistra ♍ $21\frac{1}{10}$ — 20 hoc est 0. grad. 14. min. Fuit hora $6\frac{1}{2}$

♂ & Spica ♍ 45 + $46\frac{1}{10}$ hoc est 14. grad. 31. min. $6\frac{1}{2}$

☾ (opinor secundū centrum) & 3. alæ sinistræ ♍ 100 + $26\frac{1}{10}$ hoc est 19. grad. 45. min. $6\frac{1}{2}$

☾ & Spica ♍ $33\frac{1}{10}$ in Radio, hoc est 33. grad. 35. min. 7

Spica ♍ & 3. alæ 45 + $46\frac{1}{10}$ hoc est 14. grad. 33. min. Debuit 14. grad. 29. min.

Eadem die vesperi, distiterunt inter se

♃ & ☿ 25 + $8\frac{1}{10}$ hoc est 5. grad. 22. min. $5\frac{1}{2}$

♃ & Austrina Caudæ Ceti 100 + $82\frac{1}{10}$ hoc est 28. grad. 26. min. Fuit hora $7\frac{1}{2}$

☿ & Austrina Caudæ Ceti 335. in Radio, hoc est 33. grad. 14. min. $7\frac{1}{2}$

Die 6. Manè, distiterunt inter se

♂ & 3. alæ sinistræ ♍ 22 — 20 hoc est 0. grad. 19. min. $6\frac{1}{2}$

♂ & Spica ♍ 45 + $44\frac{1}{10}$ hoc est 14. grad. 10. min. Fuit $6\frac{1}{2}$

♂ & sinistra ala Corui 45 + $50\frac{1}{10}$ hoc est 15. grad. 5. min. hora $6\frac{1}{2}$

☾ & 3. alæ sinistræ ♍ 45 + $17\frac{1}{10}$ hoc est 9. grad. 59. min. $6\frac{1}{2}$

☾ & Spica ♍ 45 + $76\frac{1}{10}$ hoc est 19. grad. 8. min. 7

Die 7. Manè distiterunt inter se

♂ & 3. alæ sinistræ ♍ 30 — 25. hoc est 0. grad. 48. min. Fuit $6\frac{1}{2}$

♂ & Spica ♍ 45 + $42\frac{1}{10}$ hoc est 13. grad. 52. min. $6\frac{1}{2}$

☾ & 3. alæ sinistræ ♍ 45 + $28\frac{1}{10}$ hoc est 8. grad. 29. min. hora $6\frac{1}{2}$

☾ & Spica ♍ 25 + $20\frac{1}{10}$ hoc est 7. grad. 17. min. 7

Die 9. Manè, distiterunt

M. DC. XIX. *Aqua. Sextia, Februario.*

♂ & tertia alæ ſiniſtræ ♍ 33—25 hoc eſt 1. grad. 16. min.
♂ & Spica ♍ 25+58 1/10 hoc eſt 13. grad. 12. min.
♂ & ſiniſtra ala Corui 45+49 hoc eſt 14. grad. 53. min.
} Fuit hora { 6 / 6 1/2 / 6 1/2

Iterùm ♂ & tertia alæ ſiniſtræ ♍ 33 1/10—25 hoc eſt 1. grad. 18. min.

Eadem Die Veſperi diſtiterunt inter ſe

♐ & ♀ 49 1/10—25 hoc eſt 3. grad. 55. min.
♐ & Auſtrina in Cauda Ceti 100+81 1/10 hoc eſt 28. grad. 19. min.
♀ & Auſtrina Caudæ Ceti in Radio 349 1/10 hoc eſt 31. grad. 58. min.
} Fuit hora { 5 1/2 / 5 1/2 / 5 1/2

Die 11. Manè diſtiterunt inter ſe

♂ & tertia alæ ſiniſtræ ♍ 37 1/10—25 hoc eſt 1. grad. 57. min.
♂ & ſiniſtra ala Corui 45+49 1/10 hoc eſt 14. grad. 56. min.
♂ & Spica ♍ 45+49 1/10 hoc eſt 12. grad. 39. min.
} Fuit hora { 6 1/2 / 6 1/2 / 6 1/2

Die 12. Veſperi, diſtiterunt

♐ & ♀ 44 1/10—25 hoc eſt 3. grad. 6. min. Fuit hora 5 1/2

Die 13. Veſperi, diſtiterunt inter ſe

♐ & ♀ 43 1/10—25 hoc eſt 2. grad. 55. min.
♐ & Auſtrina Caudæ Ceti 77 1/10+100 hoc eſt 27. grad. 42. min.
♐ & Borealis Caudæ Ceti 100+30 1/10 hoc eſt 20. grad. 23. min.
♀ & Auſtralis Caudæ Ceti 100+96 1/10 hoc eſt 30. grad. 34. min.
♀ & Borealis Caudæ Ceti 100+45 1/10 hoc eſt 22. grad. 40. min.
} Fuit hora { 5 1/2 / 6 / 6 1/2 / 5 1/2 / 5 1/2

Opinor Radium hactenus in eadem conſtitutione manſiſſe ſquare & ex omnibus diſtantiis detrahenda eſſe quatuor circiter minuta.

MENSE MARTIO, Vſus deinceps ſum Radio 1000. partium, ac Tranſuerſali in ſimileis diuiſo: perinde autem deſignaui, ac ſi Radius fuiſſet 10000. ſingulis nempe eius partibus oculo, æſtimationéque ſubdiuiſis in particulas 10. Ergo

Die 25. Veſperi diſtiterunt inter ſe

♂ & Arcturus 2800+2783 hoc eſt 31. grad. 12. min.
♂ & Cauda ♌ 2000+1452 hoc eſt 19. grad. 35. min.
♂ & dextra ala Corui 2000+1133 hoc eſt 17. grad. 47. min.
♂ & tertia alæ ſiniſtræ ♍ 2000—1790 hoc eſt 1. grad. 10. min.
♂ & Spica ♍ 2000+744 hoc eſt 15. grad. 34. min.
} Fuit hora { 10. min. 48. / 10. min. 56. / 11. / 11. min. 5. / 11. min. 12.

Arcturus, & Lucida Coronæ 2400+1040. hoc eſt 19. grad. 27. min. Debuit 19. grad. 26. min.

Caſtor, & Pollux 2000—190 hoc eſt 4. grad. 31. min. Debuit 4. grad. 32. min.

Ex duabus primis Stellis fuit ♂ Longitudo 3. grad. 57 1/10 min. ♎ Latitudo 3. grad. 13. min. Borea.

☉ in 5. grad. 1. min. 37. ſec. ♈

Die 26. Veſperi, diſtiterunt inter ſe

♂ & tertia alæ ſiniſtræ ♍ 2000—1740 hoc eſt 1. grad. 26. min.
♂ & Arcturus 2800+2787 hoc eſt 31. grad. 13. min.
♂ & Spica ♍ 2140+630 hoc eſt 15. grad. 41. min.
} Fuit hora { 9 1/2 / 9 1/2 / 10

Arcturus, & Corona 2200+1218 hoc eſt 19. grad. 22. min. Debuit 19. grad. 26. min. Fuit ☉ in 5. grad. 58. min. 17. ſec. ♈

Die 29. Veſperi diſtiterunt inter ſe

♂ & Arcturus 2900+2785 hoc eſt 31. grad. 44. min.
♂ & Spica ♍ 2023+954 hoc eſt 16. grad. 53. min.
♂ & tertia alæ ſiniſtræ ♍ 2400+1912 hoc eſt 2. grad. 40. min.
} Fuit hora { 9. / 9. min. 24. / 9. min. 50.

☉ in 8. grad. 55. min. 18. ſec. ♈

☾ & Spica ♍ 1120+932 hoc eſt 11. grad. 44. min.
☾ & dextra ala Corui 910+615 hoc eſt 8. grad. 43. min.
☾ & tertia alæ ſiniſtræ ♍ 923+563 hoc eſt 8. grad. 30. min.
} Fuit hora { 10. min. 16. / 10. min. 20. / 10. min. 24.

Caſtor, & Pollux 2400—1570 hoc eſt 4. grad. 34. min. Debuit 4. grad. 32. min.

Cor ♌ & Cauda ♌ 2757+1623. hoc eſt 24. grad. 38. min. Debuit 24. grad. 40. min.

Arcturus, & Vindemiatrix 2564+912 hoc eſt 19. grad. 36. min. Debuit 19. grad. 42. min. An error in Tabulis?

Die 30. Veſperi, diſtiterunt inter ſe

♂ & Arcturus 2900+2832 hoc eſt 31. grad. 51. min.
♂ & Spica ♍ 1726+1311 hoc eſt 17. grad. 15. min.
♂ & ſiniſtra ala Corui 2400—1844. hoc eſt 3. grad. 3. min.
} hora { 9. min. 49. / 9. min. 56. / 10.

☉ in 9. grad. 54. min. 45. ſec. ♈

☾ & Spica ♍ 2400—1735 hoc eſt 3. grad. 39. min.
☾ & dextra alà Corui 2400+1226 hoc eſt 20. grad. 30. min.
☾ & tertia alæ ſiniſtræ ♍ 1674+1358 hoc eſt 17. grad. 14. min.
} hora { 10. min. 12. / 10. min. 24. / 10. min. 40.

Caſtor, & Pollux 2400—1574 hoc eſt 4. grad. 33. min. Debuit 4. grad. 32. min.

Arcturus, & Corona 2028+1395 hoc eſt 19. grad. 25. min. Debuit 19. grad. 26. min.

Arcturus, & Vindemiatrix 1425+2028 hoc eſt 19. grad. 35. min. Debuit 19. grad. 42. min.

Sirius

Sirius, & humerus dexter Orionis 2572+2211, hoc est 26. grad. 54. min. Debuit 26. grad. 58. min. M. Mart. 11. *Aqua Sextius, Aprilis.*

MENSE APRILI, DIE 1. Vespeti, distiterunt inter se

♂ & Arcturus 1900+2918. hoc est 32. grad. 26. min.
♂ & Spica ♍ 2247+938. hoc est 18. grad. 2. min.
♂ & tertia alæ sinistræ ♍ 1835—1184. hoc est 3. grad. 39. min.
♂ & Cauda ♌ 1664+179. hoc est 19. grad. 36. min.
} hora. { 9. min. 32. / 9. min. 48. / 10. min. 5. / 10. min. 24.

☉ in 11. grad. 51. min. 58. sec. ♈

Procyon, & Lucida Hydræ 2670+2752. hoc est 30. grad. 19. min. Debuit 30. grad. 20. min.
Sirius, & humerus dexter Orionis 2716+2087. hoc est 26. grad. 58. min. Debuit 26. grad. 58. min.

DIE 3. Manè distiterunt inter se

♂ & Spica ♍ 1670+1570. hoc est 18. grad. 24. min.
♂ & Cauda ♌ 1576+1400. hoc est 16. grad. 55. min.
♂ & tertia alæ sinistræ ♍ 2872—2090. hoc est 14. grad. 13. min.
} hora { 3. min. 25. / 3. min. 40. / 4. min. 0.

Polaris, & Cynosora 1820+1088. hoc est 16. grad. 32. min. Debuit 16. grad. 28. min.
Cynosura, & Dubhe 2303+1821. hoc est 23. grad. 17. min. Debuit 23. grad. 13. min.
Dubhe, & primus Equus 2768+1792. hoc est 25. grad. 38. min. Debuit 25. grad. 39. min.
Cynosura, & tertius Equus 1080+2725. hoc est 21. grad. 25. min. Debuit 21. grad. 26. min.
Lyra, & Cauda Cygni 2550+1675. hoc est 23. grad. 49. min. Debuit 23. grad. 52. min.

DIE 4. Manè. Iterum autem visus sum Radio 3600. partium, ac Transuersario similium; sed designatio facta est, quasi Radius fuisset 3600. quilibet nempe earum partium oculo subdiuisa in 10. Ergo distiterunt

♂ & Spica ♍ 700+503. hoc est 18. grad. 57. min.
♂ & Cauda ♌ 700+365. hoc est 16. grad. 47. min.
♂ & tertia sinistræ alæ Corui 700—405. hoc est 4. grad. 35. min.
} hora { 3. min. 52. / 4. min. 4 / 4. min. 18.

Primus Equus, & Secundus Equus 1000—557. hoc est 6. grad. 43. min. Debuit 6. grad. 42. min.
Dubhe, & primus Equus 1000+645. hoc est 25. grad. 40. min. Debuit 25. grad. 39. min.
Cynosura, & primus Equus 1000+650. hoc est 25. grad. 45. min. Debuit 25. grad. 45. min.
Arcturus, & primus Equus 1000+953. hoc est 30. grad. 21. min. Debuit 30. grad. 29. min.

DIE 5. Manè, distiterunt inter se

♂ & Spica ♍ 700+514. hoc est 19. grad. 7. min.
♂ & Cauda ♌ 700+353. hoc est 16. grad. 17. min.
♂ & Vindemiatrix 700+184. hoc est 13. grad. 56. min.
♂ & tertia alæ sinistræ ♍ 1000—667. hoc est 5. grad. 1. min.
} hora { 2. min. 56. / 3. min. 8. / 3. min. 28. / 4. min. 8.

Primus Equus, & secundus Equus 1000—557. hoc est 6. grad. 43. min. Debuit 6. grad. 42. min.
Primus Equus, & Arcturus 1000+954. hoc est 30. grad. 20. min. Debuit 30. grad. 29. min.
Arcturus & Vindemiatrix 700+551. hoc est 19. grad. 42. min. Debuit 19. grad. 42. min.
Primus Equus, & Dubhe 1000+647. hoc est 25. grad. 42. min. Debuit 25. grad. 39. min.

DIE 10. Manè, distiterunt inter se

♂ & Spica ♍ 1000+328. hoc est 20. grad. 43. min.
♂ & Cauda ♌ 473+411. hoc est 14. grad. 0. min.
♂ & tertia alæ sinistræ ♍ 940—500. hoc est 6. grad. 44. min.
} hora { 4. min. 0. / 4. min. 7. / 4. min. 16.

Primus & secundus Equ 944—500. hoc est 6. grad. 48. min. Debuit 6. grad. 42. min.
Primus Equus, & Arcturus 990+960. hoc est 30. grad. 29. min. Debuit 30. grad. 29. min.
Primus Equus, & Dubhe 989+652. hoc est 25. grad. 38. min. Debuit 25. grad. 39. min.
Dubhe, & Polaris 946+894. hoc est 28. grad. 40. min. Debuit 28. grad. 40. min.

DIE 11. Manè, & interdiu distiterunt inter se

☾ & ♀ 738—673. hoc est 1. grad. 1. min.
Iterùm 1000—839. hoc est 2. grad. 24. min.
Iterum 1000—803. hoc est 2. grad. 57. min.
Iterum 295—78. hoc est 3. grad. 27. min.
} hora { 4. min. 55. Arcturo alto grad. 33. / 9. min. 36. alto iam ☉ grad. 44. / 11. min. 16. alto ☉ grad. 53½ / n. m. 20. post meridiem alto ☉ gr. 52.

MENSE MAIO, Die 11. Manè, distiterunt inter se

☾ & ♀ 1000—300. hoc est 10. grad. 45. min.
☾ & ♃ 1000—327. hoc est 10. grad. 20. min.
♀ & ♃ 696—662. hoc est 0. grad. 32. min.
} hora { 4. min. 50. / 5. min. 0. / 4. min. 30.

MENSE NOVEMBRI, Satellites ♃ seu Medicea Sidera, sic se habuerunt

DIE 1. Tres fuere ♃ ad Ortum, proximus distans Diametro ipsius vna, medius Diametris 5. extremus 11. Is fuit paullo Borealior lineâ per ♃ & cæteros ducta.

DIE 2. Eadem hora (nempe Vespertina 8½) visus est primus illorum distare Diametris 2. sequens 6. tertius 1. præter quartum, qui visus est distans tantùm per Semidiametrum, omnes ad Ortum.

M. DC. XIX. *Aquis-Sextiis, Novembri.*

Die 4. Eadem hora. Visi duo ad Ortum, vnus distare Diametris 2. alius Diametris 5.

Die 6. Visi duo ad Occasum, minor distans Diametro 1. maior Diametris 3. Is videtur esse, quem hactenus 2. loco memorauí. hora fuit $7\frac{1}{2}$

Die 7. Eadem hora. Visi duo ad Occasum, minor distans Diametris 2. maior Diametris $3\frac{1}{2}$ visus est & tertius omnium minimus ad Ortum distans 1. Diametro.

Die 8. hora 8. Visi sint duo ad Occasum, vnus distans semidiametro, alius Diametris 3. tertius fuit ad Ortum distans 1. Diametro.

Die 9. hora $8\frac{1}{2}$ visi tantùm duo, iique ad Ortum, minor distans sesquidiametro, maior Diametris 2.

Die 10. hora 10. visi tres, maior ad Ortum, distans Diametris 3. duo minores ad Occasum, distantes vnus sesquidiametro, alter Diametris 6.

Die 11. hora $7\frac{1}{2}$ visi duo, vnus ad Ortum Diametris 2. alius ad Occasum Diametris 6. nisi autem sum hallucinatus, vidi etiam tertium ex parte Occasus ipsi ☽ contiguum.

Die 12. Eadem hora visi rursum duo, vnus ad Ortum sesquidiametro, alter ad Occasum Diametris 5. praeter tertium, qui iterùm visus est ☽ contingere.

Die 13. hora $9\frac{1}{2}$ visi duo ad Occasum, minor Diametro $0\frac{1}{2}$ maior Diametris $2\frac{1}{2}$ alius adhuc videbatur contiguus, sed vereor ne fuerit radialis quaedam excursio.

Die 14. hora 9. visus ad Ortum vnus distans paullò minus Diametro 1. visi & ad Occasum duo, minor distans Diametris 2. maior Diametris 3. sed & inter minorem, ac ☽ videbar mihi videre alium.

Die 16. Eadem hora visi duo ad Ortum, maior distans sesqui-diametro, minor Diametris 5.

Die 17. hora $8\frac{1}{2}$ Duo ad Ortum, maior Diametris 3. minor Diametris 4. sed & visus est alius exilis ad Occasum distans sesqui-diametro.

Die 19. hora $9\frac{1}{2}$ visi tres ad Ortum, minimus distans semi-diametro, sequens Diametris 2. extremus Diametris 6.

Die 20. Duo ad Occasum, maior Diametris $2\frac{1}{2}$ minor Diametro 1. sed & visus sum videre alium ad Ortum distantem Diametris 4. fuit autem rursus hora 9.

Die 22. hora 8. visi duo parui ad Occasum, vnus distans Diametro 1. alius Diametro $1\frac{1}{2}$.

Die 23. Eadem hora visi duo ad Ortum, vnus distans Diametro $0\frac{1}{2}$ alius sequi-diametro, apparuit & ille vicinior, quasi geminatus, vt alium ad Meridiem Occidentalem dixissem adiunctum.

Die 24. hora $8\frac{1}{2}$ visus vnus maior ad Ortum Diametris $2\frac{1}{2}$ ad Occasum duo minores, vnus distans Diametro $1\frac{1}{4}$ alter Diametris $2\frac{1}{2}$.

Die 25. Eadem hora visus vnus maior ad Ortum Diametris 3. ad Occasum duo minores, alter Diametro 1. alter Diametris 4.

Die 28. hora 8. visi duo ad Occasum, alter distans Diametris 2. alter Diametris 6. is fuit paullò minor.

Die 29. hora $7\frac{1}{2}$ visi tres ad Occasum, minimus distans Diametro 1. maximus Diametro $1\frac{1}{2}$ mediocris Diametris 4.

MENSE DECEMBRI, Die 3. hora 8. Vespertina visi tres, iique ad Ortum, vnus distans semi-diametro, alter Diametro $1\frac{1}{2}$ tertius Diametris 3. fuere porrò omnes exiles, nisi quòd medius videbatur paullò maior caeteris.

Die 6. hora 8. visi duo, iique ad Occasum, alter minor distans Diametro 1. alter paullò maior Diametris 2.

Memini Telescopium, quo tunc vtebar haud valde magnum, exquisitúmque fuisse; vt proinde neque praedicta Diametrorum designatio pro summè exquisita habenda non sit.

Die 20. Eclipsis Lunae nobis ob nubeis inconspecta, observata fuit Cadomi Neustriae cuius Latitudo observata ex altitudinibus ☉ meridianis à D. Massaeo Regio illeic Matheseos Professore 49. grad. 10. min. Contigit autem illius Initium hora 13. min. $9\frac{1}{2}$ ac defecerunt Digiti III. hora 13. min. 25. Digiti VI. hora 13. min. 40. Digiti IX. hora 14. min. 3. Digiti $X\frac{1}{2}$ hora 14. min. 27. Ac decrescendo Digiti $VIII\frac{1}{2}$ hora 15. min. 0. Digiti VI. hora 15. min. 20. Digiti III. hora 15. min. 30. Fint observando negotij multum fecere nubes; visus est tamen contingere hora 16. min. 16. Qui conuenit hoc tamen cum tempore, quo superfuerunt solùm Digiti III? Communicauit optimus P. Georgius Furnerius Societatis IESV. *Ex Schedulis.*

M. DC. XX.

Halos, seu Corona Lunaris, Altitudo Meridiana Lunæ, ortus Tauri, Satellitum Iouis inter se distantia, aliquótque Vagarum à Fixis & contrà.

ANNO 1620. *Aquis-Sextijs*, Mense Februario, Die 12. Vesperi, ab hora circiter 7½. Halos, seu Corona Lunaris visa est primùm exactè circularis secundum limbum interiorem; paullò confusior secundum exteriorem. Crassitudinis etsi non vbique æqualis; vt plurimùm tamen circiter sesqui-gradus. Referebat color materiam nubis subalbidæ, & admodùm tenuis. Aër intùs, & extrà aspergebatur paucis, iisque rarioribus nubilis, cuiusmodi fere à meridie apparuerant. Flabat tum Corus, sed leniter. Ad horam 8. area intercepta turbidior aliquantò fuit. Limbo quoque exteriore velut denticulari cœpit, præsertim ad Boream, & ex parte venti: quâ etiam demùm crassitudo varie dissumpi, dissipatique cœpta est. Ad Austrum verò aliquod permansit illius vestigium ad horam vsque 8½.

Fuit illi semper Luna exquisitè in centro. Diametrum habuit 45. grad. proximè. Ad horam 8. Humerus dexter Orionis non distinxit multùm ab interno limbo: Capella ipsum præcisè obtinuit. Erant tum Aldebaran, ☾ & extremum cornu Boreum ♉ in eadem rectâ, etsi ☾ duplo ferè erat ab Aldebaran, quàm ab extremo cornu distiantior. Quin-etiam ☾ tum videbatur occupare verticem trianguli quasi isoscelis, cuius basis, longior cruribus quarta sui parte visa, tenderetur ex parte ortus inter idem cornu, & ♑ ipsi Australem.

Ex hoc tempore aër fuit serenus, & tranquillus, calidúsque admodùm (antea scilicet fuerat pluuius, & frigidior) toto sequente triduo. Flárunt deinde venti Boreales, donec die 20. restituta est aëri sua pulcritudo, & tranquillitas. Hæc non longè pòst cœpit esse dubia, donec die 29. hyems eas cœpit colligere vireis, vt ninxerit, frigueritque maximopere ad proximum vsque Æquinoctium.

Contigit deinceps simileis Halones obseruare sæpiusculè. Crassitudo omnium proximè eadem, & vnicolor; etsi non semper eiusdem alboris: fuit enim (sed cælo præsertim densiùs obducto) quæ etiam quodammodo fuluescens apparuerit. Diameter semper eadem, exque Radio sæpiùs accepta (quòd porrò est intelligendum secundum limbum interiorem.) Circulus sæpiùs iuteger; sæpiùs 'etiam dimidio, plusque & minùs mutilus, prout nubila desiderabantur. Tempestas, qua mihi sunt visæ, hyems, ver, autumnus. Ab extremo certè Maio in extremum Septembrim nullas videre hactenus datum. Duratio valde inæqualis. Fuere enim, quæ vltra duas durauerint horas; fuere, quæ intra horæ quadrantem cœperint, & desierint. Duas certè intra eandem horam nasci, & denasci vidi, cum interstitio semi-horæ ferè ab vna ad alteram. Ventus rarissimè alius, quàm Corus, aut Cæcias; sed vterque leniter spirans. Mutilatio, & disruptio ferè semper ex regione venti, aut opposita, aut vtraque. Significatio vt plurimùm serenitatis, & clementioris aëris. Intercessit tamen aliquando totius Cæli obductio per integrum diem, idque mense Ianuario, cùm pluuia perexigua: aliquando biduum, idque Decembri mense, cum niue. *Ex memorata ad Peirescium Epistola.*

MENSE APRILI, Accepi aliquoties ☾ altitudinem, vsus Quadrato Geometrico, quod citea Eclipsin mox adscribendam descripsi. Itaque

DIE 10. Vesperi, cùm Procyon foret adhuc altus in Vmbra Recta partium 725. seu 35. grad. 57. min. ac proinde hor. min. Altitudo ☾ fuit in Vmbra Versa partium 765. hoc est 52. grad. 35. min.

Et cùm ille esset altus 695. seu 34. grad. 48. min. ac proinde hor. min. Altitudo ☾ fuit 808. hoc est 51. grad. 4. min. Quia nulla mentio marginum, puto ad centrum me respexisse.

DIE 12. Altitudo ☾ meridiana, seu maxima fuit in Vmbra Versa partium 754. hoc est 52. grad. 59. min.

Et cùm esset Spica in Vmbra Recta partium 490. seu 26. grad. 4. min. ac proinde hor. min.

Altitudo ☾ fuit in Vmbra Versa 765. hoc est 52. grad. 35. min.

Et Procyone eleuato in Vmbra Recta partium 661½ seu 33. grad. 29. min. ac proinde hor. min.

Altitudo ☾ fuit in Vmbra Versa partium 770. hoc est 52. grad. 24. min.

DIE 13. Cùm foret adhuc Procyon eleuatus in Vmbra Recta partium 779. seu 37. grad. 55. min. ac proinde hor. min.

Altitudo ☾ fuit in Vmbra Versa 969½ hoc est 45. grad. 53. min.

Verisimile semper duco respexisse me ad centrum, cùm nulla mentio marginum. *Ex schedulis.*

M DC. XX. *Aquis-Sextiis Iunio.*

MENSE IVNIO, *Aquis-Sextijs*, Die 14. circa mediam noctem Eclipsin Lunæ hanc obseruabam vnà cum meo illo Iosepho Galterio Priore, ac Domino Valletæ.

Vsi sumus ad habenda Eclipseos momenta ex Fixis, Quadrato quodam Geometrico, cuius vtraque Vmbra, seu Tangens, Parisiensium pedum $3\frac{1}{7}$ ferè sic diuisa erat in 1000. particulas, vt visus deinceps 10000. distinctionem faceret.

Aquensem Poli Eleuationem, qualis est à nobis obseruata, suppositimus 43. grad. 33. min. Solem verò tempore Eclipseos in principio 26. grad. ♊ habuimus.

Sed & Fixarum, quarum altitudo obseruata est, suppositimus Spicam ♍ habere 196. grad. 20. min. Ascensionis Rectæ, & 9. grad. 8. mio. Declinationis Australis. Arcturum 209. grad. 37. min. Ascensionis Rectæ, & 21. grad. 13. min. Declinationis Boreæ, Lucidam Coronæ 229. grad. 39. min. Ascensionis Rectæ, & 28. grad. 2. min. Declinationis Boreæ.

Apparuit ergo Eclipseos

Initium hora 11. min. 11. exsistente scilicet alta ad Occasum Spica ♍ partibus Vmbræ Rectæ seu Tangentis 3050. hoc est 16. grad. 58. min. Subducendo calculos habueram ☉ quasi in 26. grad. ♊ completo.

Quia tum initium cepi, cùm penumbra facta foit sensibilis, neque exspectaui, quo vsque limbus per Telescopium temeraretur; ideò potuit initium contingere octante, aut etiam sextante horæ tardiùs, hoc est circiter hora 11. min. 20.

Totalis obscuratio hora 12. min. 22. erat nempe ad Occasum eleuatus adhuc Arcturus partibus eiusdem Vmbræ seu Tangentis 7150. hoc est 55. grad. 34. min. Hic quoque ☉ habueram quasi in 26. grad. ♊ completo.

Recuperatio luminis obseruari exactè non potuit propter exorta nubila. Visa est tamen contingere circiter hora 14. min. 0. Cùm nimirum foret adhuc alta ad Occasum Lucida Coronæ partibus in eadem Vmbra 7600. hoc est 37. grad. 15. min.

Hac ratione Medium contigerit hora 13. min. $13\frac{1}{2}$.

Finem Eclipseos, & varietatem colorum ☾ obscuratæ Inuidere nobis vapores, qui ad Austrum coacernati, laborant ☾ sese soppositurunt, cùm reliquum Cælum foret serenissimum.

Cæterùm cùm antecedente hebdomada tota viguisset calor propè intemperatus; ex hoc tamen tempore ad finem vsque circiter mensis, sequuta est valde insignis refrigeratio aëris. Id tamen absque plunia, qua etiam per totam æstatem, & vltra Æquinoctium autumnale caruimus. (Vnde & frequentes pro Libero preces) nisi quod 11. die Augusti circa mediam noctem excitata est per sesqui-horam pluuia ingens cum tonitrubus. *Ex dicta ad Peireskium Epistola.*

MENSE OCTOBRI Satellites ♃ ita se habuerunt. Vtebar semper eodem Telescopio, scilicet

DIE 2. Vesperi, hora 9. visi duo ad Occasum, vnus minor, distans à ♃ vna circiter eius Diametro; alter maior circitet tribus.

DIE 12. Manè, hora 5. visi duo ad Ortum, maior distans Diametris 3. minor $2\frac{1}{2}$ fortassis vel ☾ vicinia, vel Crepusculum videre plurcis prohibuit.

DIE 13. Eadem hora, visus est ad Occasum vnus minor distans semi-diametro. Visus est, & alius maior ad Ortum, distans Diametris 3. videbantur duo quasi iuncti. Maior adhuc ☾ vicinia.

DIE 16. horâ 8. vespertina visi duo ad Occasum sunt, alter minor distans psulò minùs Diametro 1. alter maior paullò minus Diametris 4.

DIE 17. hora 5. matutina visus est minor in eadem ferè distantia, & quasi per $\frac{1}{4}$ Diametri. Maior verò visus est distare Diametris non amplios 3. Crepuscolum erat iam admodum clarum. Visa est etiam ☿ haud planè ἐχέτλιος ☉ per Telescopium.

Eadem die Vesperi hora 8. visus est ad Occasum ille maior distans à ♃ circiter Sesquidiametro; ad Ortum verò visi sunt duo minores, vnus distans per semi-diametrum, alter per Diametros 3.

DIE 18. hora 5. matutina visus est alter dumtaxat ex illis minoribus ad Ortum distans Diametris paullò plus 3. Maior visus non est; nisi fortè adhæserit ♃ ad Occasum paullò Borealior.

Hoc manè, cùm ad propugnaculum *Villa-nouæ* emerfissem, visus est ☿ sub matutini Crepusculi initium eodem pene momento oriri, quo Arcturus, eadem penè magnitudine, eodem penè rutilo colore; nisi quod ☿ flauescebat magis aliquantulum. Penè inquam eodem momento; ☿ enim fuit tantillum diligentior, vno nimirùm circiter minuto; quanquam & eo loci horizon, (occupatus aliunde ad aliquot gradus) fuit paullò decliuior.

Eadem die Vesperi, visi sunt Satellites ♃ quatuor, vnus (qui manè ad Ortum) distans Diametris 4. alius satis exilis Diametro 1. tertius maior, ac illum ferè contingens Diametro $0\frac{1}{2}$ postremus fuit ad Occasum Diametro 1. & is quidem minor. Porrò secundus supergrediebatur tantillum à Borea rectam lineam per ♃ & cæteros ductam.

DIE 19. Manè, hora 5. visi sunt duo ad Ortum; minor ille distans Diametris 5. maior Diametris $2\frac{1}{2}$ clarius iam Crepusculum erat, quàm vt deprehendi reliqui potuerint.

Eadem die Vesperi, hora $7\frac{1}{2}$ visi sunt tres ad Ortum minor ille distans Diametris paullò minus 6. maior Diametris 3. alios verò minor paullò minùs vna.

DIE 20.

M. DC. XL. Agun. Serv. Ottori.

Die 20. Manè, hora 5. visi sunt ad Ortum duo, minor ille distans Diametris paullò plus 6. ille maior Diametris paullò minùs 4.

Hoc Manè ista præterea observata reperio. Distiterunt inter se

☉ & Cauda ☋ 1340+826. hoc est 12. grad. 21. min.

☉ & Cor ☋ 1775+1027. hoc est 13. grad. 56. min. } hora 5.

☿ & Cauda ☋ 1802+1409. hoc est 18. grad. 14. min. }

☿ & præcedens duas, cum quibus facit rectam lineam in basi Crateris 1846+1802. hoc est 20. grad. 41. min.

Vtebat autem tunc Radio 1000. partium, ac Transuersario similium. Pro illius emendatione hæ distantiæ acceptæ sunt,

Procyon, & humerus dexter Orionis 2236+2283. hoc est 26. grad. 0. min. Debuit 26. grad. 3. min.

Sirius, & pes sinister Orionis 2190+2010. hoc est 23. grad. 44. min. Debuit 23. grad. 42. min.

Post modum Crepusculo iam admodum claro, distiterunt

☿ & ☉ 1530+1114. hoc est 15. grad. 4. min.

Quia Fixæ iam dispatuerant, accepi horum Planetarum altitudines Astrolabio semi-pedali; fuitque altitudo ☿ grad. 13. ☉ verò grad. 24.

Eadem die Vesperi, hora 7½ visi quatuor Satellites ♃, minor ille distans Diametris 5. maior Diametris 2½ atque hi ad Ortum; ad Occasum alter minor distans Diametro 0⅓ alter paullò maior Diametris 2.

Die 21. Manè, hora 4. visi sunt quatuor ille minor distans Diametris 4½ ille maior 1½ deinde alius minimus (qui heri ad Occasum) Diametro 0½ atque hi ad Ortum. Ad Occasum alius paullò maior Dianetro 1½.

Hoc Manè hæc etiam observata reperio distiterunt inter se

☉ & Cor ☋ 1240+1689. hoc est 16. grad. 39. min. } hora 5.

☉ & Cauda ☋ 1125+970. hoc est 11. grad. 58. min. }

☉ & præcedens duas, &c. in basi Crateris 1246+1113. hoc est 19. grad. 1. min.

☿ & Cauda ☋ 1280+1913. hoc est 18. grad. 8. min. Fuit hora 5½

☿ & præcidcta Stella in basi Crateris 1914+1786. hoc est 20. grad. 58. min.

☿ & ☉ 1935+703. hoc est 14. grad. 58. min. Fuit hora 6.

Procyon, & pes Orionis 2310+1890. hoc est 25. grad. 43. min. Debuit 23. grad. 42. min.

Aldebaran & humerus dexter Orionis 2990+1595. hoc est 23. grad. 24. min. Debuit 22. grad. 23. min.

Cor Hydræ, & præcidcta Stella in basi Crateris 1985+1785. hoc est 21. grad. 21. min.

Priusquàm acciperem distantiam inter ☿ & ☉ distiterant

☿ & ☉ 2875+2340. hoc est 29. grad. 13. min. Fuit hora scilicet 5½.

Eadem die Vesperi, hora 7½ non est visus ex Satellitibus ♃ nisi ille minor ad Ortum distans Diametris paullò plus quatuor.

Die 22. Manè, hora 4. visi sunt ad Ortum, minor ille distans Diametris circiter quatuor & alius valde exilis Diametro 0½ tum ad Occasum alius, (putà ille maior distans circiter 1. Diametro. Vocetur impositorum minor ille tardius A, maior ille B, cæteros verò distinguemus, vbi melius innotuerint.

Hoc Manè & ista repetio, distiterunt inter se

♃ & Aldebaran 1140+1831. hoc est 16. grad. 53. min. Statim ab hora 4.

♃ & Ras-algol 1968+2238. hoc est 23. grad. 45. min.

Fuit proinde ♃ Ascensio Recta 46. grad. 0. min. Declinatio Borea 16. grad. 7. min. Longitudo 18. grad. 7. min. ♉ Latitudo 1. grad. 13. min. Austrina. Bene habuisse Instrumentum ex eo colligitur, quòd distiterunt

Sirius, & pes Orionis 1883+2213. hoc est 25. grad. 42. min. Debuit 23. grad. 42. min.

Polaris, & Dubhe 2703+2411. hoc est 28. grad. 41. min. Debuit 28. grad. 40. min. Consequenter autem.

☉ & Cor ☋ 1561+1477. hoc est 17. grad. 16. min.

☉ & Cauda ☋ 1183+885. hoc est 11. grad. 49. min.

☾ (opinor centro) & Cauda ☋ 1688+1450. hoc. 17. gr. 50. min. } Fuit Cauda ☋ alta gr. 31.

☾ & Cor Hydræ 2566+2463. hoc est 28. grad. 14. min. } ac proinde hor. min.

☿ & Cauda ☋ 1440+1739. hoc est 18. grad. 4. min. } Alta Cauda ☋ 34. gr.

☿ & præcidcta Stella Crateris 1647+2110. hoc est 18. grad. 4. min. } ac proinde hor. m.

Præcidcta Stella, & Cor Hydræ 1663+2110. hoc est 21. grad. 22. min.

☿ & ☉ 1956+600. hoc est 14. grad. 30. min.

Cùm foret Cauda ☋ eleuata grad. 36. fuerat ☿ alta 22. grad. ☾ verò 30. grad. eleuata igitur deinde ☿ grad. 25⅓ seu hora min. distiterunt

☾ & ☉ 2788—1320. hoc est 8. grad. 4. min.

☾ & ☿ 2788—1012. hoc est 9. grad. 48. min.

Eadem die Vesperi, hora 8. distitit A à ♃ Diametris 2½ ad Ortum, B Diametris 2. ad Occasum, C verò (sic enim iubet appellare illum tertium satis magnum, qui manè fuerat exilis 1½ ad Ortum.

Die 23. Manè, hora 4. distiterunt ♃ A Diametris 2. ad Ortum, B Diametris 2½ ad

M DC. XI. *Aqua- Sex- tyr. Imbr.*

Occasum, C Diametro $0\frac{1}{4}$ ad Ortum. Non longè pòst distitetunt
♈ & Aldebaran 1238+1751. hoc est 17.grad.0. min.
♈ & Caput Algol 2137+2081. hoc est 23.grad.49. min.
Hinc Longitudo 17. grad. 59. min. ♉. Latitudo 1.grad. 18. min. A.
♂ & Cor ♌ 2211+950. hoc est 17. grad.54. min.
♂ & Cauda ♌ 1117+905. hoc est 11.grad. 33.mio.
Fuit Cor ♌ altum grad.46. ac proinde hor. mio.
♀ & Cauda ♌ 1737+1435. hoc est 18. grad. 1. min.
♀ & prædicta Stella in basi Crateris 1430+2389. hoc est 21. grad.35. min.
Altitudo Cordis ♌ grad.48.
Cùm foret Sirius adhuc altus grad. $26\frac{1}{2}$ fuit ♀ alta grad. $23\frac{1}{2}$.
Ptiùs autem Sirio adhuc alto grad.27. seu hor. min. distiterunt
☾ & prædicta Stella in basi Crateris 1430+2487. hoc est 22. grad.6. min.
☾ & Cauda ♌ 2487+1489. hoc est 22. grad. 26. min.
Pro correctione Instrumenti hoc Manè, distiterunt
Procyon, & humerus dexter Orionis 2572+2055. hoc est 26. grad. 3. min. Debuit 26. grad. 3. min.
Aldebaran & humerus dexter Orionis 1438+2352. hoc est 21. grad. 25. min. Debuit 21. grad. 23. min.
Obliuiscebar, cùm Sirius foret altus grad. 26. ac proinde hor. min. distitisse
☿ & ♀ 1675+1488. hoc est 17. grad. 59. min. distiterunt etiam hoc Manè
♑ & humerus Orionis 1578+1980. hoc est 20. grad. 10. min.
♑ & Procyon 2345+1256. hoc est 20. grad. 22. min.
Ardua, ac non otiosinò tuta circa ♑ obseruatio.
Eadem die Vesperi, hora 8. distiterunt à ♈ A, Diametro 1. ad Ortum, B. Diametris paullò plus tribus ad Occasum; alius semi-diametro, etiam ad Occasum.
Die 24. Manè, hora 4. distiterunt à ♈ B Diametris 3. Diametro 1. sesqui-diametro, & omnes quidem ad Occasum.
Hoc Manè, præterea solam de ♑ obseruationem reperio, distiterunt ergo
♑ & humerus dexter Orionis 1833+1694. hoc est 20. grad.
♑ & Procyon 2313+1256. hoc est 20. grad. 15. min.
Ardua adhuc, neque omninò tuta obseruatio.
Eadem die Vesperi, hora 8. distiterunt à ♈ B sesqui-diametro ad Occasum Diametro $0\frac{1}{4}$ ad Ortum.
Die 25. Vesperi, hora 8. distiterunt à ♈ A (vt opinor) Diametris $2\frac{1}{2}$ Diametro 1. ad Occasum, B (opinor) semi-diametro, C Diametro vna ad Ortum.
Die 26. hora 5. matutina distitetunt A Diametris circiter 3. ad Occasum, B. Diametro 1. ad Ortum. Cooriguus & Orientalior illi videbatur C.
Eadem die Vesperi, hora 8. distiterunt A. Diametris paullò minùs quatuor ad Occasum, B Diametris $2\frac{1}{2}$ C Diametro 1. ad Ortum.
Die 27. Vesperi, hora 8. distiterunt A Diametris plus 5. Diametro $0\frac{1}{4}$ Diametro $1\frac{1}{4}$ ad Occasum, B. Diametro $2\frac{1}{2}$ ad Ortum.
Die 28. Manè, hora $5\frac{1}{2}$ distiterunt A Diametris 6. Diametro $1\frac{1}{4}$ ad Occasum B Diametro $1\frac{1}{2}$ videbatur & $0\frac{1}{4}$ ad Ortum, Crepusculo claro.
Eadem die Vesperi hora 8. distiterunt A Diametris paullò minùs 7.
Die 29. Manè, hora $5\frac{1}{2}$ distiterunt A Diametris circiter 7. B. Diametro 1. ad Occasum, alius videbatur circitet $0\frac{1}{4}$ ad Ortum.
Eadem die Vesperi, hora 8. distiterunt A Diametris 5. B $1\frac{1}{4}$ ad Occasum, C $1\frac{1}{4}$ ad Ortum.
Die 31. Vesperi, hora 8. turbido Cœlo distitit ad Occasum Diametris $2\frac{1}{2}$ Satellitum vnus.

MENSE NOVEMBRI. Nota id Nouilunium, quod eotigit die 29. superioris mensis sequutos esse ventos Australeis validissimos, qui defierunt tandem io validissimam pluuiam cum tonitrubus die 2. huius à media nocte citeiter ad vsque meridiem. Leuior exinde fuit pluuia ad horam vsque 3. verùm sequente die 3. adeò fuit continens, vt ne momento quidem pluere destiterit.
Die 4. Vesperi, hora $7\frac{1}{2}$ visi sunt quatuor, A (puto) distans Diametris 5. B (opinor) Diametro 1. $0\frac{1}{4}$ ad Ortum, verò Diametro $0\frac{1}{4}$ ad Occasum.
Exinde hora 10. non vidi nisi duos ad Ortum, A, in eadem circiter distantia, & B (vt opinor) Diametro $0\frac{1}{4}$
Medio tempore, seu statim ab hora 8. distiterunt inter se
♈ & Ras-agol 2145+2101. hoc est 23.grad. 58. min.
Iterùm ♈ & Ras-algol 2341+1919. hoc est 24.grad. 3. min.
Itetùm ♈ & Ras-algol 2008+2254. hoc est 24. grad.3.min.
♈ & Aldebaran 1890+1378. hoc est 18. grad. 33. mio.
Iterùm ♈ & Aldebaran 2871+1387. hoc est 18. grad.30. min.
Itetùm ♈ & Aldebaran 1690+1568. hoc est 18. grad.31. min.
Exinde colligitur fuisse ♈ Longitudo 26.grad. 25.min. ♉. Latitudo 1.grad.18. min. A.

M. DC. XX. *Aqua-Sexti, Odobri.*

ac præsertim quia non malè se habuisse instrumentum sequentes distantiæ conuincunt, distiterunt enim humerus dexter, & pes sinister Orionis 1546+1725. hoc est 18. grad. 34. mio. Debuit 18. grad. 35. min.

Iterùm eædem Stellæ 1679+1597. hoc est 18. grad. 37. min. Debuit 18. grad. 35. min.

Lucida ♈ & Rasalgol 1717+2109. hoc est 21. grad. 40. min. Debuit 21. grad. 40. min.

Die 5. Manè, hora 6. visi sunt distare à ☌ ex eius Satellibus A Diametris circiter 6. ad Ortum, B vt opioor Diametro paullò minùs 1. ad Occasum.

Eadem die Vesperi hora 7. distiterunt A circiter 5. Diametris, C, opinor 1½ ad Ortum, B Diametro 1½ ad Occasum.

Exiode hora 10. visi sunt omnes in eadem fetè distantia; nisi quòd posteriores videbantur æqui-distare Diametro 1½.

Intermedio tempore, seu circiter hora 8. distiterunt inter se

☌ & Rasalgol 2074+2189. hoc est 24. grad. 4. min.

Iterùm ☌ & Rasalgol 2207+2053. hoc est 24. grad. 3. min.

Iterùm ☌ & Rasalgol 2108+2160. hoc 24. grad. 5. min.

☌ & Locida Pleiadum 2777—977. hoc est 9. grad. 55. min.

Iterùm ☌ & Lucida Pleiadum 2643—854. hoc est 9. grad. 55. min.

Iterùm ☌ & Lucida Pleiadum 2682—888. hoc est 9. grad. min. 55½.

Fuit igitur ☌ Longitudo 16. grad. 16. mio. ♉. Latitudo 1. grad. 17. min. vel 1. grad. min. 16½ A. iuxta id quòd distiterunt consequenter

Lucida ♈ & Rasalgol 1675+2160. hoc est 21. grad. 42. mio. Debuit 21. grad. 40. min.

Dexter humerus & sinister humeros Orionis 2014—685. hoc est 7. grad. 28. min. Debuit 7. grad. 31. min.

Capella & humerus dexter Aurigæ 2373—1009. hoc est 7. grad. 35. min. Debuit 7. grad. min. 40½.

Iterùm Capella & humerus dexter Aurigæ 2300—941. hoc est 7. grad. 35. min. Debuit 7. grad. 40. min. An error in Tabulis?

Die 6. Manè, distiterunt à ☌ ea eius Satellitibus B. Diametris 2½ ad Occasum, Diametro 0½ Diametro 1½ ad Ortum, A præ claritate, opinor, inconspicuus fuit, hora 6½.

Eadem die Vesperi, distiterunt A Diametris circiter 4. B circiter 3. plura propter nubila observare non licuit.

Die 13. Vesperi, hora 8. distiterunt A Diametris 5½ B circiter 3. ad Occasum.

Die 14. Vesperi, hora 8. distiterunt A. Diametris circiter 6. B circiter 3. C circiter 2½ ad Occasum.

Die 15. Vesperi, hora eadem distiterunt A Diametris paullò plus 4. B (opinor) semi-diametro ad Occasum. An alius ad Ortum per semi-diametrum distiterit, discernere nubes impedierunt.

Die 17. Vesperi, eadem hora distiterunt A, opinor, Diametro 1. ad Occasum, B. Diametris paullò minùs 3. ad Ortum. Videbatur A quasi gemellus.

Die 18. Vesperi, eadem hora distiterunt A, opinor, Diametro 1. B Diametro 1½ ad Ortum Diametro 1. ad Occasum.

Die 21. Vesperi, eadem hora distiterunt A Diametris circiter 5. ad Ortum, B circiter 3. Diametris 2. ad Occasum.

Obliuiscor Die 19. circiter hora 8. matutina obseruatam fuisse altitudinem maximam siue meridianam ☾ secundum inferiorem limbum in Vmbra Recta partium 9045. seu 42. grad. 8. min. Adde semi-diametrum ☾, consurgunt 41. grad. 25. min.

MENSA DECEMBRIS, Die 9. Iterùm Cadomi obseruata fuit ab eodem Masserio Eclipsis ☾ oobis inuisa. Ea cœperat existente ☾ infra Horizontem. Quo tempore exorta est, fuit hora 16. min. 15. Finis autem contigit hora 7. min. 14. Communicauit optimus Pater Georgius Fournerius Societatis Iesv.

Die 31. hora circiter 5½ Vespertina fuit altitudo meridiana ☾, secundum inferiorem limbum in Vmbra Versa, partium 7578. seu 51. grad. 51. min. Adde semi-diametrum ☾, consurgunt 53. grad. 7. min.

Post-modum, seu circiter hora 7½ fuit altitudo meridiana ☌ in Vmbra Versa partium 5615. hoc est 60. grad. 41. min.

Notandum totam hanc hiemem fuisse admodum pluuiam. *Ex schedulis.*

M. DC. XXI.

Distantia Martis à Libra, Solis ac Lunæ Eclipsis (vbi & observandi methodus exponitur) Aurora Borealis, &c.

ANNO 1621. Mense Maio, Die 3. Vesperi, hora 10. distiterunt inter se
♂ & Lanx Austrina 2436—1477. hoc est 5. grad. 17. min.
♂ & Lanx Borea 2318—828. hoc est 8. grad. 19. min.
Lances ipsæ Austrina & Borea 2265—620. hoc est 9. grad. 13. min. Debuit 9. grad. 8. min.
Iterùm Lances ipsæ 2468—820. hoc est 9. gr. 11. min. Debuit 9. grad. 8. min.

Die 4. Vesperi, hora 8½ distiterunt inter se
♂ & Lanx Borea 2183—701. hoc est 8. grad. 18. min.
♂ & Lanx Austrina 2183—1266. hoc est 5. grad. 6. min.
Lances ipsæ 2508—854. hoc est 9. grad. 12. min. Debuit 9. grad. 8. min.

Die 8. Vesperi, hora 9. distiterunt inter se
♂ & Spica ♍ 1840+2583. hoc est 24. grad. 55. min.
♂ & media conuersionis colli Serpentis 2603+1969. hoc est 25. grad. 44. min.
♂ & Lanx Borea 2525—998. hoc est 8. grad. 28. min.
♂ & Lanx Austrina 2525—1868. hoc est 5. grad. 35. min.
Spica ♍ & sinistra ala Corui 1877+1292. hoc est 18. grad. 0. min. Debuit 17. grad. 56. min.
Lances ipsæ 2577—909. hoc est 9. grad. 15. min. Debuit 9. grad. 8. min.

Die 15. Vesperi ab hora 9. in 10. distiterunt inter se
♂ & Lanx Borea 1644—753. hoc est 10. grad. 31. min.
♂ & Lanx Austrina 2595—2155. hoc est 1. grad. 18. min.
♂ & media trium in fronte ♎ 1500+1404. hoc est 16. grad. 32. min.
♂ & Cor ♎ 1564+2682. hoc est 23. grad. 54. min.
Lanx Austrina & media trium in fronte ♎ 1709+1405. hoc est 17. grad. 42. min. Debuit 17. grad. 37. min.

Die 16. Vesperi ab hora sesqui-octaua in nonam, distiterunt
♂ & Spica ♍ 1252+2681. hoc est 22. grad. 8. min.
♂ & Lanx Borea 2202—508. hoc est 9. grad. 30. min.
♂ & Lanx Austrina 1178—987. hoc est 1. grad. 5. min.
Spica ♍ & Lanx Austrina 1118+2681. hoc est 21. grad. 23. min. Debuit 21. grad. 22. min.
Lanx vtraque 2202—572. hoc est 9. grad. 9. min. Debuit 9. grad. 8. min.

Die 20. Vesperi, sub horam 9. distiterunt inter se
♂ & Lanx Borea 2454—635. hoc est 10. grad. 9. min.
Iterùm ♂ & Lanx Borea 2383—563. hoc est 10. grad. 11. min.
♂ & Lanx Austrina 1676—1500. hoc est 0. grad. 59. min.
Iterùm ♂ & Lanx Austrina 1500—1312. hoc est 1. grad. 4. min.
Lances ipsæ 2275—641. hoc est 9. grad. 8. min. Debuit 9. grad. 8. min.

Notandum Lancem Australem exstitisse rantillum Borealiorem recta linea ductâ à ♂ in Lancem Boream. *Ex Schedulis.*

MENSE MAIO, Die 20. (seu vt vulgus numerat, die 21. Manè) Eclipsin Solis hanc obseruabam *Aquis-Sextijs*. Modus autem Obseruationis fuit huiusmodi. Traiiciebantur Radij Solares in cameram ritè occlusam per probatum Telescopium foramini idoneo in suprema feneſtra apparatum, & fulcro ad motus, positúsque varios accommodato inpositum. Aderat ibi Germanus meus, qui Telescopium mouitando, circellum lucis in concauo, seu inferiore vitro apparentem continuò restituerer, detineréque in medio.

Excipiebam ego Radios assere plano solido, papyro candida obducto. Duxeram in eo Circulum, in quem radij cogerentur, vt in Ellipsin non excurrerent. Diametrum pede Parisiensi aliquantò maiorem diuiseram in parteis æqualeis, seu Digitos 12. & quemlibet Digitum ita subdistinxeram in denas, & quinas parteis, vt liceret etiam singula minuta per interstitia colligere.

Vtramque etiam semi-circumferentiam in 180. parteis distribueram (initio vtriusque diuisionis facto ab ipsa Radice primi Digiti.) Tum vt in magna occultatione liceret semper, vsurpatâ hinc inde æquali ad intersectiones Circulorum lucis, & vmbræ, distantiâ, cogere radios in Circulum, & tumorem maximum vmbræ in Diametrum reiicere; tum, vt exinde Diametrorum vtriusque Astri apparentium haberi posset mutua proportio.

Aderat prædictus Galterius in proxima Camera, assiduè sectatus Solis altitudinem Quadrante Radij pluſquam bipedalis. Erat verò penes me, qui statim atque appareret obscu-

rationis

rationis vestigium, ictu parieti impacto, momentum ipsi significaret. Quare hoc signo notauit præcisè Solis altitudinem initio Eclipseos; neque ratione absimili eandem accuratè accepit in fine, seu quo momento obscuratio ex circulo protsùs euanuit. M. DC. X X I. *Aquæ-Sextiæ, Mole.*

Omnibus ergo apprimè instructis, obseruaturi adfuimus ab hora circiter 6. ita scilicet verebamur, ne fallente calculo initium prætterlaberetur. Cúmque ☉ tempore Eclipseos supponatur fuisse in 0. grad. 15. mio. ♊, apparuit nobis prædicta die 20. Eclipseos,
Initium hora 19. min. 5. sec. 28. eleuato nempe ☉ 25. grad. 30. min.
Finis, hora 21. min. 31. sec. 12. eleuato scilicet ☉ 51. grad. 17. min.
Ac medium proinde contigit hora 20. min. 18. sec. 20.
Et tempus incidentiæ fuit hora 1. min. 12. sec. 52.
Et tota dutatio horarum 2. min. 25. sec. 14.

Digiti Ecliptici maximæ obscurationis fuerunt 9. min. 23.

Et quia tum deficiebant vtrimque ex circumferentia gradus 77. min. 30. hinc æquales visæ arguuntur Luminarium Diametri.

Fuit Luna Soli Septentrionalis; quòd circulus nobis citra Telescopium temerari cœperit ad Austrum.

Fuit Cælum interspersum totum tempore Eclipseos rarioribus nubilis. Innabant illa, vt ☉ posset conspici oculo ferè inconniuente, & speculo quidem maximè. Conspectus verò est etiam innoxiè tum in speculo, tum in limpida; cùm vtrobique tres viderentur exhiberi Soles, quasi tres Lunæ corniculatæ ex ordine positæ, versis cornibus ad Occasum. De tempestate consequuta nihil adnotatum habeo. *Ex eadem ad Peireskium Epistola.*

Die 28. distiterunt inter se, sub horam 9. Vespertinam
♂ & Lanx Borea 2700—607. hoc est 11. grad. 38. min.
♂ & Lanx Austrina 1102—604. hoc est 2. grad. 50. min.
Lances ipsæ 2234—607. hoc est 9. grad. 7. min. Debuit 9. grad. 8. min.

Die 29. Vesperi, distiterunt inter se
♂ & Lanx Borea 2599—491. hoc est 11. grad. 45. min.
♂ & Lanx Austrina 3803—1265. hoc est 3. grad. 0. min.
♂ & Cor ♏ 2728+2188. hoc est 27. grad. 37. min.
Lances ipsæ 2129—491. hoc est 9. grad. 12. min. Debuit 9. grad. 8. min.
Lanx Austrina & Cor ♏ 2025+2428. hoc est 25. grad. 6. min.

MENSE IVNIO, Die 10. Vespere, ab hora 9. in 10. distiterunt
♂ & Spica ♍ 1010+1992. hoc est 17. grad. 2. min.
♂ & Cor ♏ 2693+2461. hoc est 28. grad. 54. min.
♂ & Lanx Austrina 2480—1661. hoc est 9. grad. 26. min.
Lanx Borea & Cor ♏ 1795+2473. hoc est 24. grad. 4. min. *Ex Schedulis.*

MENSE SEPTEMBRI, Die 12. Vesperi, Autoram Borealem huiusmodi obseruaui primùm *Peyneriy*, quem vicum nosti esse *Aquis-Sextijs* ad Ortum circiter hyemalem cum trium Leucarum distantia.

Cùm iam enim Crepusculum propemodùm desineret, subortus est albor vaporis tenuissimi supra Horizontem Borealem, quo species quædam clarioris Auroræ renascentis exhiberetur. Attollebatur autem vapor sensim, distinguebatúrque virgulis quibusdam, quasi pendentibus radiis.

Sed & rubore Crepusculi in sesqui-gradum ferè abeunte, subortus est rubor non longè absimilis (referens, purà, vinum rubeum, sed clarius, ac valde dilutum) cuius crassities, seu latitudo treis extremas Stellas Vrsæ maioris complecteretur; altitudo verò, siue longitudo in acumen desinens, primam post Draconis flexuram in Cauda non-nihil excederet. Promouebatur autem hic rubor lento quidem, sed sensibili motu à Septentrione in Occasum; ita vt cùm desiit omninò Crepusculum, crassities eius occuparet interstitium, quod est ab extrema Caudæ ad vsque humeros Bootis; fastiginm verò à lucida Lyræ non distaret admodùm. Heic distinctus est in treis quasi strias, secundum loogitudinem; ita tamen, vt solus colot inter-mediæ albicantior discretionem faceret; extremæ enim semper erant tubeæ; imò & ruboris paullò viuidioris, quàm anteà. Non longè pòst hæ striæ, seu virgæ cœpere confundi, ac imminoi; dooec postquam exceßere Arcturum, apparere prorsùs desierunt, idque dodrante circiter horæ, ex quo apparere primùm cœperant.

Notandum verò, eùm rubor iste increbescereet, apparuisse in Constellationibus Serpentis, & Serpentarij momentaneas quasdam, & albicanteis nubeculas. Vix enim recenti sui formatione conuerterant in se oculos, cùm apparere desioebant, nullum sui penitùs relinquentes vestigium, vt neque ortus habuerant. Etenim erat illeic Cælum sudum admodùm, & serenum.

Porrò, dum hæc peragerentur, albor ille interea supra Horizontem Borealem ita procedebat, vt desinente prædicto rubore, superiore parte arcuatus Iridis instar fierer; eiúsque extrema, seu quasi crura Ortum, & Occasum Tropici æstiui penè attingerent; fastigium verò Stellam Polarem. Hucvsque promotus distinctionem Virgularum, seu Radiorum pendentium obscuriorem obtinuit (non fuit verò vnquam eius densitatis, vt vel Vrsæ maioris Stellas, vel Capellam, vel etiam alias inferiores prorsùs tegeret; tametsi tantò appareret

M. Dc. XXI. *Aquis-Sextij, Septembri.*

denſior, quantò Horizonti viciuior.) Verùm in iſta altitudine cœpit quaſi denticulati (ſupernè videlicet) albicantiotibúſque virgis, & quaſi trabibus ad Horizontem vſque diſtingui; veluti cùm Radij Solis hiſcenteis nubeis petmeant, vel aërem intra ædificium variis traiecti foraminibus diſtinguant. Craſſitudo huiuſmodi trabium alternis albicantiorum, & nigricantiorum erat duorum graduum circiter. Situs omnium ad Horizontem exquiſitè perpendicularis.

Vlſæ ſunt autem aliquæ ex albicantioribus eruptiones veluti quadam ſenſim promoueri ad ipſum vſque Zenith. Hæ latiores infernè pyramidum inſtar decreſcebant in faſtigium. Cúmque aliqua veluti exſufflatione intra quadrantem circiter minuti prouehereutur, conſiſtebant tamen deinde, nec euaneſcebant ante minura horæ circiter quatuor. Id fiebat circa horam nonam.

In hac conſiſtentia, & ex decreſcente ſenſim arcuato Inferiùs vapore emergebant quidam quaſi ſumi candidiſſimi, qui celeri, & vndoſo motu perſuadebant productas illas, & pyramidaleis trabeis; non ſecus ac tempore æſtiuo obſeruamus ſæpè fulgetra ſerotinas nubeis euaneſcendo præteruolare. Scilicet euaneſcebant huiuſmodi fumi in extremis illis trabibus, quæ aliunde eximia quadam ſerenitate diſtinctæ albeſcebant ſummoperè.

Deſiit hoc ſpectaculum, cùm vapor ille arcuatus imminutus eſt ad 10. circiter ab Horizonte gradum. Tum autem viſus eſt ſubnaſci ad Srellas Erichthonij vapor paullò craſſior, qui attolleretur ad 20. circitet gradus, ſenſimque progrederetur ad minorem, & maiorem Vrſas, & in quo etiam diſtinguerentur virgæ, ſtriæ ſiue ſtrabes albicantiores, & obſcuriores Horizonti quoque perpendiculares, & ſupernè non-nihil rubeæ.

Ad horam vndecimam confuſæ ſunt ſtriæ, vapórque imminutus; ita vt per totum Septentrionem non attolleretur pluſquam 5. aut 6. gradibus. Non euanuit tamen omninò ante horam à media nocte tertiam eius ſemper lucis, & albedinis, vt Auroram claram meutiretur.

Cùm heic plagas Cæli per Stellas, aut Aſteriſmos deſigno, ſuppono tibi facilè eſſe ex poſitu globi Cæleſtis ad tempus illud accommodato omnia intelligere.

Fuerat aër diebus præcedentibus clarus, & tranquillus; hac ipſa nocte reliquum Cælum ſereniſſimum. Dies deinceps 13. & 14. pulcerrimi, paccatiſſimique, 15. nubilus à meridie, flante Euro, adeò vt ſub Crepuſculum paucæ gutræ deciderint, 16. & 17. ſereni, 18. varius. Die 20. ab exortu ☉ flauit Corùs leniter; vehementior fieri ſub Occaſum cœpit; ac deinceps ad auroram vſque diei 24. vehementiſſimus exſtitit.

Renuntiatum mihi eſt eiuſmodi Phænomenon viſum, ad meridiem Tauroëntij; ad Boream, Diniæ, Gratianopoli, Pariſiis, Rhotomagi; ad Occaſum Tholoſæ, & in obſidione *Montis-Albani* (poſtmodum quoque Loduni apud Pictones) ad Ortum etiam Alepij.

Alias deinceps Borealeia Aurotas non obſeruaui niſi quatuor, duas Septembri, tertiam Aprili, & quartam Februario. Nulla æquè mirabilis ac iſta, quæ ſomniare plurimis fecit viſos in aëre exercitus, conflictus, haſtas, bellica tormenta, & alia id genus, quæ vulgus nugatur. Omneis tamen, æquè ac iſtam ſequuta eſt ſerenitas, tranquillitáſque per aliquot dies.

Ex eadem ad Peireskium Epiſtola.

Die 26. Manè, cùm ſola ♀ vulgò dicatur interdiu conſpicua, experiri libuit, an non etiam ♃ exorto ☉ videre liceret. Sectatus itaque illum, antequam ☉ exoriretur, vidi illum apprimè ad vnam circiter horam poſtquam ☉ illuxit (etſi modò oculos in ædeis illuſtratas conuerterem, & modò in ♃ ipſum) donec vocantibus aliò rebus obſeruationem deſerui.

Die 27. expergefactus, & ſurgens dimidia circiter hura poſt exortum ☉ oculorum aciem conuerti ad eam partem, in qua ♃ eſſe coniectabar. Illum verò ſtatim detexi: & per quadrantem horæ citciter ſectatus ſum. Certè aliò vocatus, cùm rediiſſem paullò pòſt, detegere rurſùs non licuit. Contigit ſæpiùs alias vltra vnam horam ab exorto ☉ detegere ♃ aliiſque oſtendere.

MEnſa Novembris, Die 11. Manè, hora 6. diſtiterunt à ♃ ex Satellitibus eius B, opinior, quatuor circiter Diametris minor vnica; & vterque quidem ad Ortum.

Die 15. Manè, hora 7. diſtitit, A, opinor Diametris circiter 3. ad Occaſum. *Ex Schedulis.*

Die 28. (vel, vt vulgus numerat 29. Manè) obſeruatus eſt ſatis exactè defectus Lunaris, quantum licuit per nubila.

Accepta ſunt temporis momenta ex Fixis, ex quibus oculus ♉ ſuppoſitus eſt habere Aſcenſionis Rectæ 63. grad. 34. min. Declinationis Boreæ 15. grad. 41. min. Et humerus dexter Orionis Aſcenſionis Rectæ 83. grad. 42. min. Declinationis Boreæ 7. grad. 17. min. Sol verò eſſe in 7. grad. 5. min. ♎ Apparuit ergo prædicta die Eclipſeos

Initium hora 23. min. 54. cùm eſſet nempe oculus ♉ eleuatus ad Occaſum grad. 52. min. 10.

Finis hura 15. min. 52. cùm foret nempe eadem Stella elevata 32. grad. 30. min. & eodem momento humerus dexter Orionis ad eandem plagam 39. grad. 50. min.

Tota proinde duratio fuit horæ 1. min. 58. & tempus incidentiæ, horæ 0. min. 59. Ac Medium Eclipſeos contingere debuit hora 14. min. 55.

Digitos Eclipticos 12 quiſitè obſeruare conceſſum non eſt; nam neque Radij Lunares tra-

iecti

iecti Telescopio in obscutam Cameram limbum defectûs distinctè pingebant; neque partim nubila, partim maculæ interiores, patiebantur extremam illuminationem capi seu Quadrante, seu Radio Astronomico. Vtcumque licuit, exhibere visa est illuminata, seu quæ superfuit Lunaris Diametri portio in altero Radij brachio 9630—8950. hoc est 0. grad. 25. min. Vt si Diameter ☾ fuerit min. 33. Digiti Ecliptici respondentes minutis 10. residuis esse debuerint Digiti III. min. 38. sed nolim nimium fidere. M. DC. XXI. *Aguus Sexagesimus Nonus.*

Obscurari porrò cœpit ☾ in parte vertici propemodum directè obuersa. Desiit ex parte Septentrionis paullò supra maculam illam solitariam, quæ refert quoddam quasi mare Caspium. *Hæc etiam ad Peireskium, puto, scripseram.*

M. DC. XXII.

Distantia Veneris à Marte, Pegaso, Andromeda, &c.

ANNO 1622. Mense Ianuario, Die 26. Vesperi, distiterunt inter se ♀ & ♂ 2513—2150. hoc est 1. grad. 59. min.
Iterûm ♀ & ♂ 2642—2272. hoc est 2. grad. 0. min. hora $5\frac{1}{4}$
Iterûm ♀ & ♂ 2703—2338. hoc est 1. grad. 58. min.
♀ & Markab Pegasi 1588+1938. hoc est 19. grad. 59. min,
♀ & Caput Andromedæ 2081+2761. hoc est 31. grad. 5. min. hora $6\frac{1}{4}$
♂ & Markab Pegasi 1938+1689. hoc est 20. grad. 33. min.
♂ & Caput Andromedæ 2801+2593. hoc est 30. grad. 11. min. hora $6\frac{2}{4}$
Media, & tertia trium Balthei Orionis 2705—2462. hoc est 1. grad. 18. min.
Iterûm 2856—2609. hoc est 1. grad. 20. min.
Iterûm 2720—2475. hoc est 1. grad. min. $19\frac{1}{2}$.

Die 29. Vesperi, circiter hora $6\frac{1}{2}$ distiterunt
♀ & Markab 1638+2003. hoc est 20. grad. 38. min,
♀ & Caput Andromedæ 2640+2570. hoc est 29. grad. 12. min.
♂ & Markab 1730+2003. hoc est 21. grad. 9. min.
♂ & Caput Andromedæ 2640+2550. hoc est 29. grad. 5. min,
Rectificatio Radij ex Fixis petenda ex die sequenti.

Die 30. Vesperi, hora 7. distiterunt inter se
♀ & ♂ 1906—1800. hoc est 0. grad. 36. min.
Iterum ♀ & ♂ 2003—1900. hoc est 0. grad. min. $35\frac{1}{2}$.
Iterûm ♀ & ♂ 2105—2000. hoc est 0. grad. 35. min.
♀ & Caput Andromedæ 2499+2610. hoc est 28. grad. 40. min,
♀ & Markab 1862—1831. hoc est 20. grad. 56. min. hora $7\frac{1}{4}$.
♂ & Caput Andromedæ 2640+2494. hoc est 28. grad. 47. min,
♂ & Markab 1954+1831. hoc est 21. grad. 26. min.
Sirius & Procyon 2046+2512. hoc est 25. grad. 42. min. Debuit 25. grad. min. $41\frac{1}{2}$.

Die 31. Vesperi, hora $8\frac{11}{12}$ distiterunt inter se
♀ & ♂ 2085—2000. hoc est 0. grad. 28. min.

MENSE FEBRVARIO, Die 1. Vesperi, distiterunt inter se
♀ & ♂ 2013—1900. hoc est 0. grad. min. $36\frac{1}{2}$ hora $7\frac{1}{12}$
♀ & Caput Andromedæ 2742+2178. hoc est 27. grad. 37. min.
♀ & ala Pægasi 1704+702. hoc est 13. grad. 41. min.
♂ & Caput Andromedæ 2289+2740. hoc est 28. grad. 12. min.
♂ & ala Pægasi 1667+840. hoc est 14. grad. 16. min.
Sirius & humerus dexter Orionis 2441+2553. hoc est 26. grad. 57. min. Debuit 26. grad. 58. min.
Humerus dexter Orionis & Procyon 2268+2553. hoc est 26. grad. min. $1\frac{1}{2}$ Debuit 26. grad. 3. min.
Procyon, & Sirius 2442+2119. hoc est 25. grad. 46. min. Debuit 25. grad. 42. min,

Die 3. Vesperi, hora 7. distiterunt inter se
♀ & Markab 2530+1476. hoc est 22. grad. 36. min.
♀ & Caput Andromedæ 1974+2795. hoc est 26. grad. 47. min.
♂ & Markab 2535+1476. hoc est 22. grad. min. $37\frac{1}{2}$.
♂ & Caput Andromedæ 2156+2795. hoc est 27. grad. 47. min.
♀ & ♂ 1322—1100. hoc est 1. grad. 15. min. Iterûm, idem
Sirius & Procyon 1772+2795. hoc est 25. grad. 40. min. Debuit 25. grad. 42. min.
Sirius & Lucida pedum Orionis 1419+2795. hoc est 23. grad. 42. min. Debuit 23. grad, 42. min.

Die 6. Vesperi, hora 6. distiterunt inter se

el. DC. XXII. Aqua. Sexagesi. Februario.

♀ & ♂ 1132—730. hoc est 2. grad. 17. min.
Markab,& Caput Andromedæ 2201—2378. hoc est 20. grad. 14. min. Debuit 20. grad. 12. min.

MENSE OCTOBRI, Die 14. illuſcęſcente iam Aurora, diſcedebam Diniâ Aquas-Sextias, cùm iam in itinere obſeruare licuit ♀ à ♂ diſtantem paullò minùs Diametro ipſius ♀ apparente. Exiſtimabam eſſe dodrantem; vel quantum circiter diſtare apparebat Eques à ſecundo Equo, ſeu ſecunda ac media Caudæ Vrſæ maioris. Fuit autem ♀ Occidentalior, habénſque ♂ deflectentem in Meſeurum, ſeu VVlturnum circiter.

DIE 15. Eodem tempore, diſcedebam *Vinone*, cùm obſeruare licuit diſtantem aliquantò plus, quàm diſtare apparerent duæ inferiores ex tribus appendicibus Balthei Orionis longè verò minùs, quàm diſtarent duo Hœdi ſub Capella. Fuit autem ♀ Orientalior, habénſque ♂ deflectentem in Meſoboream circiter. *Hæc ad Cæſium Amſtelodamenſem, opinor, ſcripſeram.*

M. DC. XXIII.

Halos Solaris, Eclipſis Lunæ, diſtantia Martis à Sagittario, &c.

ANNO 1623. *Diniæ* Menſe Februatio, Die 20. paullò à meridie. Cùm enim Soli leuiora quædam nubila circumſpergerentur, efformatus eſt Halos Solaris, Circulus ſcilicet, qui craſſitudine quaſi vnius gradus, vel aliquantò plus apparetet. Diameter tum quidem ad viſum apparebat Lunari contractior; verùm ex conſtanti deinde plurium aliarum obſeruatione æqualis eſſe debuit; ſcilicet graduum 45. Sol ipſi omninò in centro. Superiore parte perfectiùs, inferiore ægriùs pingebatur. Color illi non ſic albeſcens, vt in Lunari, ſed veluti ſubrubeus; neque verò tunc, vt deinceps, verſicolorem animaduerti. Poſt dodrantem circiter horæ apparere deſiit, idque Africo leniter ſpirante.

Diebus antecedentibus ninxerat, & pluerat. Pridie Cælum varium. Priore huius diei parte rariora viſa nubila. Reliquus dies ſerenus magis ad vſque Solis occubitum, hora 10. nihil ſereni viſum, hora à media nocte 1. pluere cœpit & grandinare, pluit verò in horam ſextam, exinde ſtare cœpit Corus, cælúmque verrere, ac ſerenare per aliquot dies.

Habeo ex hoc tempore Halones Solareis adnotatas ſexdecim; ſed viſas tamen variis in locis. Et craſſitudo, & Diameter omnium conſtantiſſimè eadem. Colores etſi aliquando ægriùs, vtplurimùm tamen, cùm attenditur, tres ſatis diſertè pinguntur. Intimus eſt rubeus, medius flauus, extremus ſubuiridis, flaccidiores longè, quàm in Iride. Circulus interdum non integer prorſùs, ſed diuerſimodè curtatus. Tempeſtas à Ianuário præſertim in Iunium; ſed maximè ſemper Aprili, & Maio. Duratio nunc longior, nunc breuior. Maximæ durationis fuit, quam obſeruare menſe Maio ab hora 8. in meridiem licuit. Ventus quilibet ex octo præcipuis, præter Eurum, & Zephytum; Corus verò præ cæteris, & proximè à Coro VVlturnus; ſpirantes tamen leniter. Plaga, qua circumductio vel truncata durat, vel ruinam inchoat, etſi eſt plærumque ipſa venti regio, ac etiam ipſi oppoſita; interdum tamen eſt etiam alia. Significatio non eadem. Etenim maxima pars earum, quæ matutino tempore, ac prope meridiem ſunt viſæ, vel reliquo die, vel nocte ſequente ſuccedentem habuere pluuiam. Quæ non habuere, viſæ ſunt ferè ſtantibus ventis Borealibus. Quæ apparuerunt à meridie, ac præſertim ſub veſperam, eas conſequuta ſerenitas eſt; tametſi paucæ quædam guttæ poſt nonnullas ſtillauerint.

MENSE APRILI, Die 14. (ſeu vt vulgus numerat 15. Manè) Eclipſin Lunæ hanc obſeruabam Diniæ, cuius ciuitatis Poli eleuationem iam antè obſeruaueram 44. grad. 6. min. idque Quadrante Radij quinque pedum, ſeu ſex Panorum Prouincialium cum beſſe, & Arcus in minuta diuiſi per tranſuerſas lineas.

Horam venabar Quadrato coſtæ ferè bipedalis, & Tangentium more per tranſuerſas lineas diuiſæ in parteis 1000.

Radius Aſtronomicus, quo heic vſus ſum, fuit ſex pedibus longior. An exquiſitè eum apparaſſem, intelligere licuit, cùm ipſum hoc primùm tempore vſurpans deprehendi inter duas Π Stellas in eodem brachio Tangentem referente parteis 3400—2538. hoc eſt 4. grad. 32. min. quantum ſcilicet eſſe decuit; idque abſque prætia rectificatione.

Ex Fixis, quarum heic mentio, Cauda ♌ ſuppoſita eſt habere Aſcenſionis Rectæ 172. grad. 25. min. Declinationis Boreæ 16. grad. 42. min. Aquila Aſcenſionis Rectæ 293. grad. 6. min. Declinationis Boreæ 7. grad. 56. min. Sol verò ſuppoſitus eſt occupare 24. grad. 50. min. ♈. Apparuit ergo prædicta Die 14. Eclipſeos

Initium hora 15. min. 9. cùm nempe eſſet Cauda ♌ alta ad Occaſum partibus Vmbræ Rectæ ſeu Tangentis 3660. exhibentibus 20. grad. 6. min.

Apparere

Apparere cœrè nondum videbatur, cùm Aquila esset iam alta ad Ortum grad. 38. seu hora 15. min. 8. Quanquam difficultatem fecit, quod obscuratio per penumbram cœperit læua illa inferiore parte, qua maculæ in limbum diffusæ circumferentiam faciunt obscuriorem. M DC. XXIII. *Augusto. Sextili, Aprili.*

Finis obseruari non potuit propter Lunæ occubitum; cuius sanè tempore Sol montcis vicinos nondum colluſtrabat.

Digitos Eclipticos exactè venari per Radium non licuit. Vtcumque sit, quod residuum illuminationis fuit in maxima obscuratione, habitum est partium Tangentis 3400—3385. hoc est 0. grad. 5. min. ex quo, suppositâ Lunæ Diametro minut. 35. proderetur Eclipsis fuisse Digitorum proximè 11. Nota portionem Diametri residuam visam fuisse æqualem Diametro ☽ paullò ante visi. *Ex eadem ad Peireskium Epistola.*

MENSE IVNIO. *Ex Epistola ad singularem Amicum Iacobum Valesium, Gratianopoli Generalem Franciæ Thesaurarium agentem, anno 1623. qua sic incipit, En, mi Amice, quas exigis nuperas meas Obseruationes; præstarer huic multiplicem veniam, sed res iam actla per Epistolam. Paucu ergo hisseriam ecce.* Cùm ægrè ferrem absuisse me domo, quo tempore ♂ retrogressurus fuerat, committere nolui, vt futurus proximè Διχοτομ. inobseruatus præterlaberetur. Itaque cepi Radium Orgyiâ longiorem per literas tibi descriptum, vt principio illum ad Fixas notæ distantiæ rectificarem. Fixas accepi ex ✣ in cuius Asterismo ♂ tum versabatur, humerum sinistrum ✣, & Australiorem duarum in Borea parte arcus, quarum distantia inter se exhibita per calculum fuerat 6. grad. 15. min. Pinnacidium porrò vtrumque in eodem Radij brachio fuit. Ea causa est, cur hoc signo Algebraico—significem minorem Tangentem à maiore subducendam; quemadmodum isto +- cùm adscribitur, inuuo Tangentcis esse addendas, vtpote pinnacidiis in diuersis brachiis exsistentibus. Radio ergo rectificato, ac

DIE 26. hora 13. distiterunt inter se

♂ & sinister humerus ✣ 3400—2108. hoc est 6. grad. 53. min.
♂ & Australior duarum in Borea parte Arcus 3400—1004. hoc est 13. grad. 3. min.
♂ & Axilla ✣ seu Australissima illius Trapezij tertiæ magnitudinis 3400—2306. hoc est 5. grad. 48. min. Posteriam istam non reperio in Tychonis Catalogo.

Ex duabus prioribus colligitur fuisse ♂ Longitudo 13. grad. min. 21½ ♑, Latitudo 6. grad. min. 57½ Austrina.

Notandum rectam lineam ductam ex ♂ in Australiorem illam duarum in Borea parte arcus, reliquisse sinistrum humerum ✣ tantillùm, ac ferè insensibiliter Borealiorem. Non videbatur omninò interesse Diametec visibilis ☽.

DIE 28. hora 13. distiterunt inter se

♂ & sinister humerus ✣ 3400—2191. hoc est 6. grad. 25. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—1088. hoc est 12. grad. 34. min.

Ex quibus colligitur fuisse ♂ Longitudo 12. grad. 52. min. ♑ Latitudo 6. grad. 31. min. Australis.

Nota sinistrum humerum ✣ fuisse factum non-nihil Borealiorem illâ lineâ, quàm nudiustertiùs.

DIE 30. hora 12½ distiterunt inter se

♂ & sinister humerus ✣ 3400—2291. hoc est 5. grad. 53. min.

Cætera nubes impedierunt.

MENSE IVLIO, Die 1. hora 12½ distiterunt inter se

♂ & sinister humerus ✣ 3400—2332. hoc est 5. grad. 40. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—1219. hoc est 11. grad. 47. min.
♂ & inferius Cornu ♑ 1959—1435. hoc est 19. grad. 17. min.
♂ & dextrum genu Ophiuchi 3400—2412. hoc est 12. grad. 20. min.

Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 12. grad. 4. min. ♑ Latitudo 6. grad. 26. min. Australis.

DIE 5. hora 10. min. 27. ((tantillum Δχοτόμου maior transiuit Spicæ ♍ ad Boream tanto duntaxat relicto interstitio, quanta apparebat Diameter Arcturi. Fuit altitudo Spicæ 10. grad. 46. min. ac in eadem recta constitit cùm duabus cuspidibus ((.

Transitum hunc ((prope Spicam etuo ex dicta Epistola ad Peireskium.

Post-modùm verò hora 12½ distiterunt inter se

♂ & sinister humerus ✣ 3400—2509. hoc est 4. grad. 42. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—1407. hoc est 10. grad. 47. min.
♂ & inferius Cornu ♑ 2247—1339. hoc est 20. grad. 18. min.

Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 11. grad. 4. min. ♑ Latitudo 6. grad. 11. min. Australis.

DIE 6. hora 14. distiterunt inter se

♂ & sinister humerus ✣ 3400—2559. hoc est 4. grad. 26. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—1452. hoc est 10. grad. 31. min.
♂ & inferius Cornu ♑ 2003—1617. hoc est 20. grad. 31. min.

Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 10. grad. min. 48½ ♑ Latitudo 6. grad. min. 6½ Australis.

M. DC. XXIII. *Diuia, Iulio.*

Die 18. hora 11. distiterunt inter se
♂ & sinister humerus ↔ 3400—2929. hoc est 2. grad. 28. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—1957. hoc est 7. grad. 43. min.
♂ & Axilla ↔ 3400—3123½. hoc est 1. grad. min. 26½.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 7. grad. 47. min. ♃ Latitudo 5. grad. 55. min. Australis.
Nota ♂ vix discessisse sesqui-minuto, semi-diametrove sui corporis versus Occidentem à linea recta ducta ex sinistro humero ↔ ad Axillam, seu Australissimam Trapezij eiusdem. Ferè enim limbus Orientalis ab illa capiebatur.
Die 19. hora 11. distiterunt inter se
♂ & sinister humerus ↔ 3400—2940. hoc est 2. grad. 25. mio.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—1996. hoc est 7. grad. 31. min.
Ex his duabus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 7. grad. 33. min. ♃ Latitudo 5. grad. 54. min. Australis.
Porrò quia ♂ tum videbatur Rhomboïdem satis exquisitum constituere cum tribus illis Stellis Borealioribus Trapezij, quod in sinistro humero ↔ visitur, ipsa Stella sinistro humero specialiter dicta existente opposita Marti per breuius Diagonium; idcircò latera Rhomboïdis huius obseruata huiusmodi sunt
Inter sinistrum humerum, & dorsum 2. grad. 57. min.
Inter sinistrum humerum, & Tertiam, 4. grad. 15. min.
Inter ♂ & dorsum 2. grad. 6. min.
Inter ♂ & Tertiam 3. grad. 16. min.
Inter ♂ verò, & Axillam ipsi tum proximam 1. grad. 33. min.
Rursùs pro rectificatione Instrumenti
Inter sinistrum humerum ↔ & Australiorem duarum, &c. 3400—2230. hoc est 6. grad. 14. min. Debuit 6. grad. 15. min. Differentia min. 1. minùs.
Inter Cor ♈ & supremam frontis eiusdem 3400—1798½ hoc est 8. grad. 35. min. Debuit 8. grad. 35. min. Bene igitur.
Inter Arcturum, & Borealissimam sinistræ tibiæ Bootis 3400—2423. hoc est 5. grad. min. 10½ Debuit ex calculo 5. grad. 12. min. Differentia min. 1½ minùs.
Die 20. hora 11. distiterunt inter se
♂ & sinister humerus ↔ 3400—2943. hoc est 2. grad. 24. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—2035. hoc est 7. grad. 18. min.
Ex his duabus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 7. grad. 18. min. ♃ Latitudo 5. grad. min. 54½ Australina.
Quòd ♂ hodie visus fuerit exactiorem adhuc Rhomboïdem cum tribus prædictis Stellis constituere, idcircò Laterum magnitudines notatæ huiusmodi fuerunt
Inter sinistrum humerum & dorsum 3. grad. 0. min.
Inter sinistrum humerum & Tertiam 2. grad. min. 16½.
Inter ♂ & dorsum 2. grad. 24. min.
Inter ♂ & Tertiam 3. grad. 7. min.
Inter ♂ verò, & Axillam ipsi proximam 1. grad. 41. min.
Denique inter sinistrum humerum & Australiorem duarum, &c. 3400—2224. hoc est 6. grad. 15. min. Debuit 6. grad. 15. min. Bene igitur.
Die 26. hora 10½ distiterunt inter se
♂ & sinister humerus ↔ 3400—2918. hoc est 2. grad. 32. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—2185. hoc est 6. grad. 28. min.
♂ & Vltima trium Capitis ↔ 3400—1778. hoc est 8. grad. 43. min.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 6. grad. 17. min. ♃ Latitudo 5. grad. 54. min. Australina.
Deinde inter sinistrum humerum ↔ & Australiorem duarum, &c. 3400—2224. hoc est 6. grad. 15. min. Debuit totidem; Bene ergo habet.
Inter Australem illam, & Vltimam, seu Orientalem trium in Capite ↔ 3400—1434. hoc est 10. grad. 38. min. Debuit ex calculo 10. grad. 38. min. Differentia 6. min. ampliùs.
Nota ♂ & Australinam illam fecisse ad oculum Angulum rectum in sinistro humero ↔ versus Australem.
Die 27. hora 10½ distiterunt inter se
♂ & sinister humerus ↔ 3400—2922. hoc est 2. grad. 30. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—2209. hoc est 6. grad. 20. min.
♂ & Vltima trium Capitis ↔ 3400—1773. hoc est 8. grad. min. 44½.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 6. grad. min. 21½ ♃ Latitudo 5. grad. 48. min. Australina.

MENSE AVGVSTO Die 1. hora 10. distiterunt inter se
♂ & sinister humerus ↔ 3400—2882. hoc est 2. grad. 43. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—2289. hoc est 5. grad. 54. min.
♂ & Vltima trium Capitis ↔ 3400—1732. hoc est 8. grad. 58. min.

♂ &

♂ & Antecedens ſiniſtrum humerum in iaculo 3400—3022. hoc eſt 1. grad. 59. min.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuiſſe ♂ Loogitudo 5. grad. 40. min. ♃ Latitudo 5. grad. 46. min. Auſtrina.
Deinde inter ſiniſtrum humerum & Auſtralem illam 3400—2252. hoc eſt 6. grad. 16. min. Debuit 6. grad. 15. min. Differentia min. 1. ampliùs.
Inter Vltimam trium Capitis ↔ & Auſtralem illam 3400—1431. hoc eſt 10. grad. 39. min. Debuit 10. grad. 32. min. Differentia min. 7. ampliùs.
Inter ſiniſtrum humerum & Antecedentem prædictam in iaculo 3400—2953. hoc eſt a grad. min. 20$\frac{1}{2}$ Debuit ex calculo 2. grad. 13. min. Differentia min. 7$\frac{1}{2}$ ampliùs.
Die 2. hora 10. diſtiterunt inter ſe
♂ & ſiniſter humerus ↔ 3400—1885. hoc eſt 2. grad. 42. min.
♂ & Auſtralior duarum, &c. 3400—2293. hoc eſt 5. grad. min. 52$\frac{1}{2}$.
♂ & Vltima Capitis ↔ 3400—1728. hoc eſt 8. grad. min. 59$\frac{1}{2}$.
♂ & Antecedens illa in iaculo 3400—3032. hoc eſt 1. grad. 56. min.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuiſſe ♂ Longitudo 5. grad. 39. min. ♃ Latitudo 5. grad. 45. min. Auſtrina.
Deinde inter ſiniſtrum humerum & Auſtralem illam duarum, &c. 3400—2224. hoc eſt 6. grad. 15. min. Debuit tantundem; Bene igitur.
Inter Vltimam trium Capitis ↔, & Auſtrinam illam 3400—1431. hoc eſt 10. grad. 39. min. Debuit 10. grad. 32. min. Differentia min. 7. ampliùs.
Inter ſiniſtrum humerum & Antecedentem illam in iaculo 3400—2963. hoc eſt 2. grad. min. 17$\frac{1}{2}$ Debuit 2. grad. 13. min. Differentia min. 4. ampliùs.
Die 3. hora 10. diſtiterunt inter ſe
♂ & ſiniſter humerus ↔ 3400—2882. hoc eſt 2. grad. 43. min.
♂ & Auſtralior duarum, &c. 3400—2306. hoc eſt 5. grad. min. 48$\frac{1}{2}$.
♂ & Vltima trium Capitis ↔ 3400—1725. hoc eſt 9. grad. 0. min.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuiſſe ♂ Longitudo 5. grad. 36. min. ♃ Latitudo 5. grad. 43. min. Auſtrina.
Deinde inter Siniſtrum humerum & Auſtralem illam 3400—2224. hoc eſt 6. grad. 15. min. hoc ipſum debuit; Bene igitur.
Inter Vltimam Capitis & Auſtralem illam 3400—1433. hoc eſt 10. grad. 38. min. Debuit 10. grad. 32. min. Differentia min. 6. ampliùs.
Die 4. hora 9$\frac{1}{2}$ Veſperi, diſtiterunt inter ſe
♂ & ſiniſter humerus ↔ 3400—2879. hoc eſt 2. grad. 44. min.
♂ & Auſtralior duarum, &c. 3400—2311. hoc eſt 5. grad. 47. min.
♂ & Vltima Capitis ↔ 3400—1734. hoc eſt 8. grad. 57. min.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuiſſe ♂ Longitudo 5. grad. 34. min. ♃ Latitudo 5. grad. 43. min. Auſtralis.
Deinde inter ſiniſtrum humerum ↔ & Auſtralem illam 3400—2225. hoc eſt 6. grad. 15. min. Bene ſe ergo res habuit.
Die 5. hora 10. diſtiterunt inter ſe
♂ & ſiniſter humerus ↔ 3400—2881. hoc eſt 2. grad. 43. min.
♂ & Auſtralior duarum, &c. 3400—2312$\frac{1}{2}$ hoc eſt 5. grad. 46. min.
♂ & Vltima Capitis ↔ 3400—1734. hoc eſt 8. grad. min. 5$\frac{1}{2}$.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuiſſe ♂ Longitudo 5. grad. 34. min. ♃ Latitudo 5. grad. 41. min. Auſtrina.
Deinde inter ſiniſtrum humerum ↔ & Auſtralem illam 3400—2222. hoc eſt 6. grad. 16. min. Debuit 6. grad. 15. min. Differentia min. 1. ampliùs.
Inter Vltimam Capitis ↔ & Auſtralem illam 3400—1428. hoc eſt 10. grad. 40. min. Debuit 10. grad. 32. min. Differentia min. 8. ampliùs.
Die 6. hora 10. diſtiterunt inter ſe
♂ & ſiniſter humerus ↔ 3400—2892. hoc eſt 2. grad. 46. min.
♂ & Auſtralior duarum, &c. 3400—2316. hoc eſt 5. grad. 45. min.
♂ & Vltima Capitis ↔ 3400—1736. hoc eſt 8. grad. min. 56$\frac{1}{2}$.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuiſſe ♂ Longitudo 5. grad. 35. min. ♃ Latitudo 5. grad. 38. min. Auſtralis.
Deinde inter Vltimam Capitis ↔ & Auſtralem illam 3400—1432. hoc eſt 10. grad. 39. min. Debuit 10. grad. 32. min. Differentia min. 7. ampliùs.
Die 8. hora 10. diſtiterunt inter ſe
♂ & ſiniſter humerus ↔ 3400—2901. hoc eſt 2. grad. 37. min.
♂ & Auſtralior duarum, &c. 3400—2316. hoc eſt 5. grad. 45. min.
♂ & Vltima Capitis ↔ 3400—1752. hoc eſt 8. grad. 51. min.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuiſſe ♂ Longitudo 5. grad. 37. min. ♃ Latitudo 5. grad. 36. min. Auſtralis.
Deinde inter ſiniſtrum humerum ↔ & Auſtralem illam 3400—2225. hoc eſt 6. grad. 15. min. Bene habet igitur.
Die 9. hora 10. diſtiterunt inter ſe
♂ & ſiniſter humerus ↔ 3400—2906. hoc eſt 2. grad. 35. min.

M. DC. XXIII. Diuia, alia gratia.

♂ &

M. DC. XLIII. *Diviz, Iulii.*

♂ & Australior duarum, &c. 3400—2313. hoc est 5. grad. 46. min.
♂ & Vltima Capitis ♑ 3400—1758½ hoc est 8. grad. 49. min.
♂ & dextrum genu Ophiuchi 3400—1374. hoc est 26. grad. 37. min.
Ex duabus prioribus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 5. grad. min. 38½ ♃ Latitudo 5. grad. 35. min. Australis.
Deinde inter sinistrum humerum ♑ & Australem illam 3400—2221. hoc est 6. grad. 16. min. Debuit 6. grad. 15. min. Differentia min. 1. ampliùs.

Die 10. hora 10. distiterunt inter se

♂ & sinister humerus ♑ 3400—2918. hoc est 2. grad. 32. min.
♂ & Australior duarum, &c. 3400—2311. hoc est 5. grad. 47. ffin.
Ex his duabus Stellis colligitur fuisse ♂ Longitudo 5. grad. min. 41. ♃ Latitudo 5. grad. 34. min. Australis.
Deinde inter sinistrum humerum ♑ & Australem illam 3400—2224. hoc est 6. grad. 15. min. Bene igitur.
His positis, contigisse debuit ♂ Oppositio cum ☉ die 3. hora 15. Mensis Iulij, quo videlicet tempore ☉ in 11. grad. 32. min. ♋, ♂ in 11. grad. 32. min. ♃ cum Latitudine Australina 6. grad. 17. min. versabatur. Statio verò sequens, die 5. hora circiter 12. Mensis Augusti, quo scilicet tempore ♂ versabatur in 5. grad. 34. min. ♃ cum Latitudine Australina 5. grad. 41. min.

Habes huc vsque, mi Valesi, quicquid asseruo hac de re. Non erit fortè quod satisfaciat; quippe series ipsa longitudinum, latitudinúmque non videtur planè ad minuta cohærere; At nosti ipse quantæ molis sit à minutis non aberrare; cùm ego aliunde religiosior sim, quàm vt propterea vllam vim observatis faciam. Testari possum non patientiam, non præcisionis studium defuisse; quantumvis importunæ valde occupationes gratas hasce curas vltra medias noctes plerumque distulerint. An verò & quæ illa alia esse potuerit erroris causa, nondum penitùs assequor.

Certè dum Radium consideto, vix vllam mihi suspicionem facio. Particulas quippe manu mea diuisas æqualeis omneis inter se reperio. Angulos rectos Tranfuersalis cum Radio exquisitè meo ductu paratos quidpiam nutasse vix animaduerto. Cylindrulum, quo in extremo Radio ad cuitandum situs seu genæ, seu oculi paralaxin vtor, vna cum pinnacidiis Radij plano rectâ imminere exploratum habeo. Sed res attentiùs spectanda erit.

Fortè non satis accuratè calculum subduxi, cui non vacauit hactenus aut numeros retexere, aut ex aliis etiam Stellis, quæ adnotatæ plerumque sunt, Planetæ loca supputare. Verùm nisi breui id liceat, licebit, saltem, vt opinor, postquam ad te accessero. Spero enim vt quæ negotia me istûc transmissura sunt, otij satis per interualla ad hoc negotium sint concessura. Non est proindequòd festines in transmittendis, quæ aut à te, aut ab Olitore tuo, Elziario Feronceo scilicet illo Viziliæ hortulanum agente, Sideráque in ipsis hortis Lediguerij quondam Franciæ Conneſtabilis obseruante, obseruationes habitæ sint: illas enim, cùm adero & videbimus, & cum meis conferemus opportuniùs.

Fortè non sat consultè egi, cùm loca ♂ non sum venatus ex Stellis distantioribus aut saltem, quæ Triangulos cum ♂ constituerent angulorum non adeò exiliùm. Quin fortè etiam debui alterum pinnacidium non in eodem loco constanter habere, sed subinde variare, ac variè explorare eandem distantiam. Tametsi enim meas hac in parte rationes habuerim; agnosco tamen certitudinem, quæ obtineri aliunde potuisset. Vt cùm aliàs, exempli gratiâ praxis mea fuit huiusmodi (neque enim hoc obitet adtextum iniucundè feres) Anno 1620. Mense Nouembri, Die 4. &c. sequebantur quædam obseruationes circa ☽ quæ antè sunt suo loco descriptæ.

Fortè denique Stellæ non adeò bene secundum longitudinem, latitudinémque constitutæ sunt, vt quæ exinde deducuntur, variationem non subeant. Dicerem hoc verecundiùs, imò prorsus non dicerem, nisi me aliàs hæc ipsa causa inter supputandum torsisset. Exemplum vis? Cùm ante duos annos Acronychum ♂ obseruarem Aquis-Sextiis, deducebam ipsius loca potissimùm ex Lancibus ♎, quas prope ♂ tunc versabatur. At cùm me similis deceps fatigaret errorculus, cogitare cœpi, ac tandem peruidi causam aliquam refereudam esse in Tychonicum calculum. Nosti ex illo Catologo, qui inter Tychonis Epistolas est, distantiam inter hasce Stellas assignari 9. grad. min. 8½. Supputa potrò distantiam ex designatis à Tychone longitudine, latitudinéque eatumdem, colliges illâm 9. grad. 12. min. An non putas hanc quatuor prope minutorum differentiam facellere negotium posse in subtili negotio? Tempore certè Oppositionis, cùm ob hanc variam distantiam ♂ Longitudo non variaretur, Latitudo tamen 2. min. varietatem subiit. Vt cùm Anno 1621. Mense Maio Die 4. hora 8½. Vesperi distiterunt inter se ♂ & Lanx Borea 8. grad. 14. min. ♂ & Lanx Australina 5. grad. 2. min. Exinde enim euincitur fuisse ♂ ex priore quidem distantia Longitudo 14. grad. 51. min. ♈, Latitudo o. grad. 25. min. Borea, at ex posteriore Longitudo 14. grad. 51. min. ♈, Latitudo o. grad. 23. min. Borea. Post-modum verò cùm ♂ pergeret ad Stationem consequentem, tam Longitudo, quàm Latitudo minutorum etiam trium varietatem subiit. Vt cùm die 20. hora 9. Vesperi, distiterunt inter se ♂ & Lanx Borea 10. grad. 10. min. ♂ & Lanx Australina 1. grad. 3. min. Exinde enim euincitur fuisse ♂ ex priore quidem distantia Longitudo 9. grad. 29. min. ♈ Latitudo o. grad. 29. min. Australina. At ex posteriore Longitudo 9. grad. 26. min. ♈, Latitudo o. grad. 26. min. Australina.

Si

Si Tichonicas distantias stellarum ↔ perinde, ac Lancium habere liceret, suspicionem eximerem. Interea ἐπίχω, ac malo totam culpam ipse subire. Tu quidquid id est, boni consule, & me vt facis, æternùm ama. Iterùm Vale.

M. DC. XXIV.

Altitudo Poli Vizilia, & Meridiana Solis Gratianopoli, distantia Martis ab Orione, Tauro, & Iouis, ac Saturni à Leone, &c.

ANNO 1624. Mense Martio, Vizillæ, quo, dum Gratianopoli versaret, vnà cum Valesio concessi, vt hortos quidem, sed præcipuè Olitotem inuisetem adeò opportuna loquentem. Est autem Vizilia Gratianopoli ad meridiem cum duarum leucarum maiusculorum distantia. Altitudo Poli Viziliana ex circum-polaribus stellis obseruata est Olitori 45. grad. min. $5\frac{1}{2}$ vti verò solet cùm ad hoc, tum ad interpecadines Stellarum, Octante vnico ferè tripedali, arcúsque in minuta diuisi per transuersas lineas. Cùm eandem altitudinem intra occlusam cametam ex meridianis vmbris captatet; placuit tum id coëxpetiri, tum Octante etiam loca Planetarum tunc apparentium coëxplorare. Itaque

D 12 27. in meridie qualium partium stylus fuit 3542. talium Vmbra fuit 3272.
Vesperè autem hora $7\frac{1}{2}$ distiterunt inter se
♂ & Aldebaran 13. grad. 23. min. ♂ & pes sinister Orionis 36. grad. 39. min.
♄ & Cor ♌ 12. grad. 29. min. ♄ & Ceruix ♌ 14. grad. 15. min.
♃ & Ceruix ♌ 8. grad. 9. min. ♃ & Cor ♌ 3. grad. 23. min. hora 8.

D 12 28. in meridie, qualium Stylus 3642. talium Vmbra 3229.
Vesperè autem hora $7\frac{1}{2}$ distiterunt inter se
♂ & sinister pes Orionis 36. grad. 21. min. ♂ & Oculus ♉ 12. grad. 50. min.
♄ & Cor ♌ 12. grad. 30 min. ♄ & Ceruix ♌ 14. grad. 17. min.
♃ & Ceruix ♌ 8. grad. 10. min. ♃ & Cor ♌ 3. grad. 25. min. hora $8\frac{1}{2}$.

D 12 29. in meridie, qualium stylus 3642. talium Vmbra 3186.
Vesperi, hora $7\frac{1}{2}$ distiterunt inter se
♂ & Oculus ♉ 12. grad. 14. min. ♂ & sinister humerus Orionis 27. grad. min. $43\frac{1}{2}$
♄ & Cor ♌ 12. grad. min. $31\frac{1}{2}$. ♄ & Ceruix ♌ 14. grad. 19. min.

D 12 30. in meridie, qualium stylus 3642. talium Vmbra 3143.
Vesperi hora $9\frac{1}{2}$ distiterunt inter se
♃ & Cor ♌ 3. grad. 33. min. ♃ & Cauda ♌ 27. grad. 27. min. ♃ & Procyon 34. grad. 43. min.
♄ & Cor ♌ 12. grad. 35. min. ♄ & Ceruix ♌ 14. grad. 21. min. ♄ & Procyon 27. grad. 18. min.

D 12 31. In meridie, qualium stylus 3642. talium Vmbra 3102.

MENSE IVLIO, Die 7. Gratianopoli, vsus Valesij Quadrante, qui proximè etiam tripedalis est, obseruaui meridianam Solis altitudinem 67. grad. 26. min. cùm foret porrò tunc ☉ in 15. grad. 29. min. ♋ haberétque Declinationem Boream 22. grad. 28. min. idcircò declinatione ex altitudine detracta, restat altitudo Æquatoris 44. grad. 48. min. cui si addas 1. min. parallaxeos prodit correcta 44. grad. 49. min. ac proinde Altitudo Poli Gratianopoli 45. grad. 11. min. *Ex Schedulis.*

M. DC. XXV.

Lunæ ac Veneris contactus, Lunaris Eclipsis, altitudo Solstitialis Gratianopoli, distantia Martis à Pegaso, &c.

ANNO 1625. Mense Februario, Die 9. Vesperi contactum Lunæ & Veneris, hunc obseruabam Parisiis.

Fidendum fuit horologio *Samaritana* dicto, quòd tum organo destituerer, cùm *ad pontem nouum*, deambulans adfore statim contactum præsensi. Cæterùm non malè se prorsùs habuisse horologium comprobaui deinde ex Sirij altitudine. Fuit igitur hora $5\frac{1}{2}$ proximè.

Scilicet tum tempotis Luna, exsistens Corniculata, obseruata est radere, & corporaliter attingere ♀ extremo suo cornu Australi, absque eo, quod corporis ipsius quidpiam texerit, cùm tectura sperata fuisset.

Nota Lunam inde discedentem visam fuisse in eodem cùm ♀ azimutho hora 6. min. 4. hoc est Sirio iam ad Ortum eleuato grad. 18. min. 45. Vtebar Quadrante chartaceo radij

M. DC. XXV. *Pariſiis, Februario.*

pedalis, & arcus diuiſi per tranſuerſas lineas. Tunc autem limbus ☾ inferior videbatur tantùm diſtare à ♀ centro, quantum lucida Pleiadum à maximè occidua, & Auſtrali earundem; vel quantum infima à media trium, quæ ſub Baltheo, ſiue in Enſe vſuntur Orionis.

MENSE MARTIO, Die 23. (ſeu vt vulgò numerarut 24. Manè) Eclipſin Lunæ hanc obſeruabam Pariſiis, vnà cum Viro illo claro, & Amico Midorgio, de quo aliàs ad te ſcripſi.

Polum Pariſiis elenatum tunc temporis habuimus 48. grad. 45. min. deinde tamen verò propiùs eleuatum obſeruauimus ex Solis in principio ♋ exiſtentis meridiana altitudine 48. grad. 52. min.

Vſi ſumus tum ad habendam huiuſmodi altitudinem, tum ad propoſitam Eclipſin Quadrante Chalybeo eiuſdem Midorgij, non illo quidem pedali maiore, ſed exquiſitè tamen diuiſo, & motus neceſſarios commodiſſimè ſubeunte.

Ex Fixis ſuppoſuimus Cor ♌ habere 147. grad. 5. min. Aſcenſionis Rectæ & 13. grad. 48. min. Declinationis Boreæ, Lancem ♎ Boream 224. grad. 14. min. Aſcenſionis Rectæ & 7. grad. 55. min. Declinationis Auſtrinæ cùm aliunde Sol verſaretur in 3. grad. 43. min. ♈. Apparuit ergo prædicta die 23. Eclipſeos

Initium hora 12. min. 54. exiſtente nempe alto ad Occaſum Corde ♌ 36. grad. 20. min.
Finis hora 13. min. 37. exiſtente nempe Lance Borea alta ad Orientem 31. grad. 50. min.
Vnde tota duratio fuit horæ 0. min. 43. & tempus incidentiæ hor. 0. min. $21\frac{1}{2}$. Ac medium proinde Eclipſeos contingere debuit hora 13. min. $15\frac{1}{2}$.

Defecit ☾ ad Auſtrum, & quidem adeò modicè, vt à neſciente Eclipſin eſſe, vix credi potuiſſet deficiens. Quare & nobis difficile fuit primum, exttemúmque momentum obſcurationis accipere.

Quantitas proinde Eclipſeos vix viſa eſt excedere vnum Digitum, ſeu $\frac{1}{12}$ Diametri ☾. Certè à duobus digitis, ſeu $\frac{1}{6}$ Lunæ parte abfuit. *Ex dicta ad Peireſkium Epiſtola.*

MENSE IVNIO, Die 21. Gratianopoli in cuius meridie præcisè contigit Solſtitium, adfuimus ambo (prædictus ſcilicet Valeſius, & ego) obſeruaturi altitudinem meridianam ☉ intra magnum illud Conneſtabilis Sphæriſterium. Diebus ſuperioribus cura eramus fieri in faſtigio tecti rotundum foramen meridiano Soli oppoſitum, demiſſoque ex parte ipſius inferiore plumbo in ſuppoſitum pauimentum, ſeu libellatum aſſerem, duxeramus ex puncto caſus, ac in partem Septentrionalem meridianam lineam. Ducta deinde linea ſecundum longitudinem leuigatæ trabeculæ, accommodaueramus ipſius extrema tum prædicto caſus puncto infernè, tum prædicti foraminis inferiori parti ſupernè; neque enim extenſili, contractilique plumbi filo duxeramus eſſe fidendum. Dimenſi quoque iam fueramus memoratæ lineæ inter ea extrema longitudinem, & reſolutione facta in parteis minutiſſimas earum numerum deprehenderamus 64690. Itaque hac haud-dubiè magna (vtputa ſex amplùs Orgyiarum ſtyli admodum exquiſiti ſuppoſita altitudine, acceſſimus ad explorandum quot-nam æqualium partium meridiana linea caperet à prædicto caſus puncto ad viciniorem limbum lucis per ſupradictum foramen in pauimentum immiſſæ in medio ipſo tranſitu. Re ergo attentè ſpectata qualium Stylus fuit 64690. talium Vmbra Recta fuit 25410.

Exinde prodit Angulus altitudinis ☉ 68. grad. 33. min. 20. ſec. ſed detrahenda eſt ſemidiameter ☉ 15. grad. 10. min. reſtant ergo 68. gtad. 18. min. 10. ſec. Adde 1. min. Paralaxeos, prodit Altitudo ☉ correcta, 68. grad. 19. min. 10. ſec. Quod ſi inde detraxeris maximam ☉ Declinationem, 23. grad. 31. min. 30. ſec. tum reſtabit Altitudo Æquatoris Gratianopolirani, 44. grad. 47. min. 40. ſec. atque adeò erit Altitudo Poli Gratianopolitana 45. gtad. 12. min. 20. ſec.

Nota Diametrum foraminis in tecto fuiſſe earundem partium 88. Diametrum verò Ellipſeos lucis in pauimento breuiorem quidem 690. longiorem autem 736. ac proinde altitudo maxima Solis Gratianopoli.

MENSE SEPTEMBRI, Die 21. Veſperi, idque Diniæ, diſtiterunt inter ſe circiter hora 10.

♂ & extrema alæ Pægaſi 3500—219. hoc eſt 18. grad. 3. min.
♂ & Markab Pægaſi 3400+1400. hoc eſt 26. grad. 45. min.
Extrema alæ, & Markab 3500—490. hoc eſt 16. grad. 30. min. Debuit 16. grad. 33. min.
Differentia 3. min. minùs.

DIE 24. Veſperi, hora 10. diſtiterunt inter ſe
♂ & extrema alæ Pægaſi 3500—220.
♂ & Markab 3500+1216.
♂ & Auſtralior Caudæ Ceti 3500—560.
Auſtralior Caudæ, & Borea Ventris Ceti 3500—220.

DIE 25. Veſperi hora 10. diſtiterunt inter ſe
♂ & extrema alæ Pægaſi 1734+1460. hoc eſt 18. grad. 9. min.
♂ & Markab Pægaſi 1980+2640. hoc eſt 25. grad. 59. min.
♂ & Auſtralis Caudæ Ceti 1397+1460. hoc eſt 26. grad. min. $15\frac{1}{2}$.

Auſtralis

Austrālis Caudæ, & Borealis Ventris Ceti 1748+1460. hoc est 18. grad. min. 13½. *Ex Schedulis.*

M. DC. XXVI.

Maculæ Solares (vbi etiam obseruandi methodus repræsentatur) &c.

ANNO 1626. Maculæ Solares præsertim studiosè obseruatæ sunt, circa quas, & ex iis vsque, quæ à mense Februario anni 1620. obseruatæ fuerant, hæc in Epistola sic lego,

Quæ de Maculis Solaribus desideras nosse, ea ex schematismis variis seorsim delineandis cognoscenda sunt. Quippe non modò aliquot dierum, sed aliquot etiam continuorum mensium Maculati Solis Icones ex mihi asseruatis describere cogito, vt quid hoc sit rei melius coniecteris. Nisi id per προμαθοφόρον patientiam iam liceat; licebit, vt spero, diebus proximis, priusquam Vale extremum dicam. Addo hoc solùm, & præmoneo, vt circa Icones potissimùm consideres,

I. Nullas interdum maculas per complureis dies in Sole videri; interdum autem videri per complureis continuos menseis.

II. Videri interdum vnicam; interdum duas; interdum plureis; interdum vsque ad 40. & quidem interdum valdè dissitas, interdum vicinas, interdum etiam colierenteis.

III. Videri omneis circa Eclipticam, & quidem secundum zonam, quæ tam heinc, quàm inde occupet Solis circiter Quadrantem: nullas videri in iis limbi partibus, quibus ☉ respicit Ecliptícæ polos.

IV. Non consistere Maculas in eadem Solis parte; sed motu quodam lento describere arcus, seu proximè rectas (vt apparenter rem accipiamus) in disco Solis.

V. Hunc tamen motum non esse præcisè parallelum Ecliptícæ; sed fieri semper cum intersectione seu inclinatione tantilla ad ipsam à Borea in Austrum, & econtrà.

VI. Moueri omneis à parte Orientali Solis in Occidentalem.

VII. Moueri omneis eodem, & vniformi, motu; adeò vt, cùm plures fuerint, nulla anteuertat aliam; sed eundem tenorem in disco ☉ perinde seruent inter se, ac seruant Fixæ in Firmamento.

VIII. Aliquas videri ab ipso vsque Orientali limbo, & pergentes per medium Solem excedere tandem per Occidentalem.

IX. Istas lentiùs moueri prope limbos, velociùs prope Diametrum. Concipe motum Planetæ dum à Statione vna per perigeum transit ad aliam, Maculæ morum conceperis.

X. Tempus quo Macula in transcurrendo toto Solis disco sese conspicuam exhibet, esse vt plurimum dierum 12. tardò videri per 13. dies; cùm possit tamen vno die præterea propter motus tarditatem vtrique limbo sic hærere, ac veluti adrepere, vt visus aciem fugiat.

XI. Aliquas à limbo Orientali visas, post aliquot dies in ipso per discum Solis progressu euanescere.

XII. Aliquas ex oppositò in ipso Solis disco nasci (& quidem interdum non longè à limbo, interdum prope Diametrum) ac deinde per limbum Occidentalem subduci.

XIII. Aliquas nasci in disco ipso, ac protusquam ad limbum Occidentalem venerint, perire.

XIV. Cùm motus peragi videatur circa globum ipsum ☉ vix tamen vllam à postica parte in prospectum redeuntem videri.

XV. Maculas alias maiores, alias minores conspici; maximam vix attingere vigesimam partem Diametri Solaris.

XVI. Vix vllam esse rotundam; sed omneis plerumque figuratam irregularium.

XVII. Esse omneis communiter figuræ tenuioris, & oblongioris prope limbum; crassioris, & rotundatioris propè Diametrum.

XVIII. Vnicam plerumque prope limbum visam in ipso progressu veluti prorumpere in plureis; sed proximè tamen cohærenteis inter se.

XIX. Detegi etiam in progressu Maculas quasdam minores sequentes, ac veluti appendiculareis; cùm priùs hoc est prope limbum forent inconspicuæ.

XX. Has seu excrescenteis, seu appendiculareis Maculas interdum in medio disco euanidas fieri; interdum versus limbum progressas cum principe Macula coire.

Exponerem heic obseruandi modum; verùm is illi persimilis est, quem circa Eclipseos Solaris obseruationem iam antè descripsi. Hoc solùm adiicio, non designare me vnquam maculæ situm in circulo, nisi cùm ☉ est in meridiano. Tunc enim cùm aliunde noscam Angulum meridiani cum Ecliptica, ideircò ducta per circulum Diametro, quæ sit horizonti perpendicularis (hac de causa circulum describo in quadrato assere, cuius duo latera sint inter obseruandum horizonti parallela) ductáque rursùm Diametro alia, quæ repræsentet

Eclipticam, facilè est dictim repetire locum, in quo macula reperiatur. Plura aliàs, si Deus faxit. Tu iterùm Peiteski Nobilissime Vale, & me semper ama.

M. DC. XXVII.

Iouis distantia à Scorpione, Cordis Leonis Occultatio à Luna, itémque Stella in gena Sagittarij, &c.

ANNO 1627. Mense Ianuario, schematismos eiusmodi in scheda inuenio sine designatione loci. Eram tamen in Prouincia.



Die 28. Manè, hora 6.
Distantia Centri ♃ a, & suprema trium in fronte ♏ b, quanta Stellularum suppositarum c d.
Linea per c d producta tadebat limbum Orientalem ♃
Linea ex Centro ♃ a ducta in e relinquebat Borealiorem b.
Linea a g relinquebat Occidentaliorem f.



Die 29. Eadem hora.
♃ a, & suprema frontis ♏ b ita parum distabant, vt vix corpus Stellæ f potuisset interseri limbis vtriusque.
Linea e d videbatur radere limbum Orientalem ♃
Linea f a b videbatur exquisitè eadem; nisi quòd Centrum a videbatur non-nihil excessisse versus Orientem.



Die 30. Eadem hora
Interuallum ♃ a, & suprema frontis ♏ b, quantum inter limbos capere potuisset corpus ipsum ♃
Linea d b videbatur radere, aut non-nihil etiam capere ex limbo Occidentali ♃
Linea e b, eodem modo.
Linea b k videbatur satis exactè capere Centrum ♃, nisi fortè Centrum ♃ relinquebatur paullò Occidentaliut.
De alio transitu ♃ prope eandem Stellam iterùm inferiùs. *Ex Schedulis.*

MENSE IVNIO, Die 17. Vesperi, hanc Occultationem Cordis Leonis à Luna obseruabam Diniæ, cùm scilicet foret Cauda ☊ alta ad Occasum 25. grad. 13. min. hoc est, hora 10. min. 30. præcisè (vtebar dicto iam antè Quadrato, cuius Vmbra recta, seu tangens exhibuit partes 4710.) Luna, tum corniculata limbo suo Orientali, seu parte obscura Cor ☊ subiit.

Porrò cùm tectura Stellam visa fuisset paullò infra medietatem limbi obscurati, sperata est deinde tectura triente à cornu inferioti; tandem verò texit non multò ampliùs quadrante.

Obseruata est autem non nudo solùm visu, quo Stella videbatur Lunam, quasi adrependo, radere; verùm etiam per Telescopium, quo distantiola quæque ad occultationem vsque distinctè percepta est.

Eandem Occultationem Ismaël Bullialdus obseruauit Loduni (quod oppidum Pictauio est directè in Boream, ac distat ab eo leucis vsualibus 10. seu Germanicis 6½.) hora 9. min. 33. cùm nempe ☾ à vertice foret 73. grad. 32. min. Nota Polarem elevationem illeis esse 48. grad. 1. min. vt in calce Epistolæ ad Schickardum de Mercurio in Sole viso diximus. Similem & Landsbergius obseruatam habet in obseruationum Thesauro die 25. Aprilis anno 1627.

MENSE SEPTEMBRI, Die 18. Vesperi, Occultationem Stellæ in gena Sagittarij à Luna hanc quoque obseruabam Diniæ, cùm esset enim Australis in Cauda Ceti iam alta ad Ortum 21. grad. 54. min. (vtebar ego magno Quadrante, cùm foret etiam qui vsurparet

paret Quadratum prædictum) hoc est hora 11. min. $1\frac{1}{2}$. Tectura erat omninò ☾ prædictam Stellam in gena, seu quæ est Occidentalis trium in collo ♑. M. DC. XXVIII. *Aquu. Sextis septembri.*

Atque id quidem triente, aut $\frac{2}{3}$ limbi inconspicui; fiebat enim ☾ iam ἀφώτιστος, adeò vt ægerrimè etiam Telescopio secundarium illud lumen appareret) ab Australi confinio lucidæ, & obscuræ partium, hoc est paullò infra medium eiusdem partis obsentatæ.

Verùm nubes tunc importunè ea parte horizonti occiduo proxima ascendens (quæ & sensim totum residua nocte occupauit cælum, & sequente die copiosam effudit pluuiam) inuidit spectaculum. Quamquam iurate propè ausim occultandam fuisse Stellam eo ipso momento, aut insensibili pòst tempore, ex quo videre iliam desij.

Tanta nempe sedulitate sectatus ipsam Telescopio fueram, cùm Lunæ deorsùm quasi adrepere videretur; tantáque ipsi propioquitate admota iam fuerat (vix enim inter Stellam, & illustratam Lunæ Orientalem partem videbatur collocari posse dimidium eius, quod illustrabatur, cùm tamen ☾ esset vno tantùm die dichotomo maior) vt aliquoties iam miratus essem, quorsum tandiu differretur eius occultatio.

Heinc, si vel vnum, vel 2. minuta adiicere voluetis, nihil existimo ampliùs adiiciendum. Semi-quadrante certè horæ pòst, eleuata nempe eadem Cauda Ceti grad. $22\frac{1}{2}$ dehiscentibus illeie nubibus Stella prorsùs visa non est. *Ex supradicta ad Peirescium Epistola.*

M. DC. XXVIII.

Lunaris Eclipsis, &c.

ANNO 1628. Mense Ianuario, Die 20. Vesperi, sine aure mediam noctem, hanc Eclipsin Lunæ obseruabam rursùm *Aquijs Sextijs*, vnà com prædicto Galterio; vt sumus eodem Quadrato ad inuestiganda horarum momenta ex Fixis, quarum suppositos habere Canem maiorem 97. grad. 15. min. Ascensionis Rectæ cum Declinatione Australi 16. grad. 12. min. Cor Hydræ 137. grad. 25. min. Ascensionis Rectæ cum Declinatione Australi 7. grad. 5. min. Pedem sinistrum Orionis 74. grad. 12. min. Ascensionis Rectæ cùm Declinatione Australi 8. grad. 40. min. eùm ☉ interea versaretur circa 0. grad. 30. min. ♒ itaque apparuit prædicta die 20. Eclipseos

Initium hora 7. min. 49. exsistente nempe Sirio, seu Cane maiore alto ad Ortum partibus Tangentis 3870. hoc est 21. grad. 9. min.

Totalis obscuratio hora 8. min. 48. exsistente alto Corde Hydræ ad Ortum partibus 2525. hoc est 14. grad. 10. min.

Recuperatio luminis hora 10. min. 25. exsistente alta eadem Stella ad eandem plagam 5440. hoc est 28. grad. 33. min.

Finis hora 11. min. 24. eleuato nempe sinistro Orionis pede ad Occasum partibus 5010. hoc est 26. grad. 37. min.

Quare & tempus incidentiæ fuit hora 0. min. 59. & medietas totalis obscurationis hora 0. min. $48\frac{1}{2}$. & totalis obscuratio hora 1. min. 37. & tota Eclipsis hora 3. min. 35. Ac proinde medium Eclipseos contingere debuit hora 9. min. $36\frac{1}{2}$.

Cæterùm primum momentum acceptum est, cùm primùm obseruatus est, & maximè per Telescopium limbus ☾ temerari; vltimum verò starim atque visus est planè restitui. Quippe obscuritas quædam & præcessit temerarionem, & sequuta est restitutionem ad minima aliquot; cuius tamen ratio non est habita in momentis hisce designandis. Heinc & totalis obscuratio, & recoperatio luminis non ita magnis ambagibus sobsunt.

Color ☾ deficientis fuit primùm quasi melleus, & flauus ac semper quidem ea parte clarior, quæ parti adhuc illustratæ primaria luce erat vicinior. Cùm subiret deinde ☾ plenas tenebras, factus est color quasi mustellinus, postea veluti purpuralcens, ac demùm velut ærugineus, seu rubedinis obscurioris.

Ordine autem retrogrado eadem colorum varietas emergente ☾ successit. Notandum nihilominus non fuisse vnquam ☾ ex æquo obscuram, & rubeam.

Pars enim centrum Vmbræ respectans, hoc est initio Orientalis sub medium Australis, sub finem Occidua, apparuit semper atrior, opposita semper flauescentior.

Sub medium citciter Eclipseos obseruata est ☾ ad visum cum stellulis ♋, seu Asellis, & nubecula illa Præsepe dicta habere hunc circiter positum.

* Asellus Boreus

Præsepe

● Luna

* Asellus Australis.

Pergratam porrò habui quam obseruationem ad te transmissam Parisiis, communicatam mecum voluisti. Ea, vt opinor, est nostri Midorgij. Cùm de recoperatione luminis nihil habeat, & circa finem sibi ipsa non fidat, conferamus duo priora momenta com nostris.

Eadem Eclipsis Parisiis, cùm vtrumque acceptum fuerit ex altitudine Procyonis, dicatúrque initium contigisse Stella hac eleuata (puta ad Ortum, & citato, opinor Quadrante) 28. grad. 3. min. & totalis obscuratio eadem altà 36. grad. 20. min. idcircò suppositâ Procyonis

M.DC.XXVIII *Aquis-Sextis Ianuario.*

Ascensione Recta 109. grad. 58. min. Declinatione Borea 6. grad. 8. min. Colligo apparuisse Parisiis Eclipseos

Initium hora 7. min. 55. Totalem obscurationem hora 8. min. 54. ex quo vides vtrobique differentiam temporariam ab obseruatione nostra esse min. 14. Conuertito illa, si placet in gradus, & min. Æquatoris, tum differentia meridianorum, siue Longitudinis Parisios inter, & Aquas-Sextias erit 3. grad. 30. min. *Ex Epistola ad Peireskium.*

Oxonij in Anglia, obseruauit Ioan. Bajubridge, Doctor Medicinæ & Astronomiæ Professor (in oratione funebri Schickadi legitur Ioh. Bainbrigdius)

Initium, superiori (margine alto 29. grad. 55. min. vnde hora 7. min. 32½.

Immersionem, 57. grad. 27. min. vnde hora 8. min. 23.

Emersionem Regulo alto 32. grad. 29. min. vode hota 10. min. 0½.

Finem 40. grad. 16. min. vnde hora 10. min. 57½.

Ea literis Hortensij ad ad me 15. Septembris 1634. Altitudo Poli Oxonienſis est 51. grad. min. 46.

M. DC. XXIX.

Nix Sexangula, &c.

ANNO 1629. nihil obseruatum repetio præter Niuem Sexagulam de qua ad Mersennum scripsi.

Quia præstat muouscula exhibere tenue, quàm nullum, offeram ecce, quod non tenue modò, sed frigidulum quoque sit. Scilicet cùm iam nobis Cælum suas illas aureas Stellas inuideat; aër ipse niualeis suas adeò copiosè elargitur, vt etiam superfint quas ipse accipias. Sexangulam, seu, vt sic loquar Sea radialem intelligo niuem, quæ vt ouper nobis apparuit, sic describenda tibi iam est. Cùm diuerteremus Sedani die Ianuarij 29. (meus scilicet Luillerius, & ego) ea cœpit sub horam à meridie tertiam affatim decidere. Forma erat Stellæ cum sex radiis, sic tamen vt quilibet radius veluti arboreſceret. Dixisses propè esse extrema Filicis herbæ fólia; ita hinc inde ramusculi acumeo versus decrescebant, eùm se ad centrum implecterent. Magnitudo non vna erat; vt plurimùm tamen tota Diameter Stellæ erat duarum circiter linearum Parisiensis pollicis. Id notandum, niuis quasi pappos, seu maiores quosque floseulos contearos totos ea his stellulis; adeò vt qui recens in vesteis non madefactis decidissent, mirabilem radiuseulorum exhiberent implicationem. Flabat Corus, quo & hiems ab aliquot diebus iam perseuerârat, & in hunc fetè diem increbuit. Incipiebat tum Mosæ alueus admodum intumescere; nunc porrò ita effunditur, vt quacumque planities patet, maris cuiusdam instar exundet.

Niuem aliàs eiusdem formæ, hoc est radiorum eadem ratione foliatorum conspexeram; at tunc non Corus, sed Cæcias spirabat. Foliatos dico radios; neque enim existimes quandocumque nix sexangula est, radios se perinde habere. Aliàs siquidem obseruaui niueas Stellas eiusmodi, quæ essent quasi compositæ ex tribus nudis virgulis, ac provt vulgò Astrologi Seatilem aspectum depingunt. Noo recordor autem qua parte tunc ventus niueis egetit. Cæterùm vidi etiam queis circa centrum, quod interea quasi aquescens apparebat, formatus exquisitè esset velut rotæ modiolus ex quo sex radij absque vlla foliatione exorerentur. Vidi etiam in quibus exorti è modiolo radij primùm foliaturâ confusâ circa ipsum implecterentur; deinceps autem vertices circa quasi alari emergerent. Tum verò flabat etiam Vulturnus. Vidi & sine modiolo in quibus interstitia à centro ad bellem vsque complerentur partim minoribus radiis, partim sex maiorum radiorum factis heinc inde foliaturis; extremi verò maiores radij non longis foliis insignirentur; sed triplici quasi verrucâ exstarent, eùm laterales duæ panderentur, tertiáque esset vertex radij. Dixisses propè imitari florem Lilij Francicorum insignium; certè provt repræsentatur in quibusdam teruuciis. Quis tum ventus spirauerit, recordari probè non possum: Hoc absque dubio memini, trium illarum formarum stellas simul decidisse spirante Vulturno. Denique vidi solidam Niuem, quæ & ipsa sex obseruaret latera. Ea habebat veluti basim, seu planam superficiem: opposita verò pars sic intumescebat, vt habeti prope posset pro hemisphæriolo. Tumida tamen hæc superficies non omninò tornata erat; sed in limbo extremo sex quasi striæ, seu grumis, cum tantilla singulorum eminentia dispescebatur; in media verò deuexitate alius tumor irregularis, & qui tamen corooidem faceret, ceptas confundi striæ excipiebat. Diameter baseos in his maior, in illis minor visebatur: media erat quasi pisi Aluernaris, si bisectum intelligas. Habebat autem hæc Diameter ad ipsam altitudinem sesqui-alteram ferè proportioocm. Microcospio contextura apparebat qualis solet crystallorum minutissimorum in matrice aliqua. Sequax erat ad festucam, ad ferrum politum, ad alia, humectatiooe perexigua. Flabat tum Corus, ea quo hyems ingruerit.

Adiiciam hic duas alias species obseruatæ niuis solidæ, quam vtramque Conicam voco.

Altera

Altera basim habebat paullò minorem ea, quam dixi esse pisi Aluernatis. Conus ex ea sic attollebatur, vt videretur imitari formam, qua vulgò vænit Saccharum. Videbatur axis habere ad Diametrum baseos proportionem sesqui-alteram. Materies eius atterebatur, potiusquam comprimebatur; nec videbatur sic facilè humescere, vt cæteræ niues. Altera, cùm esset baseos duplò propemodum maiotis; & quidem non planè, sed in sectionem quandam sphæræ tumescentis, sic exinde turbinabatur, vt in media tamen altitudine depressioris paullò fieret situs. Videbatur Diameter baseos seruare ad axem proportionem sesqui-tertiam. Cùm attrectarentur, primo attactu friabilis erat, postea comprimebatur quasi in gelu. Candidissima, si quæ alia, & cuius acies, cùm aliquoties propter casum fieret obtusior, vt plurimùm tamen exquisita esset. Hanc vtramque Conicam ninem flante Corocecidisse, & hiemes, quæ iam videbantur deficere, instauratas fuisse, certo certiùs commemini. Vereor ne iam penè obtrigelscas, tanta te mole niuium obruo; verùm adfero simul flammas, quibus pectus meum in te exardescit, vt rigorem hunc omnem, soluas. Tu si nihil aliud ex his nuibus, candorem saltem intelliges, quo te nihil celatum volui. Fortassis verò hanc quoque historiam perlucundè accipies; quòd Nix ista videatur vnum ex iis naturæ miraculis, quæ pulcherrimè disquisita possint Meteorologiam maximoperè illustrare. De causis aliàs, si videbitur: Nunc tota demùm Epistola libro iam maior concludenda. *Ex Philosophia Fluddana examine ad Mersennum.*

M. DC. XXXI. *Aquæ-Sextiæ Lunatio.*

M. DC. XXX.

Solaris Eclipsis, Occultatio Saturni à Luna, atque humeri sinistri Sagittarij, & ipsius Lunæ transitus prope Stellam Ophiuchi.

ANNO 1630. Cætetùm copiam à Schickardo nostro tibi iam existimo factam meæ illius obseruationis circa Eclipsin ☉ nuperam Diei 10. Iunij, &c. *Vt habetur inferius in Mercurio in Sole viso, & Venere inuisa. Ex Epistola ad Keplerum scripta anno 1630.*

Oxonij in Anglia obseruauit Ioan. Bainbridgius Doctor Medicinæ & Astronomiæ Professor, Eclipseos

Initium, ☉ alto 18. grad. 20. min. vnde hora 5. min. 58.
Finem, ☉ alto 3. grad. 7. min. vnde hora 7. min. 48. Ex literis Hortensij ad me 15. Septembris 1634. Altitudo Poli Oxonienses 51. grad. 46. min.
Cadomi à memorato Massæo Eclipseos
Initium hora 6. min. 0.
Finis hora 7. min. 53.
Quantitas, Digiti XI. Communicauit optimus Pater Furnetius.

Hæc sanè iusfœlicitas duplicem aliam reuocat in mentem, quæ mihi ex eo tempore inter obseruandum occurrit; & quam vtramque si heic recitàro, haud importunè fortassis agam. Prior fuit circa Occultationem ♃ à ☾, quæ die sequente 19. eiusdem Iunij contigit, &c. *Vt habetur ibid.*

Occultari quoque ♄ à Luna vidit Ioan. Heuelius Dantiscanus, cùm esset non procul Vraniburgo, sed absque Instrumentis; ex eius ad me literis.

Posterior fuit circa ☾ transitum prope Stellam in pede Ophiuchi die mensis Augusti 16. Vesperi. Quippe, &c. *Vt habetur ibid.*

MENSE SEPTEMBRI, Die 14. cùm nempe sub Crepusculi finem Cælum iam Stellatum fulgeret, dirigerémque Tubum in ☾ octauo iam aut decimo quantum mihi videbatur, Azimutho Occidentalem, animaduerti Occultationem sinistri humeri Sagittarij à Luna hancque Stellam non longè antè egressam fuisse ex latere ☾ occiduo. Apparebat exitus fuisse paullò supra dimidium eiusdem occiduæ, & illuminatæ partis; sed & adnotaui fuisse è regione inferioris partis eius maculæ, quæ rotunda; & solitaria Caspij maris instar videtur. Infœlicitas fuit, quod tunc apud amicum diuersarer, vbi earerem Organo ad captandum horæ momentum. Vtcumque autem licuit, Organi ibidem sequenti die compos factus, obseruaui, cùm Stella esset in eodem loco proximè primam trium Caudæ Vrsæ maioris altitudinè obtinere 38. graduum, seu esse horam 7 ¼ & quia distantia Stellæ à limbo obseruata fuerat quasi pars ¼ aut septima Diametris Lunatis, seu quinque propè minutorum iadeò ratiocinatus sum egressum Stellæ esse debuisse non valde procul à meridiano. Postò & diu deinceps fuit, antequam Stella nudo visui redderetur conspicua. *Ex literis ad Schickardum anno 1631.*

M. DC. XXXI.

M. DC. XXXI.

Mercurius in Sole visus, & Venus inuisa, Eclipsis Lunæ, Mars prope Leonem, &c.

ANNO 1631. Die 7. Nouembris, Stylo Nouo, Manè Parisiis. Edita superiore anno *Ioannis Keleri Mathematici Cæsarei Admonitio ad Astronomos, rerumque cælestium studiosos de variis, mirisque anni 1631. Phænomenis, Veneris puta, & ☿ in Solem incursu*; ipsa me quoque admonitum fecit. Quare tempore accedente, &c. *Vt haberur inferius in Epistola ad Schickardum de Mercurio in Sole viso, & Venere inuisa.*

Nihil perscribo de Eclipsi ☾, quæ nudiustertius, seu postridie visi ☿ contigit. Eodem enim vento, &c. *Vt habetur ibidem.*

Cadomi, memorato Massæo
Initium, hora 8. min. 53.
Immersio, hora 10. min. 0.
Emersio, hora 11. min. 43.
Finis, hora 12. min. 53. Communicauit optimus Pater Furnerius.
Oxonij in Anglia obseruauit Ioan. Bainbrigius, Doctor Medicinæ & Astronomiæ Professor, Eclipseos
Initium, Aldebaran alto 28. grad. 50. min. vnde hora 9. min. 4.
Emersionem, dextro humero Orionis 34. grad. 30. min. vnde hora 12. min. 58½.
Finem 41. grad. 20. min. vnde hora 13. min. 4.

MENSE DECEMBRI, Diebus 6. 7. & 8. etiam Parisiis. Tempore instante, quo ☿ iuxta Kepleri admonitionem apparere sub ☉ debuit, eadem omnia; sed accuratiùs, quàm pro ☿ parata fuere, &c. *Vt habetur ibid. in Epistola ad Schickardum altera de Venere inuisa.*

Nosti Kepletum adnotasse ad calcem motuum huiusce mensis (Decembris videlicet anni 1631.) fore nobis ☌ inter Cor, & Ceruicem ♌, die 16. ego cùm die 10. Manè, sub auroram strati impatiens exsurgerem, &c. *Vt habetur ibid.*

M. DC. XXXII.

Occultatio Martis à Luna, coniunctio Veneris & Mercurij, Eclipsis Lunæ, altitudo Poli Dinia, Solis varia altitudines Meridianæ, &c.

ANNO 1632. Mense Februario, Die 5. Vt totam porrò historiam obseruationis Occultationis huius Martis à Luna recenseam, neque committam quod Aristoteles, dixisse contentus visam sibi Lunam, cùm esset δίχομηνις, subiuxe Martem parte obscura, emitteréque lucida, en vt ea sese habuerit. Sub horam octauam à meridie, pergebam ad cœnam, cùm Cælum insolitò pulcrius inuitauit me ad speciem Lunæ contemplandam. In illam respectans, attendénsque ♂ non longè ab eius tramite versantem, facilè conieci illum, cui adulteria pro ludo essent, Stuprum etiam, priusquam Autora exoriretur, attentaturum. Postquam ergo, &c. *Vt habetur ibid.*

Nihil necesse est ad ea respondere, quæ per te de viso in Sole Mercurio Scheinerus requisierat: cùm peruidisse iam omnia debeat ex misso excuso Epistolæ meæ ad Schickardum exemplari. Attexo porùs aliam circa Mercurium obseruationem, quam habiturus quoque sit, quantum opinor, non inuiscundam. Occasio imprimis huiusce modi fuit. Mandata iam typis, atque euulgata prædicta Epistola fuerat, cùm tandem sum nactus duas priores partes Ephemeridum Keplerianarum, illas obiter cùm euoluerem, obseruaui ☿ conspici potuisse sub ☉ ante annos 14. tametsi id in nouo Orbe. Tunc piguit me id pronunciasse, concessum nobis primùm fuisse obseruari posse in Sole Mercurium, quòd ex inuento vsque Telescopio, ἐφαπτικῶς Soli coniunctus, subiunctúsve priùs non fuisset. Quin maior etiam me cœpit pudor, cùm ad sequenteis annos respectans, deprehendi post duos annos Coniunctionem patem futuram, licque rem longè euadere, quàm crediderem frequentiorem. Porrò alias quoque corporeas coniunctiones perscrutatus, præter illam, quæ eodem anno euentura est, & præteritam ante 10. annos, adnotaui debere vnam extrema die Mensis Aprilis nuper elapti contingere. Itaque licet non dubitarem inuisibilem futurum ☿, quòd vel Keplero

Keplero admonente factus Sole superior, foret ab illo contegendus; rem observare tamen volui ad convincendum illos, qui adhuc in ea hærent sententia, vt existiment ☿ perpetuò deferri io Epicyclo nos inter, & Solem detento. Ac rationes primùm subduxi, ex quibus habui ☿ in medio ☉ disco futurum (putà in distantia à Centro, latitudineve Austrina minutorum non prorsùs quatuor) proximè post Occasum ☉: siquidem Sol nobis eo die occumbere debuit hora 7. min. 12. à meridie; media verò illa coniunctio celebrari debuit hora 7. min. 23. Ratiocinatus quoque sum factis vtriusque Sideris in eadem partem motibus, eorum Solis discum non posse peruadi à ☿, nisi horis præcisè 10. sicque transcursus initium ab hora vsque secunda cum duabus quintis futurum; finem verò post mediam noctem; seu hora 12. cum totidem quintis. Deinde omnia apparaui, vt si reuerà existimarem conspectum iri ☿ accinctúsque esse ab aurora volui, suspicatus quinque horarum. vt nuper anticipationem. Et fuit quidem Cælum toto tempore antemeridiano nubibus obductum; sed inclarescens à meridie, clarissimum Solem ad Occasum vsque, transcurrentibus per vices dumtaxat nubilis raris, exhibuit. Vetsabantur in eadem Scena Mothæus nostet Vayetius & Cantoclarus, quorum prior Circulum album, amplúmque oppositum Soli moderari voluit, cùm ipse Telescopij dirigendi gererem curam. Cæterùm illo tempore toto ☿, nobis planè inuisus; cùm ne macula quidem vlla disco Solis appingeretur. Heinc si ritè se habuit Ephemeridum Calculus assueuerare possumus Mercurium præter Solem factum. Sed supponamus coniunctionem præoccupauisse quinque propè horis; an non debuisset ☿, ante horam 10. matutinam sub Solem ingressus post secundam pomeridianam salutare centrum, ac illi deinceps ad Occasum vsque Vale continuum dicere? Certè Mercurij latitudinem, atque adeò semitæ eius per discum Solis prolixitatem non malè designatam fuisse ex consonantia calculi cum illa mea nupera observatione est coniiciendum. Temporis autem hallucinatio hoc videtur maior, quàm tunc, fieri hoc tempore potuisse; cùm præsertim heic error quoque Ephemeridum Origanicarum consentiat. Vt enim Mercurij cum Sole coniunctio debuit per ipsas mense Nouembri tribus diebus cum 7. horis euenire maturiùs, quàm debuerat per Keplerianas; ita iam debuit tribus diebus cum 8. horis præcurrere. Verùm fingamus coniunctionem debuisse non quinque, sed & 10. horis celebrari velociùs; an non tametsi ☿ subiisset Solem ante eius Ortum, debuisset nihilominùs noo abire ex eius disco, nisi duabus, & ampliùs horis, postquam ego aciem intendi? Addo, ne quispiam causatetur potuisse ☿ ab occaso Sole in discum eius incurrere, adfuisse me die sequente ab ipso vsque Sole exorto. hoc est ante horam matutinam quintam exploraturum an transcursus superesset vestigium. Nihil potrò etiam tunc visum; cùm licèt ☿ iniisset Solem ab ipsissimo Occasu, non debuisset tamen exire, nisi bessse propè horæ ab exortu. Atque hæc sunt. quæ poteris eum optimo vito habere communia, &c. *Ex Epistola ad Naudæum anno* 1632. *conscripta mense Maio.*

M DC XXXII. *Parisiis, Februario.*

Cùm hoc ipso anno 1632. & die Iulij 29. sub horam 4. matutinam expergefactus in autoram respectarem, Venerem in ea coruscantem vidi; & nescio quo fœlici casu oculos ipsi circumducens incidi in ☿ ab illa distantem triplici quasi Diametro Lunæ. Facta statim præ manibus Kepleriana Ephemeris indicauit coniunctionem vtriusque Sideris die 31. idque in ipsa meridie, cum nota hac apposita, ☿ *ferè corporaliter iungitur* ♀, *tantùm quinque scrupulis superior. Attendatur manè*; ♀ *cum in aurora monstrabit paullo altiorem.* Itaque ego me ad illam & diem, & horam ita accingendum duxi, vt diem non negligerem antecedentem, & consequentem. Verùm die 30. crassi adeò fuere vapores, qui horizontem obsiderunt, vt priosquam discuterentur ♀ ægrè appatuerit, ☿ euanuerit.

Ipsa die 31. Apparato Organo, vt Veneris saltem distantiam à duabus Fixis acciperem, Fixæ omnes priùs obliteratæ fuerunt, quàm illa ex densioribus vaporibus emergeret. Quare id solùm superfuit, vt exploratem num ☿ illius corpus circunstaret. Inclarescebat iam aurora, & hora 4. parùm abetat, cùm ægrè Mercurium detexi, & Cantoclaro amico meo; cuius ædeis, ae vincas huius observationis gratiâ tunc vsurpabam, demonstraui. Situs ♀ supra horizontem erat tunc 7. circiter graduum; ☿ verò ab ea distabat; cùm nudo visu inspiciebatur, tanto marginum interuallo, quantum Veneris Diametet adimpletura videbatur; cùm verò Telescopio, videbatur posse Diameter Venerea quinquies circiter collocari posse in intercapedine. Erat autem ☿ Veneri non supra, seu ad verticem, non planè ad lævam, seo in eodem parallelo dicto Almicantharat; non planè loco inter hæc medio; sed videbatur inter hoc medium, & prædictum parallelum; adeó vt spectato Eclipticæ situ videtetur præcisè esse, aut non multò antè fuisse in eodem cum illa latitudinis circulo, sed collocatus ad Boream. Pulsauit quarta interea, & non longè pòst ☿ disparuit. Omnibus expensis, quia iuxta prædictam Ephemeridem coniunctio illa heic fieri debuit eodem die hora 11. cum triente ante meridiem; & contigit tamen hora proximè tertia cum sextante; ideò visum est calculum Keplerj nimis promouisse coniunctionem hanc 7. horis cum semisse. Sed patùm nempe illud est, si cum hallucinatione Ephemeridis Origanicæ comparetur, ioxta quam tribus diebus antè debuerat euenire; & minimùm, si conferatur cum Ephemeride Argolij, quæ celebrandam promiserat quinque diebus maturiùs. Est autem valdè mirabile, quod vix aliquid, aut nihilum etiam Keplerus aberrauerit in designandâ sub coniunctionem latitudinum differentia; & maximè, si Diameter Venetea conspecta Telescopio habeatur vnius proximè minuti. *Ex Epistola ad Cæsium Amsterodamum scripta anno* 1632. *mense Octobri.*

D. DC XXIII. *Lugduni, Galliæ.*

DIE 27. Vesperi, Lugduni in Gallia. Destinâram animo adesse in hac Ciuitate ad obseruandum Eclipsin Lunæ, quæ hoc vespere coutingere debuit. Et sperârum quidem duobus diebus aduenire maturiùs; verùm inuidit Africus, qui cùm me *Arari* commisissem, adeò refluit vehemens, vt vix quarto die *Cabilone* vsque eo nauigare hûc potuerim. Quin procurâram Præclarum Virum Henricum Grassum Lugdunensem Medicum per communem nostrum Valesium moneri, vt si fortè diutiùs in itinere detineret, instructa ipse faceret omnia; sed Viri occubitus, inanem curam reddidit. Quòd igitur præstare licuit, cùm vix ad Occasum Solis accessissem conquisiui ante cœnam Instrumentum aliquod captando tempori idoneum, neque enim iam suppetebat tempus vllius per me appatandi. Ipse bona sorte Telescopium, cum machinula illi sistendo, mouendóque accommodata detuleram: at vel Quadrantis, vel alterius altitudinibus capiendis destinati Organi spe duplici fretus temisertam studium. Nihil porrò aliud occurrere potuit, quàm exiguus Circulus apud Franciscum Bellum, ipsum tuue absentem, vt putà cuius Dameter vix excederet pedis bessem. Quin etiam eius circumferentia non exquisitè prorsùs distincta, neque adiuncta Alhidada vndique congruens visa est. Accepi tamen, quas cautiones mihi liceret, adhibiturus, méque hac adeò tenui instructum suppellectile, ad obseruandum compositi; malui siquidem aliquid, quàm nihil omninò moliti. Cæterùm in Lunam intendens rationem non habui illius inumbrationis, quæ temerationem limbi præcessit, sequutáque est; sed *initium* adnotaui, quo primùm tempore margo iam multùm obtenebrescens liquidò videri Telescopio non potuit; *finem*, quo primùm inclarescens factus est visibilis. Ab aliquot diebus, vt est ante dictum, flârat Africus vehemens. Die antecedente à meridie in profundam vsque noctem decidit pluuia vbertima, quæ & venti violentiam fregit. Ipsa die 27. toto tempore antemeridiano fuit caligo densissima; pomeridiano seretitas, dubia interdum, sed tamen pulcra, idque ad horam vsque 9ctauam. Hinc Africo eodem, sed leniùs spirante obturbari Cælum sic cœpit, vt circa horam 10. qua fuit Eclipseos initium, nulla Fixa Stella compatuerit; sed prætet Lunam Iupiter solus penetrare radiis suis nubila densa potuerit.

Itaque initium Eclipseos tum contingere visum est, cùm ☽ obstrnatus est altus ad Orbum 41. grad. 30. min. Exinde Luna crebrò tecta, rarò enitescens, nunquam ea fuit irradiatione, vt citra Telescopium piugi potuerit in eo circello, cuius Diametrum in quaternas digitorum parteis distribueram, ad venandum maximam obseruationis quantitatem, eadem tatione, qua moris habeo in deliquiis Solaribus. Circumsonabant varia Vrbis horologia horam 10. cùm Eclipsis cœpit. Cùm pulsassent vndecimam maxima fuit obscuritas, parùm omninò, aut nihil distans à Digitis sex, quantum æstimare nudo visu licuit. Telescopio extimus margo superstitis partis videbatur excedere totius dimidium, prorractis nempe cuspidibus. Post mediam noctem cœpit Cælum ad Austrum inclarescere, adeò vt, cùm Eclipsis desiit, integrum Orionis Sidus speciosissimum apparuerit. Itaque *Finis Eclipseos* longè vltra mediam noctem, tum contingere visus est, cùm insister Orionis pes fuit altus ad Ottum 27. grad. 40. min. Non longè pòst Cælum iterùm obturbatum est. Tota die sequente perobscurum fuit. Die 29. partim serenum, partim pluuium, eodem vento perseuerante. Die 30. manè nebulosum, à meridie sudum, &c.

Portò si supposuerimus Solem in 4. grad. 53. min. nu cum Ascensiouis Rectæ 212. grad. 37. min. & Iouem in 23. grad. 18. min. ♉ Latitudinis Austrinæ 1. grad. 10. min. cum Ascensionis Rectæ 51. grad. 15. min. & Declinationis Rectæ 17. grad. 53. min. ac denique Polum Lugduni elatum 45. grad. 36. min. vt verisimile habeo, sequetur Eclipsin cœpisse hora Vespertina 10. min. 1.

Si Pedis sinistri Orionis supposuerimus Ascensionem Rectam 74. grad. 26. min. cum Declinatione Australina 8. grad. 40. min. retenta eadem Poli altitudine, & Ascensione Recta Solis productiore habita minutis quinque sequetur Eclipsin desisse hora 12. min. 30. præcisè.

Nihil tamen confido ob Instrumenti vitium, nisi fortè quod attinet ad *durationis quantitatem*, quæ hac ratione esse debuit horarum duarum, minorum 27. cùm altitudinis error similis esse in principio, & in fine potuerit.

Cùm forem deinde Gratianopoli die 19. Nouembris, retulit mihi Valesius meus *finem*, eiusdem Eclipseos obseruatum fuisse ab illo suo Olitore Elziario Ferouceo, cùm Capella esset alta 71. grad. 4. min. hoc est hora 12. min. 50.

Adiecit, cùm ipse foret nuper Aquis-Sextiis, accepisse se à communi nostro, Iosepho Galterio, Vallctæ Priore, ac Domino obseruasse cum illic eiusdem *Initium*, cùm pes Orionis esset altus 13. grad. min. 0. hoc est hora 10. min. $35\frac{1}{2}$. *Finem*, cùm idem esset altus 31. grad. 30. min. hoc est, hora 12. min. $46\frac{1}{2}$ vel, vt ipse Valesius calculo subduxit, min. 50.

Oxonij in Anglia obseruauit Ioan. Bainbridge Medicinæ Doctor & Astronomiæ, Professor Eclipseos initium, superiore ☾ margine alto 44. grad. 50. min.

MENSE DECEMBRI, Diniæ cùm adesset rempus, quo per easdem nocteis tam maxima, quàm minima Stellæ Polaris altitudo obseruati poterat, apposui plumbum, ac pinnacidia meo illi Quadranti nuceo, cuius latus, seu Radius est quinque pedum Parisiensium; Arcus verò amplitudinis Digitorum quaternûm in minuta distinguitur, idque transuersis lineis per singulos gradum sexanteis. Aptato fulcro, & qua decuit patientiâ adhibitâ, altitudines ita se habuerunt, maxima quidem Vesperi, minima verò Manè,

DIE

Die.	Altitudo Maxima.		Die.	Altitudo Maxima.	
20.	46. grad. 46. min.	bene.	27.	41. grad. 25. min.	bene
22.	46. grad. min. $45\frac{1}{2}$.	bene.	28.	41. grad. min. $25\frac{1}{2}$.	satis bene.
24.	46. grad. min. $45\frac{1}{2}$.	non malè.	29.	41. grad. 24. min.	vtcumque.
25.	46. grad. min. $45\frac{1}{2}$.	non malè.	Die Ianuarij		
26.	46. grad. min. $45\frac{1}{2}$.	bene.	2.	41. grad. min. $25\frac{1}{2}$.	optimè.
28.	46. grad. min. 46.	non male.	3.	41. grad. min. $25\frac{1}{2}$.	bene.
29.	46. grad. min. 46.	optimè.			

M. DC. XXXII *Diuia Decembri.*

Itaque si Altitudo maxima videtur fuisse 46. grad. 46. min. minima 41. grad. min. $25\frac{1}{2}$. Differentia vtriusque erit 5. grad. $20\frac{1}{2}$. min. cuius dimidium erit distantia Stellæ Polaris à Polo Mundi, hoc est 2. grad. $40\frac{1}{4}$. min.

Si verò vtramque altitudinem componamus, erit compositi dimidium Duisensis Poli Altitudo, hoc est 44. grad. min. $5\frac{1}{2}$.

Porrò eodem vsus Instrumento Anno 1623. sub Solstitium Æstiuum, & inde ex meridianis variis Solis altitudinibus collegeram, publicâramque attolli Polum Diniæ 44. grad. 6. min. sed habita nempe ratione Tychonicæ tum Parallaxeos, tum maximæ Declinationis.

Eodem mense Decembri, Diniæ. Explorare volui eodem Instrumento, hoc est Quadrante circuli, cuius Radius est quinque Pedum, altitudinem Solis meridianam in Brumali Solstitio. Illam iam compereram anno 1622. grad. 22. min. 27. idque Quadrato iridem nuceo, cuius Costa esset, exterior quidem Parisiensis pedis vnius cum Digitis VIII $\frac{1}{2}$. interior verò Pedis vnius cum Digitis V $\frac{1}{2}$. nempe & Costa diuisa erat per transuersas lineas in particulas 1000. & die Decembris 22. Sol meridianus in vmbra recta exhiberat particulas 4133. hac ratione suppositâ Solis cùm maxima declinatione, tum parallaxi Tychonica, collegeram Refractionem Solis in ea altitudine essenutorum $6\frac{1}{2}$. Vbi notandum instare Diniæ multitem ad Meridiem, cuius vertex partem vrbis etiam in meridie inumbrat: obseruanti verò mihi fuisse Solem eleuatum 4. aut 5. gradibus supra declinitatem occiduam. Notandum etiam vltra eum montem planitiem non occurrere, sed succedere seriem montium editiorum. Nunc obseruationem repetere libuit exquisitiore Organo, & aliquousque etiam producere ad obseruandam seriem decrescentium Refractionum. Vt vno verò intuitu non modò Obseruatio, sed etiam quod raciocinando hinc deducitur pateat, tem pro more ita dispono.

ANNO 1632.

	Altit.⊙ gr. min.	Loc. ⊙ gr. min. ♈ ♉ ♊	Declin.⊙ gr. min.	Alt. Æqu. gr. min.	Alt. Poli. gr. min.	Lead. corr. gr. min.	Refr. min.	
Dec. 19.	22.27$\frac{1}{2}$.	28.14.	23. 31.	45. 58$\frac{1}{2}$.	44. 1$\frac{1}{2}$.	43. 58$\frac{1}{2}$.	7$\frac{1}{2}$.	non male.
20.	22.26$\frac{1}{2}$.	29 15. ♑	23. 31$\frac{1}{2}$.	45. 58.	44. 2.	43. 59.	7.	bene.
21.	22.26$\frac{1}{2}$.	0. 16.	23. 31$\frac{1}{2}$.	45. 58.	44. 2.	43. 59.	7.	satis bene.
22.	22.27.	1. 17.	23. 31.	45. 58.	44. 2.	43. 59.	7.	non malè.
23.	22.27$\frac{1}{2}$.	2. 19.	23. 30.	45. 57$\frac{1}{2}$.	44. 2$\frac{1}{2}$.	43. 59$\frac{1}{2}$.	6$\frac{1}{2}$.	vtcumque.
Statim & cùm iam euaneſcerent ſuprema ♃. in fronte & lanx Borealis cepi rurſùs illarum diſtantiam, eáque exhibita eſt 2480. hoc eſt 15. grad. 39. min. neſcio vtravis vice meliùs, fortaſſis priore. Subinde diſtiterunt
♄ & Cor ♍ 300+1175. hoc eſt 8. grad. min. 25$\frac{1}{7}$.
Iterùm ♄ & Cor ♍ 300+1176$\frac{1}{7}$. hoc eſt 8. grad. min. 25$\frac{2}{7}$.
Iterùm ♄ & Cor ♍ ſed euaneſcens 300+1175. hoc eſt 8. grad. min. 25$\frac{1}{7}$. Remanſit Inſtrumentum vt die ſuperiore.

Eadem Dra 1. circa horam 9. matutinam. Cùm iam ante aliquot dies apparaſſem machinam obſeruandæ Eclipſi Solis breui futuræ idoneam; attenderam diebus ſuperioribus aliqua-ne in diſco Solis naſceretur macula, quæ nondum ſubducta tempore Eclipſeos, cum vmbra Lunæ conferretur. Nullam itaque deprehenderam, quibus diebus, ac horis Solem conſpicere licuerat. Hodie verò ſub dictam horam, cùm apparatæ machinæ Teleſcopium appoſuiſſem radios proiiciens in Circulum directe ipſi oppoſitum, vtraque eoſdem elationis, depreſſionis, circumductionis motus ſubeuntem, Sol ſtatim traiectis Teleſcopio radiis ſe



ſe depinxit in circulo (ianua, feneſtriſque aliunde occluſis) vt maculam monſtrauerit, qualem hic exhibitam facio. Circulus fuit Diametri decuſſis pedis Pariſienſis, atque idcircò hoc duplo maior, & conſequenter duplo maior apparens in eo macula. Diametro diuiſa in particulas 120. craſſitudo maculæ apparuit vnius altitudo 4. diſtantia à limbo duarum prope, intellige ſecundum centrum. Eclipſis longiot viſa eſt, niſi quòd nimis acuminata, ac præſertim parte ſuperiore, qua etiam non nihil deflexit verſus centrum circuli. Regio, vt vides in circulo læua, ſeu occidua. Circumferentiâ porrò circuli diuiſâ in gradus, macula tum diſtitit integro Quadrante à ſupremo puncto, cùm ☉ fuit altus partibus Vmbræ Rectæ 8150. ſeu 39. grad. 11. min. hoc eſt hora 8. min. 53. (vt & cùm poſteà diſtitit grad. 95. ☉ fuit altus partibus 9100. ſeu 42. grad. 18. min. hoc eſt hora) quare inuentus angulus Eclipticæ cum

M DC. XXIIII *Dimiſ. Aprili.*

cum verticali 78. grad. 16. min. talem ſitum Eclipticæ, qualis heic ducitur, prodit. Notandum eandem machinam geſtare perpendiculum, quod verticalem ſolis exhibeat.

Die 6. mane, claro iam Crepuſculo. Cùm nubes, nives, pluuiæ Cæli conſpectum totis diebus ſuperioribus etipuiſſent, nempe ab hora citciter Meridiana dici 1. (niſi quòd heri potuit Sol conſpici vtcumque idque per vices ſoluminodò, præter rariota nubila) hoc manè nubes dehiſcentes videri per vices ſunt paſſæ conſtellationem Scorpij. Itaque quantum licuit, diſtiterunt inter ſe

☊ & ſuprema 3. in fronte ♏ 300—1800$\frac{1}{2}$. hoc eſt 11. grad. min. 55$\frac{1}{2}$.

Iterùm ☊ & ſuprema frontis ♏ 300—1800$\frac{1}{2}$. hoc eſt 11. grad. min. 55$\frac{1}{2}$.

Iterùm, idque tutiùs, licet quia ſuprema frontis euaneſcebat 300—1810. hoc eſt 11. grad. min. 58$\frac{1}{2}$.

☊ & Cor ♏ 300—1163$\frac{1}{2}$. hoc eſt 8. grad. min. 21$\frac{1}{2}$.

Iterùm ☊ & Cor ♏ 300—1162$\frac{1}{2}$. hoc eſt 8. grad. 21. min.

Iterum ſed Cor ♏ euaneſcens 300—1163$\frac{1}{2}$. hoc eſt 8. grad. min. 21$\frac{1}{2}$. Inſtrumentum remanſit, vt priùs.

Eadem Die 6. Cùm ſub horam 9. matutinam quæ nubes valdè concreuerant ex hora circiter 5. non-nihil rareſcerent, Solis radij per Teleſcopium ita maligne traiecti ſunt, vt bis tamen, aut ter in maiore quadam nubilorum raritate Sol commaculatus apparuerit. Macula quæ ex die 1. viſa fuerat decurtata apparuit quoad altitudinem, ſiue longitudinem; at quoad craſſitudinem, ſiue latitudinem non modò apparuit productior, ſed diuiſa etiam in maculas tres propè cohærenteis, ac forma accedenteis ad Ecliptican. Altitudo duarum ſiniſteriorum (loquor ſemper vt apparuerunt in deſcripto iam circulo) fuit partium 2$\frac{1}{2}$. qualium Diameter 120. craſſitudo ſiniſtrinæ 1$\frac{1}{2}$. ſuccedentis 1$\frac{1}{2}$. at dextrinæ altitudo 1$\frac{1}{2}$. craſſitudo 1. Craſſitudo verò aggregati omnium fuit partium 5. ſic que centrum ter geminæ huius maculæ diſtitit à limbo part. 46.

Cæterum viſæ ſunt ſupernè (idque ſemper in circulo) duæ aliæ maculæ minores, quatum promotior; ſeu ad dextram apparuit longa 2$\frac{1}{2}$. lata 1. remotior ſeu ad ſiniſtram, longa 1$\frac{1}{2}$. lata 0$\frac{1}{2}$. vel 0$\frac{2}{3}$. vtraque etiam ouallina forma; ſed vtriuſque cuſpides vergebant ferè in lateta circuli, niſi quod parte dextera attollebantur non-nihil in ſublime. Diſtantia prioris à centro magnæ fuit patt. 12. à minima 4. vel 4$\frac{1}{2}$. à limbo 47. poſtetioris diſtantia fuit ab illa magna 14$\frac{1}{2}$. à limbo verò 43. Ita proximè omnia ſe habuerunt, vt præcedens ſchema etiam repræſentat.

Cùm fuit autem ☉ altus 7350. in Vmbra Recta ſeu 56. grad. 19. min. hoc eſt. hora 9. min. 3. ducta ſemi-diameter per maculæ trigeminæ centrum circumfetentiam ſecuit in grad. 124. à ſupremo puncto, ſeu vertice ☉. Quare & cùm tunc angulus Ecliptiæ cum verticali ☉ fuerit 74. grad. 11. min. idcitcò duxi Eclipticam per appoſitum circulum, in quo etiam habes effigiata vtcumque omnia.

Eadem Die 6. Veſperi. Cùm videretur Africus, qui totis diebus ſuperioribus obtinuerat in Corum mntatus, nubes grandiores ſic tranſuolarunt, vt ♀ & ♂ ac aliæ quædam Stellæ Occiduæ inter hiatus varios interdum enituerint. Itaque aſſumpto Radio ad obſeruandum me compoſui à medio vſque Crepuſculo; ſed ferè ſemper cùm pinnacidia ad duas Stellas direxiſſem, aut vtraque, aut altera, priuſquam rem plenè probaſſem ſubeunte nube obtegebatur; & velut quiſpiam ludus foret, cùm diuertiſſem ad alias, idem ipſis euenicbat, ac rurſus etiam prioribus, quas deſeruiſſe ægrè ferebam. Vtcumque autem licuit & tum ob nubes tum ob loci ſitum mutatis interdum pinnacidiis, diſtitetunt inter ſe

♀ & ♂ 3500—2580. hoc eſt 4. grad. min. 49$\frac{1}{2}$.

Iterùm ♀ & ♂ 3300—2355. hoc eſt 5. grad. min. c$\frac{1}{2}$. neſcio vtra ſit tutior; ſequentes, vt opinor, meliores.

♂ & Aldebaran 3500—1781. hoc eſt 9. grad. min. 11$\frac{1}{2}$.

♀ & Aldebaran 3500—1881. hoc eſt 9. grad. min. 39$\frac{1}{2}$.

♂ & Capella 3500+1990. hoc eſt 30. grad. min. 32$\frac{1}{2}$.

Ac paulò antè Syrius, & Siniſter Orionis pes 3500+779. hoc eſt 23. grad. min. 44$\frac{1}{2}$. Debuit 23. grad. min. 41$\frac{1}{2}$.

Die 7. Manè, cùm Africus rursùs teneret imperium, en quod præſtari duntaxat potuit. Sed memorandum me ab initio deprehendiſſe Tranſuetſale excutriſſe aliquantuluin, idque opinor inter conatus obſeruationis veſpertinæ. Illo itaque reſtituto, ac bene firmato, diſtiterunt inter ſe

☊ & ſuprema 3. in fronte ♏ 300+1797. hoc eſt 11. grad. min. 55$\frac{1}{2}$.

☊ & Cor ♏ 300+1151$\frac{1}{2}$. hoc eſt 8. grad. 17. min.

Iterùm ☊ & Cor ♏ 300+1155. hoc eſt 8. grad. min. 18$\frac{1}{2}$. neſcio vtra potior.

Eadem Die 7. Veſperi, cùm nubes illæ matutinæ ita paullatim confertæ fuiſſent, vt ſub horam 6. penitùs obduxiſſent Cælum, pluit exinde, ſed leuiter ab hora 7. cum ſemiſſe ad primam vſque pomeridianam. Tum verò, admodum repentè ſucceſſit Africo *Aparctias*, qui nubes paulatim leuiter diſcuſſit, ac tandem ſub occaſum Solis, præteruolanteis paucas nubes ſed maiuſculas oſtentauit. Exinde ſpe magna concepta craſtinæ ſerenitatis, accinxi me interèà ad obſeruationem ♀, ac ♂ à claro vſque Crepuſculo. Diſtiterunt autem inter ſe (idque eodem Organi ſitu perſeueranre, quo manè)

♀ & ♂ 1410—400. hoc eſt 5. gra 1. 44. min.

Iterùm

Iterùm ☿ & ♃ 1410—400 hoc est 5. grad. 44. min.
Iterùm ☿ & ♃ 1411—400. hoc est 5. grad. min. 44 1/2.
☿, & Aldebaran 1878—400. hoc est 8. grad. min. 20 1/2.
Iterùm ☿, & Aldebaran 1877—400. hoc est 8. grad. min. 20 1/2.
♃, & Aldebaran 2870—1200. hoc est 9. grad. min. 10 1/2.
Iterùm ♃, & Aldebaran 2870—1200. hoc est 9 grad. min. 10 1/2.

M DC. XXXII
Decim. Aprilis.

Crassiores, crebrioresque nubes ex hoc tempore succedentes, eundem laborem fecerunt quem heri. Quocirca distare duntaxat observati vtrumque sunt
♃ & Sinister pes Orionis 3250+1800. hoc est 33. grad. 59. min.

Dtr 8. Post Meridiem, Eclipsis ☉. Tranuolabant adhuc nubes sub auroram, vt superiore Vespere; ex quo fuit Saturni observatio impedita. Sub exortum Solis totum Cælum fuit penitus obductum, Africo rursùm obtinente; adeò vt sub septimam horam pluuia deciderit, sed leuis. Sub horam 9. fuere nubes aliquantò rarefactiores, permiseréque conspectum Solis bis, aut ter, tametsi raptim, & malignè. Rursùs ad horam 10. & 11. leuis pluuia. Circa meridiem Africus factus est valde vehemens. Ab hora 2. in 2. pluuia copiosa admodum, hora 2. visæ sunt nubes non nihil rarescere, itavt Solem prætercurrentem bis videre licuerit. Horologium automaton tunc rectificaui, quod tamen non malè prorsùs procedebat. Illicò pòst Cælum nigertimum factum, & vbertima pluuia. Sub horam 3. visus flare Cornus, ac statim Aparctias; ex quo spes quædam facta est videndæ Eclipseos. Cælum tamen adhuc admodum obtectum, idque cum pluuia vbere, & vehementissimo vento. Circitet semissem post 3. visi sunt non-nulli nubium hiatus ad Boream, ex quo rursùm spes; sed hiatus statim occlusi, & perseuerans pluuia.

Posteà hiatus sese aperuit, qua parte versabatur Sol. Tunc composita machina, & directo in eam partem Telescopio, statim ac Sol fuit in hiatu sese diserté satis pinxit in candidissima papyro, quam innotatam supra notatum circulum collocaueram. Apparuit autem Eclipsis cœpta: sed cùm papyrum amonerem vt Solares radij reciperentur in circulo, hiatus ille pertransiit, & Sol est iterum contectus. Visa est cœpta obscuratio in ipsa suprema circuli parte recipienda, cùm appareret vnius digiti, aut aliquantò minùs. Automaton repræsentauit circiter bessem post 3. statim ac Sol conditus fuit, pluuia rursùs vehemens cœpit præcedente grandine. Vento postmodùm constantissimo, & validissimo flante hiatus nubium facti sunt & grandiores, & frequentiores. Itaque serió rum me accinxi, vt adnotarem quicquid demum fieret ex Eclipsi conspicuum.

Delegeram portò locum extra ciuitatem, ne qui montes sunt ipsi ad Occasum, Eclipseos finem præriperent. Eminet supra, & ad læuam sacelli D. Lazari, quod ab vrbe in Africum non ampliùs leucæ octante distat, ædicula quædam visa opportuna; quòd & ianuam inferioris, & fenestram superioris contiguationis eò conuertat, quò Solem eo die occasurum, ad libertatem vsque duorum circitet graduum prospexeram. Destinâram autem siue extra ianuam, siue non procul à ianua intra ædificium constituturn facere, qui Quadratum antè descriptum Solis altitudinibus excipiendis moderatetur, eásque signis exhibitis notaret, & conscriberet. Attamen ventus obstitit, illéque in eadem superiore parte, in qua ego eram collocandus fuit. Machinam in ea sic aptaueram, vt primùm tegula subducta, & occlusa planè fenestra; deinde sub finem tegula reducta, & variè aperto in fenestra foramine, radij Solis, quantum Telescopio necessarium foret, introducerentur. Itaque donec tegula subducta mihi fuit vsui, aderat qui illi fenestræ foramen, quoties opus foret reseraret, & cùm foramen mihi fuit vsui, illi tegulæ eiusdem subductio, reductioque inserult.

Hoc modo quotquot ipsi phaseis consignare potui, renunciare illum iussi qua Sol altitudine foret; ac interdum ad eum concessi, exploraturus vtrum rectè commemoraret numeros. Et quamuis interdum deprehenderim parteis aliquas abundare, deficereve, vix tamen vnquam ea visa sunt, quæ possunt sextantis, aut quadrantis gradus errorem inducere. Et sic ille quidem vices suas egit.

Aderant mecum alij, qui adiuarent variè. Fuit enim imprimis qui machinam rotam quoties opus foret loco emoueret. Fuit qui manubrio & leui nisu, eos motus procuraret, ex quibus Solis radij traiecti Telescopio in circulo detinerentur. Fuere etiam alij qui mecum respectarent in circulum. Is circulus fuit & amplus, & diuisus, vt antè dictum. Diametrum non acceperam tantæ magnitudinis quantæ aliàs, rum vt limbi Solis ac Lunæ magis distertè pingerentur, rum vt à basi machinæ non nimis abductus (abducebatur autem adhuc vna paulò minùs Orgyia, sine Toisa Parisiensi) nihil, aut parùm vacillaret. Circulus porrò descriptus fuit in planitie candida circuli solidi amplioris, ita vt supereslet adhuc interstitium congruum inter descriptam circumferentiam, & latera tympani intra quæ incisa erat conuoluendus. Ipse itaque aderam conuoluendo circulo, primòm vt perpendiculi vmbra illum continuò medium secaret. Deinde, vt falcis Solaris residuæ circumductus exterior detineretur continuò in circuli circumferentia. Tertiò, vt cuspides extremæ distarent semper æqualibus circumferentiæ gradibus à radice digiti primi, seu ab initio diametri, quæ distributa, vt antè dictum, in parteis centum, & viginti, capiebat proinde tum digitos 12. tum senas digitorum parteis, easque distinctissimas. Ex iis verò qui circumstabant, alius adiutabat me in notando gradu supernoo, quem perpendiculum secaret, demonstrandam inclinationem diametrorum ad verticalem; alius in signandis gradibus extremè deficientibus, rum ad tumorem maximum vmbræ reflectendum in diametrum, & ad designandum proinde obscurationis quantitatem; tum ad ca-

M.DC.XXXIII Die 12. Apri. li.

ptandum proportionem diametrorum Solis ac Lunæ apparentium inter se. Alius postremò in obseruando digito, ut digiti parte ad quam defectus terminaretur, ad cognoscendum cùm alia, tum præsertim maximam, si per nubeis quidem liceret quantitatem Eclipseos.

Iam cùm prouiderem fore vt nubes tametsi interrumpi cœpt æ, & Solem per vices liberum facturæ, nihilominùs variè obseruationem interturbarent, constituì & quotquot, & quomodocunque liceret adnotare Phaseis, sperans fore vt quidpiam certi ex collatis simul omnibus colligi posset. Itaque licet variè transcurrentes nubes interuenerint, sequentem tamen seriem obseruationum texere licuit.

Phases Eclipseos.	Quantitas Defectus. dig. in.	Gradus hinc inde definientes. gr. m.	Gradus Inclinatio. Diametrorum ad Vertic.	Alt. ☉ in partibus V. R.	Id est gr. m.	Seu respectu habito tum Parallaxeos. gtad. min.	Vnde colligitur fuisse hor. min.	Proportio Diametri (ad Diametr. ☉ Sit ☉. Sem. 15. m. 20. sec. & Sem. ☾ min. sec.
1.	4. 30.	50.		5130.	25. 15	27. 12.	3. 56.	15. 2.
2	5. 42.	58.						15. 0.
3.	7. 0.	65.	32.	4050.	22. 3.	22. 0.	4. 26.	15. 8.
4.	7. 30.	68.	38.	3950.	21. 33.	21. 29.	4. 29.	15. 8.
5.	8. 6.	70.	50.	3800.	20. 48.	20. 43.	4 33½.	15. 17½.
6.	8. 12.	71.	60.	3720.	20 24.	20. 19.	4. 36.	15. 15.
7.	8. 18.	72.	62.	3540.	19. 30.	19. 25.	4. 41.	15. 12.
8.	8. 18.	73.	72.	3450.	19. 2.	18. 56.	4. 43½.	15. 7.
9.	8. 6	70.	85.	3300.	18. 16.	18. 9.	4. 48.	15. 17½.
10.	7. 42.	68.	107.	3030.	16. 51.	16. 44.	4. 56.	15. 15.
11.	7. 30.	67.	111.	2920.	16. 17	16. 9.	4. 59.	15. 15.
12.	7. 12.	65.	117.	2850.	15. 54.	15. 46.	5. 1.	15. 17.
13.	6. 48.	64.	122.	2800.	15. 39.	15. 31.	5. 3.	15. 7.
14	6. 36.	61.	125.	2730.	11. 23.	15. 5.	5. 4.	15. 12.
15.	6. 12.	60.	128.	2670.	14. 57.	14. 48.	5. 7.	15. 10.
16.	5. 30	55.	132.	2560.	14. 22.	14. 13.	5. 10.	15. 12.
17.	5. 18.	53.	134.	2450.	13. 46.	13. 37.	5. 13.	15. 15.
18.	5. 0.	51.	136.	2350.	13. 13.	13. 4.	5. 16.	15. 10.
19.	4. 30.	50.	138.	2260.	12. 44	12. 35.	5. 19.	15. 2.
20.	4. 18.	48.	140.	2230.	12. 34.	12. 25.	5. 20.	15. 5.
21.	3. 42.	45.	141.	2160.	12. 11.	11. 1.	5. 22.	15. 6.
22.	3. 0.	39.	142.	2060.	11. 38.	11. 28.	5. 25.	15. 2.
23.	2. 42.	37.	143.	2000.	11. 19.	11. 9.	5. 27.	15. 1.
24.	2. 0.	35.	145.	1900.	10. 45.	10. 34.	5. 30.	14. 52.
25.	1. 36.	30.	147.	1740.	9. 52.	9. 41.	5. 35.	14. 57.
26.	0. 54.	20.	148.	1600.	9. 5.	8. 54.	5. 93½.	15. 10.
27.	Finis.	0.	150.	1410.	8. 5.	7. 54.	5. 45.	

Sequente rursus gradinatio hic maior macula, quæ tunc in Sole regi cœpit distantia vicino limbo partibus proximè 38. qualiũ Diameter. 120.

Heic macula tota emersit, in eadem adhuc à limbo distantia.

Habenda fortè heic non fuit scrupulosa tum Parallaxeos, tum Refractionis ratio, quod Solis altitudines ad minuta vsque non fuerint exactæ, sed negligere quid attinuit? Quod si Refractiones Solares paulò maiores habeo, quàm Catalogus Tychonis præsetibat, obseruationes variæ supra conscriptæ in causa sunt.

Si initium Eclipseos obseruari non potuit; finis tamen est exquisitè obseruatus. Et sanè quidem optima: nam vix ipse fedieram à Sole per Quadratum inspiciendo, vt maculæ situm obseruatem accuratius, cùm ecce maligna nubes à Septentrione diffusa emissis quasi crinibus Solem leuiter primum obscurauit, ac deinde plane contexit, adeò vt ad Occasum vsque fuerit planè inconspicuus. Ea nubes pancas pluuiæ guttas, & nimis fragminula ad nos vsque euibrauit, sed in montes Boreos, & occiduos copiolam tum pluuiam, tum niuem effudit. Sub occasum Solis dealbari cœpit, & visus Aparctiæ succedere Corus, hinc sequuta nox frigida, & manè iam hiemare videtur: ex quo suspicor non rari grandinem, quàm niuem Conficiant

nicam fuisse, quæ bis decidit à cœpta Eclipsi. Ipse certè foras non prodij, vt viderem quid rei esset; sed qui prodiere, retulerunt minutam esse grandinem; discrimen puta non statuentes inter Meteora affinia. *M.DC.XXXIII. Dimis. Aprilis.*

Cæterùm ad constituendum tempus medium Eclipseos, Phasis 1. collata cum 19. illud exhibet hora 4. min. $37\frac{1}{2}$. Phasis 3. & medium inter 12. & 13. exhibet hora 4. min. 44. Phasis 4. & 11. hora 4. min. 44. Phasis 5. & 9. hora 4. min. 41. Phasis 6. & medium inter 8. & 9. hora 4. min. 41. Phasis denique 7. & 8. hora 4. min. $42\frac{1}{2}$. Collatio autem Phaseos 1. cum 19. idcò fortè relici potest, quòd nimia discrepantia, quam inducit reuocet in memoriam nubes præmaturè occupasse Solem circa 1. Phasin cùm neque ego aliis notaris aduertere possem inclinationem diametrorum ad verticalem, neque Socius ille satis firmiter stitisset Quadratum, vt pinnacidia debitè radios Solis exciperent. Restant itaque Phases aliæ inter quas summa discrepantia non est tribus minutis maior. Quocirca medium repositum hor. 4. min. $42\frac{1}{2}$. & aberrare sesqui-minuto à vero non potest & cadit optimè inter duas Phaseis 7. & 8. in qua vtraque exhibita est quantitas maxima Eclipseos. Fuerit proinde subductione facta à fine, & re perinde habita, ac si incidentiam non superarit Emersio (cùm potuerit tamen minutis duobus aut tribus)

Dimidia duratio hor. 1. min. $2\frac{1}{2}$.
Tota duratio hor. 2. min. 5. Atque adeò
Principium Eclipseos hor. 3. min. 40.
Medium hor. 4. min. $42\frac{1}{2}$.
Finis hor. 5. min. 45.

Et defectus Quantitas Digitorum 8. min. 18. Qualem exhibere heic placet, prout etiam obseruata est, nisi quòd Circulum non distinguo in gradus, cùm ex abaco superioris paginæ



intelligere liceat Inclinationem Diametrorum ad verticalem fuisse graduum proximè 67. & à radice Digiti primi defecisse hinc inde ex circumferentia gradus proximè $72\frac{1}{2}$.

Notandum verò inter Phases 7. & 8. prætercurrisse quidem nubes aliquas, sed per id interstitium defectum, quantum coniicio nihilo fuisse factum auctiorem. Si forte fuit summus defectus non videtur tamen excessisse digitos 8. min. 20.

Ecce tescio quid obseruatum circa Eclipsin nuperam, à Viris illis eximis, meique amantissimis Nicolao Fabricio, & Iosepho Galterio. Nempe vterque retulerunt obseruatum fuisse illius

Initium, alto adhuc ☉ 32. grad. paucis min. plus vel minùs hoc est hora 3. min. 29.
Finem, alto adhuc ☉. 8. grad. 40. min. hoc est hora 5. min. 41.
Quantitatem verò defectus fuisse 8. digit. 48. min. quoniam diametro circuli, quo radij

M.DC.XXXIII *Diuia, Aprilis.*

Solis Telescopio traiecti excipiebantur, diuisa in particulas 60. superfuerunt solùm illustratæ in summo defectu particulæ 16.

Vidi etiam literas Antelmi Foroiuliensis, ad memoratum Fabricium scriptas, quibus ille conquestus, causatusque ventos, & pluuias, refert tamen finem Eclipseos obseruarum sibi fuisse cùm ☉ esset adhuc altus 7. grad. præcisè, idque per Astrolabium ac hora proinde

Ex literis itidem accipio scriptis ad me Parisiis, à Luillerio hanc Eclipsin fuisse obseruatam. Iis me Luillerius ineus inter cætera sic affatur. Inclusam habebis hoc fasciculo obseruationem Eclipseos Solis, quam optimus ille Mersennus attulit ad me nudius-tertius. Asseuerauit habitam fuisse ab intelligentissimo Viro, qui & idoneis organis, & diligentia præterea incredibili fuerit vsus. Sic ille; at ego coniicio Virum illum fuisse Belgrandium cum adiutore Refugiæo, quem vtrumque notum, & amicum habeo. Vtcumque sit, in huncce modum conscripta obseruatio habet.

Quamuis grando semel, nubes sæpe, & ferè semper ventus nobis, ad obseruandum Solis deliquium, quod contigit 6. Id. Aprilis anni 1633. Lutetiæ Parisiorum paratis, impedimento fuerint, quò minùs Cælum votis nostris responderet; hæc tamen animaduertere licuit. Quamprimùm ☾ discum subiisse discum ☉ deprehendimus, Solerat altus 31. grad. 27. min. cui Solis altitudini addira parallaxi 2. min. 35. sec. & subducta Refractione 1. min. 15. sec. competit hora 3. 18. min. 8. sec. Ad Eclipsis verò finem, quem tam accuratè obseruauimus quam-maximè, Sol eleuatus erat per 12. grad. min. $6\frac{1}{2}$. huic addita parallaxi 2. min. 30. sec. & dempta anaclasi 9. min. eruimus horam 5. 23. min. 12. sec. Tota igitur duratio fuit horarum 2. 5. min. 4. sec. Quod attinet quantitatem, certò scimus eam superasse sex digitos, sed quantum discernere nubes prohibuerunt. Tunc temporis subrufa erat in ☉ macula, quam vtrum tetigerit, vel etiam obtexerit Luna, nescimus; non enim omnia huius Phænomeni ab aëris iniuriis vindicare potuimus.

Oxonij in Anglia obseruauit Ioan. Baindbrige D.M. & Astron. Professor

Initium, ☉ alto 31. grad. 10. min. vnde hor. 3. min. 6.

Paulò ante Finem 14. grad. 15. min. vnde hor. 5. min. $58\frac{1}{2}$.

Ex literis Hortensij ad me 15. Septemb. 1634. altit. Poli Oxon. 51. grad. 46. min.

Enimverò quia contigit rum occultationem, tum reuelationem Maculæ illius grandioris, quæ tunc in Sole fuit, obseruari: idcircò apponere placet duo Schemata, seu duas illas Phases quibus macula & contecta est, & retecta.



Prior fuit ordine secunda, qua Macula visa est tegi parte sui superiore cùm totius crassitudinis medium abesset à limbo vicino particulis proximè 38. seu à centro circuli part. 22. Tunc autem erat iam defectus digit. 5. min. 42. perparùm certè aberat. Quod moneo, quia cùm fue-

rc

re præcisè dig. 5. min. 42. videbatur iam aliquid maculæ immersum. Deficiebant tunc vtrimque ex circumferentia grad. 58. quanta autem fuerit diametrorum ad verticalem Inclinatio subeuntes nubes inuiderunt. Hinc in hoc schemate priore eam inclinationem assumo, non quam numeris consignatam habeo, sed quam memoro prope verum ex obseruatione vsque exhibitam fuisse. Eædemmet nubes inuiderunt horam, cùm meus ille ad captandam Solis altitudinem tantillum segnis exstitisset. M. DC. XXXIX. *Decimi, Aprilis.*

Posteriot fuit ordine decima, qua Macula visa est tota emersisse, cùm esset adhuc in eadem à limbo, centróque circuli distantia. Erat tunc defectus decrescens dig. 7. min. 42. gra-



dus hinc inde deficientes ex circumferentia 68. & inclinatio diametrorum ad verticalem 107. fuit etiam tunc hora 4. min. 56. ex obseruata Solis altitudine, vt antè habetur.

Ad cæteras duas Maculas quod spectat, illæ vix conspici potuerunt, saltem posterior, seu quæ ad læuam; præcedens autem, seu quæ ad dextram neque visa est priusquam contegeretur, neque deprehensa postquam fuit retecta nisi iam procul à deliquio.

Die 9. Manè, Regnauit Corus transferens nubes. Ad horam 9. obseruaturus superioris maculæ situm, deprehendi subnatas alias, quas vnà schemate sequente repræsentare placuit. Et maximam quidem sequebantur ponè duæ, vicinior distans ab eius medio partibus proximè 6. Idque ad leuam inferioris anguli; remotior partibus 9. cùm foret situs paulò altioris. Rursus vltra Centrum sequebantur aliæ duæ & similiter oblongæ, & similiter inclinatæ. Remotior longa part. 3. lata 1. vicinior longa $2\frac{1}{2}$. lata $\frac{1}{2}$. cum limbotum interstitio part. 2. & distantia medij ipsius à maximæ maculæ medio part. 38. à superiore verò illa 32. Maxima autem, & superior distiterunt partibus 10. & à limbo illa quidem part. 30. hæc verò 35. Porrò & maximæ, seu tergeminæ pars sinistrina fuit alta 5. lata $1\frac{1}{2}$. duæ dexteriores connexæ altæ 2. & crassæ 2. crassitudo trium simul 4, nota mediam fuisse abiunctam à sinistrina, & dextrina paulò maiorem.

Cùm foret Sol eleuatus partibus Vmbræ Rectæ 780. seu 37. grad. 57. min. hoc est hota 9. min. 8. dicta diameter per eiusdem maculæ medium circumferentiam secuit in grad 120. à suptemo puncto, quare & cùm tunc angulus verticalis Solis cum Ecliptica fuerit 73. grad. 55. min. idcircò ducta linea Eclipticam referens ita se habuit in circulo. Notandum verò minorem illam duarum superiorum macularum, quæ die 6. visæ fuerant, discerni hodie non potuisse. Quin-etiam tam residua, quàm recens natæ, cæteræ ita apparuerunt obscuræ, vt nisi attendenti forent inconspicuæ.

M.DC XXXIII
Diuis, Aprilis.

Die 10. Cùm reliqua die ſuperiore ventus Corus perſeueraſſet & validus, & frigidus, viſus eſt Aparctias ſub auroram ſucceſſiſſe, & ipſe nubes transferens. Sub horam 9. duæ illæ maculæ heſternæ tergeminam pone ſequutæ non comparuerunt. Cæteræ viſæ adhuc obſcuriùs. Su-

perior diſtans ab hac tergemina part. $9\frac{1}{2}$. à limbo $23\frac{1}{2}$. aliarum duarum prope centrum, remotior à tergemina 58. vicinior 35. à ſuperiore, medio ſui interſtitio 30. illa longa 3. lata 1. hæc longa $2\frac{1}{2}$. lata $2\frac{1}{2}$. ſed ſitu alio quàm heri; nempe vt heic in circulo; niſi ſum heri hallucinatus

cinatus. Cæterùm tergemina partes omnes visæ cohærere, Sinistrina fuit alta $3\frac{1}{2}$. reliquæ $2\frac{1}{2}$. nisi quod dextrina aliquantò minor media. Crassitudo omnium simul 4.

M.DC.XXXIX. Die 11. Aprilis.

Cum foret ☉ altus partibus V.R.790. seu 38.grad.19.min.hoc est hora 9.min.9. distitit sectio diametri transeuntis per maculam & citeumferentiæ à supremo puncto grad. 112. Vnde cùm angulus Ecliptiæ & verticalis Solis fuerit 73. grad. 40. min. Idcircò Eclipticam repræsentans linea duci sic potuit, vt factum est.

Die 11. Manè, ventus remissior, neque nubes adeò frequentes tametsi vapores forent coactiores ad Occasum. Clara iam aurora distiterunt inter se

♄ & suprema frontis ♒ 300♃1770. hoc est 11. grad.min. $45\frac{1}{2}$.

Iterùm ♄ & suprema frontis 300♃1769. hoc est 11. grad. 45.min.

♄ & Cor ♒ 300♃1142. hoc est 8. grad. 14.min.

Iterùm ♄ & Cor ♒ 300♃1142. hoc est 8. grad.13. min.

Iterùm ♄ & Cor ♒ 300♃1142. hoc est. 8.grad.13.min.

Remansit adhuc Instrumentum vt superiùs.



Eadem die sub horam 9. cæteræ maculæ euanuerunt. Tergemina sola comparuit, eáque his partibus adhuc cohærentioribus, sinistrinæ altitudo fuit 3. duarum aliarum $1\frac{11}{12}$. Crassitudo trium simul 2. duarum dexteriorum paulò maior quàm sinistrinæ. Distantia medij à limbo 9. vel $9\frac{11}{12}$.

Cùm foret verò altus Sol part.865, seu 40. grad.52. min hoc est hora 9. min.24. distantia diametri maculam secantis fuit à supremo puncto secundum circumferentiam grad.107. Vnde & quia tunc angulus Ecliptiæ cum verticali Solis fuit 75. grad.16. min. ideò ducta Ecliptica per hunc circulum fuit hoc modo iam expositò.

Reliqua dies fuit varia sed satis tamen pulcra; nisi quod, vt ferè fuit diebus superioribus, meridies obscurior.

Die 12. Satis tranquillum, & serenum manè, nisi quod vapores adhuc confertiores ad Occasum, adeò vt clarescente aurora Cor ♒ corripuerint. Sub horam 9. cùm iam serenitas turbaretur, idque flante Zephyro, macula sic se habuit. Simplex apparuit vt die 1. longa part.$2\frac{1}{2}$. crassa $1\frac{1}{2}$. medio sui distabat à limbo part. 3. superiore angulo ferè 4. inferiore circiter 2. nimirum situs sic se habuit, vt depictum etiam in circulo. Videbatur iam crassior ad lævam.

Cùm verò Sol fuit altus part.V.R.785. seu 38. grad.8. min. hoc est hora 9. min.4. relata ad circumferentiam distitit à supremo puncto 108. quare & cùm angulus Ecliptiæ cum verticali Solis tunc fuerit 78.grad.14. min. patet potuisse Eclipticam, vt factum in circulo duci.

Eadem Die 12. Vesperi cùm reliquo tempore toto Cælum fuisset planè obductum, & pluisset etiam paucis guttis circiter horam 3. vespertinam; circiter tamen 8. cæpit Cælum rarescere primo ad Occasum, deinde ad Ortum. Relpergebantur autem vapores, qui Lunæ, Veneri, ac Ioui velut cincinnos affingerent. Pulcrum tamen spectaculum, cùm ☽ infimus,

succedens

M DC.XXXII succedens ♀, ſequens ☾, & imminens extremum Cornu Boreum ♉ in eadem prope recta
Dixi, April. apparuerunt. Saltem ♀ Cornu Boreum ♉ & centrum Lunæ (neque enim oculus deflexionem vllam agnoſcebat à recta; quod ad ♌ attinuit, ille ſenſibilius in Auſtrum deflectere viſus eſt. Ergo igitur quod obſeruatum, quantum per nubes, & vapores, ac montem occiduum conceſſum. Diſtiterunt

♌, & ♀ 3155—1358. hoc eſt 9. grad. min. 48$\frac{1}{7}$.
♌, & Cornu Boreum ♉ 2591+1008. hoc eſt 10. grad. 18. min.
♀ & proximus ☾ illoſtrarus margo 3155—2371. hoc eſt 4 grad. min. 10$\frac{1}{7}$.
Fuit tunc Arcturus altus ad Ortum 7250. ſeu 35. grad. 57. min. hoc eſt hora min.
♀, & Cornu Boreum ♉ 3155—1266. hoc eſt 10. grad. min. 17$\frac{1}{7}$.
Iterùm ♀ & Cornu Boreum ♉ 2868—813. hoc eſt 10. grad. 22. min. meliùs.
♀, & limbus proximus ☾ iterum 1580—813. hoc eſt 4. grad. min. 19$\frac{1}{7}$.
Idem limbus ☾ & Cornu Boreum ♉ 1884—813. hoc eſt 6. grad. min. 1$\frac{1}{7}$.
Medio tempore Arcturus altus 8250. ſeu 39. grad. 31. min. hoc eſt hora min.
♀, & Capella 2816+1110. hoc eſt 21. grad. min. 6$\frac{1}{7}$.
Cornu Boreum ☾ extremum, & Capella 2284+1110. hoc eſt 19. grad. min. 15$\frac{1}{7}$.
Arcturus tunc altus 8850. ſeu 41. grad. 31. min. hoc eſt hora min.

Inde ad probandum fidem Inſtrumenti, inter Arcturum, & Spicam ♍ 3150+2685. hoc eſt 33. grad. 2. min. Debuit 33. grad. 2. min. Bene ergo. Inter verò Arcturum, & Boream ſiniſtræ tibiæ Bootis 2273—1345. hoc eſt 5. grad. 9. min. Debuit 5. grad. 12. min. Igitur deficiunt 3. min. oeſcio an prædictis diſtantiis quæ exprimuntur per ſignum—ſint proinde 3. minuta addenda. Nota eandem diſpoſitionem Inſtrumenti fuiſſe tribus aut 4. obſeruationibus præcedentibus per Radium peractis, ſeu à die huius menſis circiter 1.

D 12 13. Flauit adhuc Zephyrus. Manè rariora nubila Cælum obduxerunt. Horis 7. 8. 9. 10. Sol variis vicibus videri ſatis liquidò potuit; ſed nullum ampliùs Maculæ veſtigium. Exinde Cælum varium, ſed magna ex parte pulcrum, à meridie etiam ſatis calidum. Veſperi inter 9. ac 10. horas pluit effuſiſſimè per dimidiam circiter horam.

D 12 14. Manè, aurorâ iam clarâ diſtiterunt inter ſe
♄, & ſuprema frontis ♍ 300+1752. hoc eſt 11. grad. min. 19$\frac{1}{7}$.
Iterùm ♄ & ſuprema frontis 300+1753. hoc eſt 11. grad. min. 39$\frac{1}{7}$.
♄ & Cor ♍ 300+1121. hoc eſt 8. grad. 7. min.
Iterùm ♄ & Cor ♍ 300+1125. hoc eſt 8. grad. 8. min.
Iterùm ♄ & Cor ♍, ſed euaneſcens 300+1121. hoc eſt 8. grad. 7. min.
Medio tempore Cor ♍, & ſuprema frontis 300+1210. hoc eſt 8. grad. 37. min. Bene.

D 12 15. Manè, ab autoræ initio, diſtiterunt inter ſe
♄, & ſuprema frontis ♍ 300+1750. hoc eſt 11. grad. min. 38$\frac{1}{7}$.
Iterùm ♄ & ſuprema frontis 300+1750. hoc eſt 11. grad. min. 38$\frac{1}{7}$.
♄ & Cor ♍ 300+1137. hoc eſt 8 grad. min. 12$\frac{1}{7}$
Iterùm ♄ & Cor ♍ 300+1134$\frac{1}{7}$. hoc eſt 8. grad. min. 11$\frac{1}{7}$. meliùs
Iterùm ♄ & Cor ♍ 300+1134$\frac{1}{7}$. hoc eſt 8. grad. min. 11$\frac{1}{7}$. Neſcio an hodie an heri aliquid in cyphris conſignandis peccarim, fortè heri.

Exinde, quia ♄ propè aceeſſit ad lineam ductam ex corde ♍ ad dextrum genu, ſeu eam Stellam, quæ depingitur in interiore dextro femore Ophiuchi; idcircò obſeruare volui vt diſtarent inter ſe
♄, & dextrum Genu Opbinchi 1388—300. hoc eſt 6. grad. 11. min.
Dextrum Genu, & ſuprema frontis ♍ 300+2550. hoc eſt 16. grad. min. 1$\frac{1}{7}$.
Dextrum genu & Cor ♍ 300+2235$\frac{1}{7}$. vel 6. hoc eſt 14. grad. 19. min. Reliqua dies ſatis ſerena, eodem venro conſtanter flante.

D 12 20. manè, cùm nubes non-nihil hiaſſent, obſeruare licuit ♄ nondum planè attigiſſe dictam rectam lineam inter Cor ♍, & dextrum Genu Ophiuchi: ſed nihil ampliùs licuit. Die 16. fuerat Cælum totum obductum ab aurora, à meridie verò ſerenari cœptum flante Coro; cuius vehementia ſequente nocte fuit inſignis, (diſiecit loco menm Quandram ē) Die 17. tota Cælum obductum, manè reliquiis Cori, poſteà ſucceſſu Africi; pluit autem, ſed leniter. Die 18. tota Cælum obductum, pluuia per vices, Africus ſemper, Die 19. idem. Ipſa Die 20. reliqua idem; oiſi quòd ſub Veſperam obſeruaui flare Eurum. Nocte ſequente vehemens pluuia, & nix proximis montibus; neſcio quo vento. Die 21. iterùm Cæli obdoctio, pluuia, nix, Africus, frigus. Nocte ſequente idem. Die 22. manè nebuloſum ſnempe vicinis montibus, ad altitudinem ferè pinnaculorum vrbis; & non ad ipſam vſque vrbem deinceps nubes, ſereuitas, pluuia, grando, omnia mixtim, ſemper Africus.

D 12 23. Manè, vdebatur flare Aparctias, ſed leniùs. Nubes rariores nunc obuelabant, nunc reuelabant Sidera, qua præſertim parte Saturnus. Is proximè quidem viſus eſt attigiſſe rectam lineam ductam ex Corde ♍ io dextrum Genu Ophiuchi, ſed quantū iudicio oculorum datum, fuit adhuc nonnihil citeriot. Portò quatenus obſeruare licuit, diſtiterunt inter ſe
♄, & ſuprema frontis ♍ 300+1680. hoc eſt 11. grad. min. 15$\frac{1}{7}$.
Iterùm ♄, & ſuprema frontis 300+1680. hoc eſt 11. grad. min. 15$\frac{1}{7}$.
♄ & Cor ♍ 300+1091. hoc eſt 7. grad. 56. min.
♄, & dextrum Genu Ophiuchi 1410—300. hoc eſt 6. grad. 22. min.
Ipſum verò Genu dextrum Ophiuchi & Cor ♍ 300+1237. hoc eſt 14. grad. mio. 19$\frac{3}{7}$. incertum

certum tamen propter nubes, quæ intempestiuè subierunt.

M.DC.XXXIII *Diuis, Aprilis.*

Iterùm, Genu dextrum Ophiuchi & Cor ♌, idque paulò tutiùs, tametsi iam obstitit multum nimia auroræ claritas 300+2131½. hoc est 14. grad. 18. min.

D 12 24. Manè, cùm die superiore ab aurora in meridiem citeriter Cælum fuisset varium, & maxima parte serenum, exinde tamen obductum magis; cœperat paulò ab hora 4. primùm pluere paucis guttis, ac deinde grandinare, seu ningere vetiùs nive conica, hæc fuit forma, & quantitate illi simili, quam in Epistola ad Mersennum descripsi. Decidit autem mista pluviæ, seu nimbo validissimo, eùm recideret iterùm, tertióque. Non attendi tunc ad ventum, sed post vnam circiter horam flare Africum obseruaui. Intio noctis fulguruit, tonuitque aliquoties. Cælum obductum penitùs, ac etiam media decima, cùm cœpi somno eodem sopiri. Hoc manè nubes dehiscentes, vix semel, ac iterùm videre Stellas permiserunt. Et Saturnus quidem visus est non-nihil superasse prædictam tectam lineam; sed vereor ne nubes interpositæ, & auroræ claritas dubium fecerint oculorum iudicium. Postrò in transcursu, distitetunt inter se

♄, & dextrum Genu Ophiuchi 1422—300. hoc est 6. grad. min. 22½.

♄ & Cor ♌ 300+1078½. hoc est 7. grad. min. 52½.

D 12 25. manè. Eadem, & maior nubium importunitas. Die superiore Cælum serenatum ab exortu Solis pulcherrimum fuerat ad horam vsque circiter 9. Sol tum visus immaculatus. Turbari ex eo tempore magis, magisque cœperat, adeò vt ab hora pomeridiana circiter 1. in 3. fetè pluerit, sed leniter, Africo flante, & donec Iris apparuit supernè manea per quadrantem horæ. Nubes tunc Euro agebantur, etsi post sesqui-horium Zephyrus successerit. Cælum tunc visum serenari; verumtamen non longè post, ac deinceps, obductum totum. Hoc manè, semel dumtaxat videre simul Genu Ophiuchi, Saturnum, & Cor ♌ licuit. Tunc etiam visus adhoc Saturnus superasse non-nihil lineam inter Stellas extremas ductam. Sed quod in transcursu, nihil adhuc pronuncio. Nubes Coro agebantur. Dum tegerentur cætera, accepta est raptim, & obseruata distantia

Inter duo Genua Ophiuchi 1988—300. hoc est,

Ac paulò post raptim

Inter ♄ & dextrum Genu 2016—300. hoc est,

Et posteà aurora iam multùm inclarescente

Inter ♄ & Cor ♌ 300+1070. hoc est,

Sed nempe prætet claritatem qui vapores obtendebantur cordi ♌ adeò erant densi, vt non-nisi ægerrimè deprehendi potuerit. Quare nihil valde exquisitum comparuit Luna aliquoties, sed adeò malignè, vt collineare ad illam non licuerit.

Eadem die discessi Dinia Aquas-Sextias circiter horam matutinam 10. Cælo obducto, ac penè pluuio. Cùm forem medio itioere Diniam inter, & *Vallem-Solis* pluit satis validè per quadrantem horæ, flante Coro. Non pluit deinceps quà incedebam, sed varios circùm nimbos nunc simul, nunc successiuè ingruentes obseruare licuit. Ab hora 5. apparuit Iris, tametsi dextro tantùm cornu per horam circiter dimidiam. Cœperat iam Cælum variè serenari, factúmque est penitùs sudum tota penè nocte sequente.

D 12 26. Cælum manè serenum. Nubila rara ab hora 9. Ea sub meridiem facta sunt densiora, sub horam 4. penitùs densa. Tota deinceps nox obscura tametsi Coro semper flante.

D 12 27. Aquis-Sextiis Cælum varium; sed flabat iam Africus. Vesperi Mercurium detegere licuit inter nubeis occiduas: Venus etiam longè altissima visa, & inpiter depressior, deflectensque in meridiem à ducta ex ☿ in ♀ linea; cùm esset à Mercurio citeriter trientem minùs quàm à Venere distans.

D 12 28. Vesperi, Aquis-Sextiis. Cùm ex die vsque superiore facta esset spes obseruandi Mercurij; animum idcircò ad hoc appuli. Itaque benignissimo exceptus hospitio memorati Fabricij, Fulcrum, quo ille vri soler gestando Telescopio, aptaui qua licuit fenestræ occiduæ, cui altitudo ædium vicinarum præripit supra horizontem circiter 8. aut 10. gradus. Vsurpaui aliuode Radium prædicti Galterij, cuius longitudo pedum Parisinorum 4½. ac paulò ampliùs sic diuisa est in particulas 1000. vt vnaquaque subdistincta oculo in denas fiant 10000. Transuersale verò capiat ex eisdem, & quidem vtrimque 2900. pinnacidia, & cætera ita composui, vt in meo. Facto ergo Crepusculo, & ex quo tum ♃ primùm, tum deinde ☿ fuere conspicabiles, distiterunt inter se

♃, & ♀ 2800+1240. hoc est 22. grad. min. 42½.

Iterùm ♃, & ♀ 2800+1237. hoc est 22. grad. min. 41½.

☿, & ♀ 2800+2555. hoc est 29. grad. min. 58½.

☿, & ♃ 190+1183. hoc est 7. grad. 50. min.

☿, & Aldebaran 190+2100. hoc est 12. grad. 57. min.

♃, & Aldebaran 190+830. hoc est 5. grad. 50. min.

♃, & Cornu Borcum ♉ 777+2140. hoc est 16. grad. min. 51½.

♀, & Aldebaran 2570+2140. hoc est 21. grad. 0. min.

♀, & Cornu Borcum ♉ 190+1002. hoc est 6. grad. min. 48½.

Iterùm ☿, & ♀ 2670+2688. hoc est 29. grad. min. 59½. Ita suspicor; etsi raptim ☿ iam depresso ad 10. grad. numeros consignans scripserim 2570. pro 2670.

Iterùm ☿, & ♃ 190+1181. hoc est 7. grad. min. 49½.

M DC.XXIII *Agnus-Sextyi, Maio.*

Iterùm ☿, & ♃ 1545—2688. hoc est 22. grad. min. 42½.
Exinde ad probandum ſidem Inſtrumenti, inter humerum dextrum Orionis, & Procyonem, 2215—1420. hoc eſt 26 grad. min. 5 11/12. Debuit 26. grad. 5. min. Differentia ergo min. 2½. amplius.
Inter humerum dextrum & Syrium 2392—2420. hoc eſt 27. grad. min. 3½. Debuit 26. grad. 58. min. Differentia min. 5½. amplius.
Inter Procyonem, & Syrium 2155—2392. hoc eſt 25. grad. 36. min. Debuit 25. grad. 41 11/12. Differentia min. 5½. minùs.
An hæc diſcrepantia ſecundum minùs ex eo contigit quòd alterum pinnaculdium non-nihil deſluxerit; an ob vapores, qui Syrium obſidebant? an quod non ſatis attenderim? Exſpectandi dies ſequentes, ſlabat adhuc Africus; ſed nubeis tatiùs, bona ſorte qua parte ſpectabam Planetas, quàm reliquo Cælo propelleus.

Die 30. (ſcilicet 29. ſtante ſemper Africo, nubes penitus obſtitere) ſtatim ac videri potuerunt ♃, & ☿, obſervati ſunt inter ſe diſtare
♃, & ♀ 2702—1602. hoc eſt 24. grad. 12. min.
Iterùm ♃, & ♀ 2700—1610. hoc eſt 24. grad. min. 15½.
☿, & ♃ 2700—1770. hoc eſt 5. grad. min 4½.
Iterùm ☿, & ♃ 2700—1768. hoc eſt 5. grad. 5. min.
☿, & ♀ 2700—2374. hoc eſt 28. grad. 28. min.
Iterùm ☿, & ♀ 2700—2378. hoc eſt 28. grad. 29. min.
☿, & Aldebaran 2700—834. hoc eſt 10. grad. min. 20½.
Iterùm ☿ & Aldebaran 2700—835. hoc eſt 10. grad. min. 23½.
☿, & Cornu Boreum ♉ 2700—864. hoc eſt 20. grad. 3. min.
Iterùm ☿, & Cornu Boreum ♉ 2700—865. hoc eſt 20. grad. 3. min.
♃, & Aldebaran 2700—1668. hoc eſt 5. grad. min. 38½.
♃, & Cornu Boreum ♉ 2700—255. hoc eſt 16. grad. 34. min.
♀, & Cornu Boreum ♉ 2700—1135. hoc eſt 8. grad. 37. min.
♀, & Cornu Auſtrinum ♉ 2700—1220. hoc eſt 8. grad. min. 9½.
♀, & Lucida pedis ♊ 1118—1354. hoc eſt 19. grad. min. 37½.
Exinde inter Procyonem, & humerum dextrum Orionis 2700—1950. hoc eſt 26. grad. min. 8½. Debuit 26. grad. 3. min. Differentia min. 5½. amplius. Sed incertum tamen ob nubes, quæ intempeſtiuè humerum dextrum obtexerunt, ſtare Cornu iam cœperat.

MENSE MAIO, Die 1. Veſperi, ſtante Coro, & nubes rariores agente, Diſtiterunt inter ſe, ex quo primùm tum ♃, tum ☿ conſpecti ſunt
♀, & ♃ 2705—1726. hoc eſt 23. grad. min. 55½.
☿, & ♀ 2705—2206. hoc eſt 27. grad. min. 55½.
☿, & Aldebaran 785—998. hoc eſt 10. grad. 11. min.
♃, & Aldebaran 2728—1708. hoc eſt 5. grad. 34. min.
♃, & Cornu Boreum ♉ 2705—2101. hoc eſt 27. grad. min. 0½.
♀, & Cornu Boreum ♉ 2705—978, hoc eſt 9. grad. 33. min.
♀, & Procyon 2705—2732. hoc eſt 30. grad. 25. min.
Iterùm ♀ & Procyon 2705—2718. hoc eſt 30. grad. min. 23½. meliùs
Exinde inter Procyonem, & humerum dextrum Orionis 2705—1917. hoc eſt 25. grad. 59. min. Debuit 26. grad. 3. min. minùs. Differentia 4. min. Notandum eandem fuiſſe Radij contutionem, quæ fuerat diebus ſuperioribus: ſed fortaſſis cylindruli pinnacidiorum meliùs habuere.

Die 2. Flabat adhuc Corus, ſed leuiùs, atque idcircò emouens, diſcutienſque nubes tanta tarditate, vt ſectanti, & obſeruanti ſedulò Planetas, apparuerint ſolùm diſtare
♀, & Procyon 2700—2595. hoc eſt 29. grad. 39. min.
☿, & ♃ 2700—2122. hoc eſt 3. grad. min. 7½. Fuit iam ☿ ſenſibiliter ſupra horizontem Iouc eleuatior.

Die 3. Veſperi, ſtante Coro, ſed leuiter, ac niſi ſub Obſeruationis finem nubeis confertas non propellente, Diſtiterunt inter ſe, ex quo primùm conſpice. e tum Iouem, tum ☿ licuit,
♀, & ♃ 2700—1010. hoc eſt 26. grad. min. 28½.
Iterùm ♀, & ♃ 2700—1002. hoc eſt 26. grad. 26. min.
☿, & ♀ 2700—1970. hoc eſt 26. grad. min. 15½.
Iterùm ☿, & ♀ 2700—1970. hoc eſt 26. grad. min. 15½.
☿, & ♃ 2700—2163. hoc eſt 2. grad. min. 54½.
Iterùm ☿, & ☉ 2700—2163. hoc eſt 2. grad. min. 54½.
☿, & Cornu Boreum ♉ 1383—1272. hoc eſt 15. grad. min. 7½.
Iterùm ☿, & Cornu Boreum ♉ 1383—1272. hoc eſt 15. grad. min. 7½.
☿, & Aldebaran 2700—1226. hoc eſt 8. grad. min 7½.
☿, & Cornu Auſtrinum ♉ 1383—1730. hoc eſt 17. grad. min. 42½.
♃, & Cornu Boreum ♉ 1383—1403. hoc eſt 15. grad. min. 51½.
♃, & humerus dexter Orionis 2700—1892. hoc eſt 25. grad. min. 49½.
♃, & Cornu Auſtrinum ♉ 1383—1612. hoc eſt 17. grad. 3. min.

M DC LXXXII *Aqua - Sex. 191, Maio.*

☿, & Cornu Boreum ♉ 2700—664. hoc eſt 11. grad. 18. min.
☿, & humerus dexter Orionis 2700+862. hoc eſt 20. grad. 3. min.
Exiode inter humerum dextrum Orionis & Procyonem 2700+1910. hoc eſt 25. grad. 58. min. Debuit 26. grad. 3. min. Differentia 5. min. minùs.

Notandum, cùm depoſuiſſem Radium, & ex obſeruatorio in cubiculum tranſtuliſſem obſeruaſſe me dextrum pinnacidium quod fixum habueram ſupra 1700. non illic loci conſtare, ſed ſupra 1720. Neſcio an inter obſeruandum, an inter tranſferendum Radium emotio facta fuerit. Ad quas autem diſtantias illud vſurpauerim, memini eſſe babiam bis inter ☿, & ♃, ac inter ☿, & Aldebaran. Aliunde verò hæc eadem inter ☿, & Aldebaran ex eo non eſt valdè tuta, quòd explorari ſatis conſtanter noo poruerit ob occultatiooem tum Aldebaran præter ædeis tum ☿ præter nubeis,

D 12 4. Veſperi, interturbàrunt ſæpiùs nubes propellente Africo quateous autem præſtare licuit, Diſtiterunt inter ſe
♀, & ♃ 2700+2135. hoc eſt 27. grad. min. $9\frac{3}{11}$. ſubiere præpropere nubes, ♀ tunc alta. 36. grad.
☿, & ♀ 2700+1860. hoc eſt 25. grad. min. $38\frac{4}{7}$. & heic etiam iotempeſtiuè ſucceſſere nubes.
♀, & ♃ 2700+2138. hoc eſt 27. grad. mio. $10\frac{3}{7}$. meliùs quam antè.
♀, & Procynn 2700+2340. hoc eſt 28. grad. miu. $16\frac{1}{6}$.
☿, & ♀ iterùm 2700+1862. hoc eſt 25. grad. min. $39\frac{1}{7}$.
☿, & ♃ 2700—2108. hoc eſt 3. grad. 12 min.
☿, & Capella 2700+1535. hoc eſt 23. grad. 50. min.
♃, & Capella 2700+2092. hoc eſt 26. grad. min. $55\frac{1}{7}$.
☿, & Cornu Boreum ♉ 1451+932. hoc eſt 13. grad. mio. $34\frac{1}{7}$. ſed ſtatim, ac priuſquam rem planè comprobaſſeio, ſubiere nubes.
♀, & humerus dexter Orionis 2700+922. hoc eſt 20. grad. min. $22\frac{1}{7}$.
♀, & Cornu Boreum ♉ 1889+310. hoc eſt 12. grad. min. $31\frac{2}{7}$.
Exinde, inter Π ſeu Caſtorem, & Pollucem 2700—1860. hoc eſt 4. grad. min. $34\frac{1}{7}$. Deboit 4. grad. 32. min. Differentia min. 1. $\frac{1}{7}$. ampliùs. Notanduoi Radium ab initio in eadem fuiſſe conſtitutione.

D 12 5. Veſperi, ex quo videri tum ♃, tum ☿ ptimùm poruerunt (videlicet purior ſetenitas fuit, nubibus per Corum abactis, crſi is flabat ſeoiter) Diſtiterunt inter ſe
♃, & ♀ 2700+2270. hoc eſt 27 grad. 54. mio.
☿, & ♀ 2700+1758. hoc eſt 25. grad. min. $4\frac{5}{6}$.
Iretùm ☿, & ♀ 2700+1762. hoc eſt 25. grad. 6. min.
♃, & ♀ iterùm 2700+1270. boc eſt 27. grad. 54. min.
☿, & ♃ 1700—1988. boc eſt 3. grad. 52. min.
Iterùm ☿, & ♃ 2700—1987. boc eſt 3. grad. min. $52\frac{1}{7}$.
♃, & Capella 2700+2080. boc eſt 26. grad. min. $51\frac{1}{7}$.
Iterùm ♃, & Capella 2700+2075. hoc eſt 26. grad. 50. min. idque meliùs
♃, & humerus dexter Orionis 2700+1836. hoc eſt 25. grad. min. $30\frac{4}{7}$.
☿, & humerus dexter Orionis 2700+1868. hoc eſt 25. grad. min. $41\frac{1}{7}$.
☿, & Capella 2700+1415. hoc eſt 23. grad. min. $9\frac{4}{7}$.
Inde tranſlato Inſtrumento in ſuperius Solarium; ſed vnde arcta nimis feoeſtra verſus Occaſum reſpicit, depreſſo iam penè ad horizontem Ioue,
☿, & ♃ iterum 2700—2020. hoc eſt 3. grad. min. $41\frac{1}{7}$.
☿, & Cornu Boreum ♉ 2700—550. hoc eſt 11. grad. min. $57\frac{3}{7}$. nimia Inſtrumenti vaeillatio.
Tum reducto adhue Inſtrumento in Obſeruatorium inferius,
♀, & humerus dexter Orionis 2700+1213. boc eſt 27. grad. 35. min.
♀, & Pollux, ſeu inter Cap. Π 2113+992. hoc eſt 17. grad. 35. min.
Exiode, inter Caſtorem, & Pollucem, ſeu Π 2700—1860. hoc eſt 4. grad. min. $34\frac{2}{7}$. Debuit 4. grad. 32. min. Differentia min. $2\frac{2}{7}$. ampliùs. Inter verò Pollucem, & Procyonem 2700+1327. hoc eſt 22. grad. 40. min. Debuit 22. grad. 44. min. Differentia 4. min minùs.

D 12 6. Veſperi, claro item Cælo, & ex quo primùm tum ♃, tum ☿ detecti ſunt, Diſtiternot inter ſe
♃, & ♀ 2700+2397. hoc eſt 28. grad. min. $35\frac{1}{7}$.
Iterùm ♃, & ♀ 2700+2393. hoc eſt 28. grad. 34. min.
☿, & ♃ 2700—1823. hoc eſt 4. grad. min. $46\frac{2}{7}$.
Iretùm ☿, & ♃ 1700—1825. hoc eſt 4. grad. 46. min.
♃, & Capella 2700+2062. hoc eſt 26. grad. min. $45\frac{1}{7}$.
Iterùm ♃, & Capella 2700+2062. hoc eſt 26 grad. min. $45\frac{1}{7}$.
♃, & humeros dexter Orionis 2700+1798. hoc eſt 25. grad. 18. min.
Iterùm ♃, & humerus dexter Orionis 2700+1799. hoc eſt 25. grad. min. $18\frac{1}{7}$.
Inde tranſlato Organo ſurſom, vnde videri poſſet Mercurius, quem vicinæ domus paries obtegebat 10. adhuc gradibus altum.
☿, & ♀ 2700+1662. hoc eſt 24. grad. min. $32\frac{6}{7}$.
Iterùm ☿ & ♀ 2700+1665. hoc eſt 24 grad. min. $35\frac{1}{7}$.

M DC XXXIII Aſpic. Sext. 19. Maio.

☿. & Capella 2700+1288. hoc eſt 22.gtad.27.min.
Iterùm ☿. & Capella 2700+1286. hoc eſt 22.grad.26.min.
☿. & Cornu Boreum ♂ 2700—784. hoc eſt 10.grad.min.37½.
Iterùm ☿. & Cornu Boreum ♂ 2700—787. hoc eſt 10.grad. min. 36½.
☿. & humerus dexter Orionis 2700+1692. hoc eſt 24. grad. min. 42½.
Iterùm ☿. & humerus dexter Orionis 2700+1700.hoc eſt 24.gtad.min.46½.meliùs.
Rurſus relato deorſum Inſtrumento,vbi & amplitudo feneſtræ opportuna , & fulcrum magis appoſitum,ex quo tutiores obſeruationes.
♀. & Procyon 2700+1083. hoc eſt 26. grad.min.52½.
Iterùm ♀ & Procyon 2700+1087. hoc eſt 26. grad.54.min.
♀ & Pollux 1550+1375. hoc eſt 16.grad.min.18½.
Iterùm ♀ & Pollux 1550+1372.hoc eſt 16.grad.min.37½.
Exinde inter Caſtorem,& Pollucem 2700—1860. hoc eſt 4. grad. min.34½. Debuit 4. grad. 32. min. Differentia min.2½. ampliùs. Inter verò Procyonem, & Polluccm 2700+1323. hoc eſt 22.grad.39.min. Debuit 22. grad. 44. min. Differentia min. 5. minùs. Nota cùm ♐ occubuit fuiſſe illi ☿ propemodum perpendicularem.

Die 7. Veſperi,Cælo aliàs valde ſereno,ſed ad horizontem occiduum vaporibus conſito , neſcio an propter calores , qui cœpti ab aliquot diebus ſenſibiles vircis hodie aſſumpſerunt ; ſtatim atque conſpecti ſunt ♐ primùm,ac deinde ☿ & conſequente tempore , donec ☿ 10. adhuc gradibus altus præter muros eſt conditus, & exorta nubila obſeruationem auerterunt, Diſtitermt inter ſe
♐ & ♀ 2706+2555. hoc eſt 29.grad. 20. min.
♐ & Capella 2700+1042. hoc eſt 26, grad.39.min.
Iterum ♐ & Capella 2700+1040. hoc eſt 26. grad.min.38½.
☿ & Capella 2700+1197. hoc eſt 21. grad.nun.56½.
Iterum ☿,& Capella 2700+1195. hoc eſt 21. grad.min.55½.
☿ & ♐ 2700—1652. hoc eſt 5. grad.min.43½.
Iterum ☿ & ♐ 2700—1655. hoc eſt 5.grad.min.42½.
♐ & ♀ ſed minus tutò 2700+2524. hoc eſt 29. grad.min.16½.
♐ & humerus dexter Orionis 2700+1772. hoc eſt 25.grad min.9½.
Iterùm ♐ & humerus dexter Orionis 2700+1774.hoc eſt 25.grad.min.10½.
☿ & humerus dexter Orionis 2700+1546. hoc eſt 23.grad.54.min.
Iterum ☿ & humerus dexter Orionis 2700+1549.hoc eſt 23.grad. 55.min.
☿ & ♐ 2700+1600.hoc eſt 24. grad.12.min.
Iterum ☿ & ♐ 2700+1596. hoc eſt 24.grad.min.10½.
♀ & Procyon 2700+1983.hoc eſt 26.grad.min.19½.
♀ & Pollux 1655+1125. hoc eſt 15. grad.49. min. Sed hoc non ſatis tutò propter ſuborta nubila.quæ obſtiterunt eſiam ne accipi aliquæ poſſent Fixarum inter ſe diſtantæ.

Die 8. Veſperi , pulcherrimo Cælo , idque poſt diurnos calores pro tempeſtate eximios , diſtiterunt inter ſe ex prima tum ♐ tum ☿ apparitione.
♐ & ♀ 2700+2660. hoc eſt 30. grad. min.0½.
Iterùm ♐ & ♀ 2700+2658. hoc eſt 30. grad. min.0½.
☿ & ♐ 2700—1483. hoc eſt 6. grad. min.40½.
Iterùm ☿ & ♐ 2700—1481. hoc eſt 6. grad.41. min.
♐ & Capella 2706+2035. hoc eſt 26. grad. min.36½.
Iterùm ♐ & Capella 2700+2035. hoc eſt 26. grad. min.36½.
♐ & humerus dexter Orionis 2700+1742. hoc eſt 24. grad.min.59½.
Iterùm ♐ & humerus dexter Orionis 2700+1741. hoc eſt 24. grad. min.59½.
☿ & ♐ elabens 2700—1495. hoc eſt 6. grad. min.36½.
☿ & humerus dexter Orionis 2700+1405. hoc eſt 23. grad. min.6½.
Iterùm ☿ & humerus dexter Orionis 2700+1403. hoc eſt 23. grad. min.5½.
☿ & ♀ 2700+1525. hoc eſt 23. grad. min.46½.
Iterùm ☿ & ♀ 2700+1522. hoc eſt 23. grad. min.45½.
☿ & Capella 2700+1134. hoc eſt 21. grad. min.34½.
Statim, cùm ☾ foret alta margine ſupremo grad. 46. min. 0. ipſe ſuprenus margo ☾ fuit intecta linea à ♂ in Spicam ♍ concepta. Subinde verò diſtiterunt

☾ margine occiduo ſeu propinquo, & ♂ 2000+899. hoc est 16 grad. min. 26$\frac{1}{2}$.
☾ eodem margine, ſed remoto; & Spica ♍ 2000+1573. hoc est 20. grad. 15. min.

Medio tempore ☾ fuit alta Quadrante 46. grad. 20. min. & Spica ♍ Aſtrolabio 33. grad. 40. min. hoc est hora min. Et illicò pòſt, ſeu ☾ alta eodem margine 46. grad. 55. min. Spica 34. grad. 20. min. hoc est hora

☾ margine ſupremo, ſeu remoto & occidua ala Corui 2000+771. hoc est 15. grad. 45. min.

Spica ♍, & prædicta ala Corui 2000+1163. hoc est 17. grad. min. 56$\frac{1}{2}$. Debuit 17. grad. 56. min. Conſequenter autem

♃ & Capella 2900+1804. hoc est 26. grad. 24. min.
♃ & Procyon 2900+1642. hoc est 25. grad. min. 29$\frac{1}{2}$.
♃ & Pollux 2900+455. hoc est 18. grad. min. 46$\frac{1}{2}$.

Procyon, & Pollux 2900+1145. hoc est 22. grad. min. 42$\frac{1}{2}$. Debuit 22. grad. 44. min.

Perſcriptum est Romæ Die 9. ſic grandinaſſe, vt præter Vrbis mœnia grandinis nihil deciderit, lapides verò grandinei magnitudine nuces adæquârint.

Die 10. Vesperi. Cùm Cælum die ſuperiore fuiſſet varium, & maxima parte turbidum; toto hoc die fuit pulcrius, nubilia puta rarioribus, tenuioribuſque interſperſum. Ante finitum porrò Crepuſculum diſtiterunt inter ſe

♂ & Cor ♌ 1379+1741. hoc est 17. grad. min. 43$\frac{1}{2}$.

♂ &c

♂ & Cauda ☋, 1379+615. hoc est 11. grad. min. 25$\frac{1}{2}$. M.DC.XXXIV *Aqua-Sex-tyi, Iunio.*
♂ & quæ supra genu postremum ☋, 1150—970, hoc est 1. grad. min. 1$\frac{1}{2}$.
Non longè post, & cùm Spica ♍ foret iam alta 34. grad. o. min. essetque proinde hora
☾ margine proximo, & Spica ♍, 2000—1128. hoc est 4. grad. 52. min.
☾ margine eodem scilicet occiduo & occidua ala Corui 1900+871. hoc est 21. grad. min. 8$\frac{11}{12}$.
Spica ♍ & occidua ala Corui 2000+1160. hoc est 17. grad. min. 55$\frac{1}{2}$. Debuit 17. grad. 56. min. Consequenter verò
♌ & Pollux 2900+395. hoc est 18. grad. 26. min.
♌ & Capella 2900+1837. hoc est 26. grad. 35. min.
♌ & Procyon 1900+1596. hoc est 25. grad. min. 14$\frac{1}{2}$. Exinde
Procyon, & cor Hydræ 1900+2515. hoc est 30. grad. min. 17$\frac{1}{2}$. Debuit
Procyon, & Pollux 2900+1151. hoc est 22. grad. min. 44$\frac{1}{2}$. Debuit
Castor, & Pollux 2000—1180. hoc est 4. grad. min. 34$\frac{1}{2}$.

Die 13. & 14. Vesperi & Manè. Fuerat Cælum Diebus 11. & 12. varium, sed maxima parte nubilosum, idque præsertim Vesperi, flante Africo. Successit Corus, quo etiam per vices pluit. Ipsa die 13. Sub Vesperam attendere volui ad transitum ☾ prope Cor ♏; verùm nubes adeò confertæ transitæ sunt, vt totum exortum & meridiem continuè occupauerint ad mediam vsque circiter noctem. Tunc interuidere Lunam licuit, factis quibusdam nubium, qua lucebat, hiatibus, sed prætergressa iam visa est Stellæ longitudinem, cùm parum omniò abesset à perpendiculo illius.

Porrò cùm ☾ visa est attigisse suo centro verticalem Cordis ♏ (inferior videlicet) ipsum Cor ♏ fuit altum gradibus 21. min. o. & Spica ♍ alta ad occasum gr. 19$\frac{1}{2}$. (vtraque Stella Astrolabio) ac proinde hora 11. min. 54. Tum verò distiterunt
☾ margine suprema, & Cor ♏ 1967—1818. hoc est o. grad. min. 49$\frac{1}{2}$.
Post margo ☾ occiduus visus est attigisse perpendiculum, seu verticale Cordis ♏ altis existentibus Corde quidem ♏ grad. 22. Spica verò grad. 25. seu hora o. min. 13. à media nocte, qua cœpit Dies 14. Tum autem distiterunt inter se
☾ margine propinquo & Cor ♏ 1967—1894. hoc est o. grad. min. 24$\frac{1}{2}$. vel o. grad. min. 50$\frac{11}{12}$.

Menge Iunio, Die 5. Manè. Qui ventus Corus flârat temissior diebus 12. & 13. Maij, is factus est vehementissimus diebus 14. 15. & 16. Die 17. Ventus remisit impetum, & aër incaluit. Diebus 18. 19. & 20. leuis Eurus, calor, serenitas, nubila per vices. Die 21. pluit, fulgurauit, tonuit à meridie. Die 22. ante meridiem, & sub Vesperam eximius calor, à meridie tonitrua crebra, & valida, itémque pluuia cum grandine. Die 23. circa horam 3. vespertinam leuiter tonuit, pluitque; sed nempe in vrbe; cùm aliunde ea fuerit fluuioli arcus exundatio, vt penè ad originem; & qua nullus esse solet & lecticam Mareschalli Vitræi subuerterit, & duas puellas cũ puero à cubiculis submerserit. Die 24. leniter pluit, sed nihil, tonuit. Die 25. leuiter tonuit, sed nihil pluit. Die 26. nec pluit, nec tonuit, sed Cælum variũ, calor moderatus, Venti semper Orientales. Die 27. penè tota Cælum obscurum etiam manè, adeò vt explorare non licuerit an ☿ conspici posset. Die 28. serenum manè; sed ☿ non comparuit. Ab hora circiter 10. in sextam vesperti nam pluit. Exinde Diebus 29. 30. & 31. & vsque ad meridiem Diei primæ huius mensis continenter ferè pluit. Venti semper Orientales, hoc est nunc Eurus, nunc Cæcias, sed sæpiùs Vulturnus. Visum est ergo Cælum serenari circiter meridiem Diei primæ; verùm sub horam tertiam obductum est iterum Cælum, pluitque exinde ferè continenter & reliqua die & Die 2. & Die 3. ad ipsum vsque noctis initium. Sub horam nonam vespertinam nubila tatiora sunt facta, Lunáque potuit, malignè licet, transmittere radios. Sub horam 10. attenuatis adhuc magis nubilis, citcumposita fuit Lunæ Halos, ac supernè potissimum; ex quo spes facta serenitatis. Videbantur nubes agi Cæcià. Die 4. Cælum satis pulcrum, reuixitque calor, qui pluuiis superioribus exstinctus penè fuerat. Manè tamen attendere ad ☿ non licuit propter nubila ortum occupantia. Sequuta nox serena est. Hinc expergefactus manè non multùm ab hora 2. huius Diei 5. conscendi in Obseruatorium, quod supra tectum domus suæ noster ille Fabricius me non inuito construi curauit. Ex eo tum reliquus horizon satis liber conspicitur, rum qua parte debuit ante Solem exoriri ☿ ad 3. vsque gradum patet. Imaginatus ergo ☿ constituere prope debete triangulum æquicrurum cum Medusæ capite, & lucida ♈ circiter eum locum assiduè attendi. Aduocatus etiam Corberanus est; sed neuter toto mane spectantes detegere ☿ potuimus. Porrò cùm Cælo reliquo minores Stellæ iam disparuerint, & ♑ foret adhuc altus gradibus circiter 11. venatus sum illius locum, manente eo Radij situ, qui in posterè habitis obseruationibus fuerat. Itaque distiterunt inter se
♑ & dextrum femur internum Ophiuchi iam euanescens 2000—565. hoc est 8. grad. min. 4$\frac{1}{2}$. dubito.
♑ & lucida in humero sinistro ↔ penè euanescens 2900+553. hoc est 19. grad. min. 2$\frac{1}{2}$.
Reliqua dies fuit serenissima, Coro lenissimè spirante.

Die 6. Manè, sereno Cælo, & aura non magna, obseruaturus adfui ab hora vsque secunda & quia tunc nullum vestigium auroræ adhuc apparebat, Radium ad ♑ applicui, distiterunt ergo inter se
♑ & dextrum femur internum Ophiuchi 2000—578. hoc est 8. grad. o. min.

M.DC.XXXIV. *Aqua-ſextij, Iunio.*

♄ & Poples ſiniſter Ophiuchi 2000—1053. hoc eſt 17. grad. min. 19½.
♄ & lucida in humero ſiniſtro ↦ 2900—567. hoc eſt 19. grad. 25. min.

Inde à nata vſque aurora & quouſque ſummè inclaruit, deletaque ſunt tam Meduſæ, quàm Arietis capita, altiſſimùm iam ſubuecta, Corberanus, & ego comminùs nunc vterque, nunc alter in ortum reſpectauimus explorantes ☿; at ille fuit inconſpicuus. Interea verò quia memini ex Lunæ vſque tranſitu propè Stellas pedis Ophiuchi Menſe Auguſto anni 1630. Eas Stellas neque habet in Tychonis Catalogo, neque in Globo ritè collocati, ea propter cùm illæ forent iam conſpicuæ venati earum loca volui, ac potiſſimum infimæ illius, & præ cæteris lucidæ, ad quam, neque iniuriâ etedidi Lunam tum appuliſſe. Itaque ad ☿ attendente Corberano, diſtiterunt inter ſe

Infima, & præ cæteris lucida circa poplitem dextrum Ophiuchi, & dextrum femur internum Ophiuchi 2900—1134. hoc eſt 19. grad. min. 42½.
Eadem, & ſiniſter humerus ↦ 2900—847. hoc eſt 21. grad. min. 0$\frac{41}{60}$.

Pòſt obſeruate eam volui, quæ eſt ad Boream illi viciniot; ſed propter Stellæ exilitatem claritas diei iam obſtitit. Vtcumque tamen, diſtiterunt inter ſe

Proxima ad Boream illi lucidæ, & dextrum femur Ophiuchi 2900—1217. hoc eſt
Eadem, & ſiniſter humerus ↦ 2900—698. hoc eſt

Poſtmodùm, cùm iam de ☿ deſperaſſem, & ad rectificandum Inſtrumentum cùm Plauſtrum foret adhuc conſpicuum, diſtiterunt inter ſe

Primus Equus, & ſecundus Equus 2000—804. hoc eſt 6. grad. min. 41½.
Primus Equus, & tertius Equus 2900—990. hoc eſt 10. grad. 31. min.
Tertius Equus, & Dubhe 2000—680. hoc eſt 15. grad. 12. min.

Eadem Die, Veſperi, inualeſcere occipiente Coro. Tranſiuit ☾ ἀφάντου ☉ ſub Spica ♍ ſemidiametro ſui corporis, aut inſenſibiliter ampliùs, idque Teleſcopio, cùm nudo viſu appareret ſolùm triens diametri, aut inſenſibiliter minùs. Concipiebatur autem linea ducta per Stellam, & extremas ☾ cuſpides, tametſi obtuſas: cùm eodem tempore Spicæ perpendiculum conciperetur radere extremam oram illuſtratam ad orientem, inter ſuperiorem cuſpidem, & medium rumorem. Veſabatur vtrumque Sidus proximè in Meridiano, ac proinde ſuis hora

Pòſt cùm perpendiculum Spicæ per Teleſcopium caderet in oram occidentalem, diſtantia fuit Teleſcopio paulò maior diametro, ſine Teleſcopio inſenſibiliter minor. Erat verò tum Spica alta 35. grad. 25. min. ſeu hora · Cùm autem perpendiculum ſine Teleſcopio in eandem oram caderet, altitudo Spicæ fuit 35. grad. 0. min.

Die 7. Veſperi. Cùm tota nocte ſuperiore, & tota etiam hac die vehementiſſimus fuiſſet Ventus, & nubila etiam Orientem toto manè occupatſent, haud explorare ☿ licuit. Toto etiam tempore antemeridiano Cælum obductum, & hyems penè redire viſa. A meridie Cælum clarius, ſed Ventus nihilo remiſſior, niſi paululum ab occaſu ☉. Porrò ♂ facto conſpicuo & iam ad extremam alam ♍ admoto, obſeruatus eſt diſtare, quantum per Ventum licuit

♂ & extrema alæ ſiniſtræ ♍ 638—565. hoc eſt 0. grad. 25. min.

Erat tum illius Stellæ altitudo graduum proximè 38. ſeu hora

Die 8. Manè. Turbidus adhuc fuit Oriens; quare explorare ☿ non licuit, remiſſiore autem facto, & circiter horam 3½. diſtiterunt

♄ & dextrum femur Ophiuchi 1000—590. hoc eſt 7. grad. 56. min.
♄ & humerus ſiniſter ↦ 2900—590. hoc eſt 19. grad. 33. min.
Primus & ſecundus Equi in cauda Vrſæ maioris 2000—860. hoc eſt 6. grad. min. 44½.
Primus Equus, & Dubhe 2900—1664. hoc eſt 25 grad min. 37½.
Tertius Equus, & Dubhe 2000—685. hoc eſt 15. grad. min. 15½.

Eadem Die Veſperi, Occultatio extremæ alæ ſiniſtræ ♍ à ♂. Cùm ab exorto vſque ☉ Corus reſumpſiſſet vires, perſeuetauit eius vehementia in mediam noctem, ac etiam amplius. Pomeridiano tempore Cælum fuit vatiè nubibus reſperſum, ac paucis etiam guttis pluit circiter horam tertiam, ſub occaſum ☉ ſetenato Cælo videre licuit ☿ ab altitudine vſque graduum 6.

Poſt cùm ♂ etiam appareret, & Spica ♍ foret proximè ipſum meridianum hoc eſt hora nudo quidem viſu vltimam ex 4. ſiniſtræ alæ ♍ Matti circumpoſitam detegere non licuit; at Teleſcopio majuſculo apparuit illi ad lævam, ſeu ad ortum, ſed obliquè, & altius quaſi diametris ♂ 7. (Teleſcopio minuſculo apparebant quaſi 4.) Cùm verò etiam paulò poſt Helices Stellæ eomparerent, diſtantia inter ſecundum Equum, & inſidentem Equitem viſa eſt eſſe duplo maior (fortè etiam non-nihil ampliùs) quàm foret diſtantia inter ♂ & eam Stellam. Dixit Corberanus tunc ſe nudo viſu videre Stellam à ♂ diſtantem quaſi ipſius ſemidiametro; at neque illuſtris Fabricius neque ego diſertè videre potuimus, tametſi ♂ radius eò excurrere videretur. Dimidiâ circiter pòſt horâ cœpit etiam Corberano confundi Stella cum radiis ♂, adeò vt citra Teleſcopium occultata planè fuerit.

Poſteà cùm foret ♂ adhuc altus gr. circiter 21. hoc eſt propter locum Stellæ hora 11. min. 19. apparuerunt ♂ inferne & Stella ſuperior in eodem perpendiculo, & iam maiore Teleſcopio diſtantia vix apparuit diametrorum 4. minore 1½. Pòſt, cùm eâdem linea capi viderentur ea Stella, ♂, & Borea in vultu ♍, altitudo ♂ fuit grad. circiter 12. & diſtantia maiore Teleſcopio quaſi diametrorum 3. minore quaſi vnius.

Denique

Denique cùm prædicta linea relinqueret Boream in vultu orientaliorem semisse gradus citciter,& ♂ foret altus gradibus circiter 9.ac proinde hora 12.min.36.tum nempe cùm eadem foret ♂ & alæ longitudo,distantia apparuit maiore quidem Telescopio, quasi diamctrorum ♂ 2½. intellige ab eius ora (nam à centro fuissent 3.) minore verò quasi vnius, aut nonnihil minùs.Comparara autem cum distantia inter Equitem,& Equum,apparuit solùm quasi ipsius pars sexta,siue etiam minùs. M.D.C.LXXIV. *Apun. Scor. Sept. Ianuar.*

Die 9. Vesperi. Occultatio Austr. alis trium in fronte ♍ à ☾. Fuerat Cælum nubilosum matutino tempore,ac potissimùm ad ortum ; quare & ☿ inexploratus. Reliqua dies fuit satis pulcra , & ventus remissus , qui inualuit tamen maximopere non longè post occasum ♎, adeò vt sub dio esse , aut aliquid obseruare non liceret. Dum ascendo , & descendo vndè videri posset ☾ emersit interea ex latere occiduo ☾,Austr.alis trium in fronte ♍,quam Keplerus prædixerat à ☾ occultatum iri.

Quo momento primùm Stellam deprehendi idque maiore solùm Telescopio(minus scilicet eam non exhibuit) distantia eius à limbo ☾ exstitit quasi nona pars totius diametri Lunaris, Ea nimirùm tanta erat quanta vmbilici illius tribuli à vicino limbo. Exstabat Stella paulò infrà medium marginis occidui,seu transuersi, & horizonti patallelæ diametri ; & regio qua illam exiisse conjeci, fuit adhuc paulo inferior , ac veluti media inter prædictum vmbilicum infernè,& maculam Caspiam, seu solitariam illam supernè. Fuit verò tunc altitudo Lunæ secundum marginem supremum graduum 13. min. 55. ac proinde æstimato inde Stellæ loco, hora

Postea cùm idem supremus margo foret altus grad.18. distantia Stellæ à ☾ apparuit quasi semidiametri ipsius ☾ proxima autem quam respectabat limbi regio media fuit inter eruta illius velut homunculi Caspiâ maculâ inferioris. Erat eapropter tunc hora

Cepi conseqnenter distantiam inter ♂,& extremam alæ sinistræ ♍ rectam iam ad occasum ; eáque exhibita fuit 723—724.hoc est 0.grad.min.23½.

Tandem,cùm margo ☾ supremus foret altus grad.10. min 30. distantia Stellæ ♍ à ☾ apparuit quasi diametri ☾ respectabat verò tunc eius homunculi illius superius. Fuit autem hora

Die 10. Vesperi. Fuerat Cælum manè serenum ; sed nimis tardè expergefactus explorare ☿ non potui. Nempe cùm ascendi in obseruatorium Stellæ maiores solummodò, & ab ortu quidem remotiores conspiciendas se exhibuerunt. Turbatum postmodùm est Cælum non longè ab exorto Sole,fuitque deinceps tota die varium,Coro non ita vehemente. Ab occasu Solis nubes superfuerunt, quæ tametsi variè respersæ, has tamen distantias captari sunt passæ,circiter horam 8½.

♂ & Cor ♌ 2900+1090.hoc est 27.grad.min.58½.
♂ & Cauda ♌ 2000+337.hoc est 13. grad. min.14½.
♂ & Spica ♍ 1900+1740.hoc est 26. grad. min.2½.
♂ & extremæ alæ sinistræ ♍ 794—658. hoc est 0.grad.min.46½. Et consequenter,cùm ♏ foret solùm altus gradibus circiter 13.
♏ & Cor ♍ 2000+606.hoc est 14. grad. min.46½.
♏ & suprema frontis ♍ 2900+675. hoc est 20. grad. 2. min.

Remansit semper Instrumentum in eadem constitutione,qua diebus superioribus.

Obliuiscebar adnotare eum detexissem ☿ intra rimam maiusculam , ac in altitudine graduum circiter quatuor , admonisse me Telescopium , quo aliàs eius cornua disertissimè visa fuerant : nullo autem modo ipsam visam fuisse cornicularam (scilicet vt Sole superiorem decuit) tametsi neque propter radios variè excurrenteis obseruata fuerit cum exquisita rotunditate,& parte quidem occidua.

Die 11. Cælum manè obductum , reliqua die varium , Vespere satis serenum , sed non vacauit attendere. Die 12. idem. Ventus remissus , calor redux , sed potissimùm à meridie. Die 13. idem , fed calor paulò intensior. Itaque tribus hisce diebus non potuit ☿ propter nubes explorari.

Die 13. Vesperi, satis sereno , & tranquillo Cælo , videre primùm licuit Venerem , & Ionem in clarirate Crepusculi.Cùm foret autem ♃ altus quinque circiter gradibus,& ♀ iam iam occultanda esset præter declinitatem duobus circiter gradibus verò horizonte altiorem, distiterunt inter se

♃ & ♀ 2000—1151. hoc est 4. grad. 44.min.

Postea Corde ♌ alto 28. circiter gradus , seu hora

♂ & Cor ♌ 1900+2500. hoc est 29. grad.min.7½.
♂ & Spica ♍ 2900+1499.hoc est 24. grad. min.41½.
♂ & Canda ♌ 2000+453. hoc est 13. grad.min.54½.
♂ & extrema alæ sinistræ ♍ 814—453.hoc est 2 grad. min.3½.
♂ & secunda ab hac in eadem ala tertiæ magnitudinis 1900—855.hoc est 11. grad.17. min.

Deinde pulsante horologio horam 9. & ♏ alto gradibus circiter 16.
♏ & Cor ♍ 2000+562 hoc est 14.grad.min.31½.
♏ & suprema frontis ♍ 2900+639.hoc est 19.grad. min 49½.
♏ & dextrum femur Ophiuchi 2000—638.hoc est 7.grad.min.55½.
♏ & poples sinister Ophiuchi 2000+697.hoc est 16. grad. 50. min.

Die 14. Manè, tametsi reliquum Cælum maxima parte foret obductum , nihilominus ad

Mense Sextili, Iunio. ad ortum æstiuum serenum satis purumque fuit ad 9. vsque circiter gradus. Attendi ergo Mercurium in aliqua parte detegerem ad hora $2\frac{1}{4}$. ad quartam vsque & paulò ampliùs: at licet visus fuerim interdum fulgutationes quasdam videre, nihil tamen tuto compertum habui. Reliqua dies varia, & calida fuit. Quia verò ☉ sub meridiē præsertim inclaruit, ideò Corberanus me admonente obseruauit meridianam eius altitudinem Quadrante ferreo antè descripto & pinnacidiis vt ante se habentibus, deprehenditque ☉ altitudinem meridianam 69. grad. 44. min. vnde quia ☉ existens in 23. gr. 12. min. ♊ declinationem habuit 23. gr. 21. min. elicitur altitudo Æquatoris 46. grad. 23. min. ac proinde Poli 43. grad. 37. min. & detracta patallaxi 43. grad. 36. min. tribus minutis eam excedens, quam aliàs obseruauimus.

Dies 15. varia, sed maxima parte clara, & calida. Dies 16. similiter. Neutra autem die manē videre quicquam ad ortum licuit: vt neque Die 17.

Die 17 Vesperi. Cùm paucis guttis plusculè inter horas 5. & 6. animaduerti post horam 6. Iridem pulcerrimam. Assumptis Radio, ac Astrolabio, deprehendi primùm Astrolabio altitudinem ☉ graduum 15. summi verò arcus Iridis secundum medios colores accepti gr. 29. ac statim pinnacidiis super vtrinsque brachij Transuersalis particulas 290. constitutis, ipsum Transuersale admoui versus oculum siue radij centrum, donec pinnacidia directa secundum planum horizontale in ipsa crura Iridis fuere. Terminatus autem est Transuersarij cursus in particula Radij 355. vnde ratiocinari licet subtensam Iridis ad horizontem fuisse grad. 78. 50. min. cùm dimidium fuerit 39. grad. 15. min. Trium colorum insigniorum crassitudo fuit 793—563 hoc est 1. grad. 19. min. vel grad. $1\frac{1}{7}$. addito verò colore rubeo interiore 795—452. hoc est 1. grad. 57. min. vel grad. 2. Et quoniam simul apparuit tenue vestigium secundariæ Iridis, vestigium ideò obseruaui quia licuit ipsius distantiam à primaria, eáque exhibita fuit 2900—995. hoc est 10. grad. 56. min. seu grad. 11. attendendo nempe ad mediam vtriusque crassitudinem.

Postèa, & sub horam quidem nonam tametsi variè luctandum fuerit cum nubibus sese variè intermiscentibus, has tamen distantias accipere licuit

♂ & Cor ♌ 2900—2644. hoc est 30. grad. 59. min.
♂ & Cetuix ♌ 2900—1877. hoc est 32. grad. min. $13\frac{1}{7}$.
♂ & Cauda ♌ 2000—642. hoc est 14. grad. 59. min.
♂ & Spica ♍ 2900—1195. hoc est 22. grad. min. $59\frac{1}{7}$.
♄ & Cor ♒ 2000—519. hoc est 14. grad. 17. min.
♄ & suprema frontis ♒ 2900—579. hoc est 19. grad. 29. min.
♄ & dextrum femur Ophiuchi 2000—671. hoc est 7. grad. min. $28\frac{1}{4}$.
♄ & finister poples Ophiuchi 2000—933. hoc est 16. grad. min. $38\frac{1}{7}$.

Die 19. Vesperi. Fuerat dies superior 18. varia, & calida. Hoc die manè visus Corus refrigerare aërem; sed tempore pomeridiano nihilo fuit refrigeratior. Nubes toto penè die actæ, & vespere potissimùm, adeò vt inter obseruandum variè interuenerint, ac specialiter ad occasum. Cùm ab hora tamen $8\frac{1}{7}$. in 10. vsque præsto fuerim præstare hæc licuit, distiterunt inter se

☿ & Pollux ægrè conspicuus ob claritatem Crepusculi 2900—1232. hoc est 9. grad. 9. min.
Erat tunc ☿ occasura præter tumorem horizontalem alta grad. $2\frac{1}{7}$.
♄ & Cor ♒ 2000—498. hoc est 14. grad. min. $9\frac{1}{7}$.
♄ & suprema frontis ♒ 2900—569. hoc est 19. grad. min. $25\frac{1}{7}$.
♄ & media frontis ♒ 2900—722. hoc est 20. grad. 18. min. Cor ♒ altum grad. 18.
Cor ♒ & suprema frontis ♒ 2900—1318. hoc est 8. grad. min. $39\frac{1}{7}$.
Lyra, & Cauda Cygni 2900—1347. hoc est 23. grad. min. $50\frac{1}{7}$.
Cauda, & pectus Cygni 2000—904. hoc est 6. grad. min. $8\frac{1}{7}$.
♂ & Spica ♍ 2900—1038. hoc est 22. grad. 6. min.
♂ & Cor ♌ 2900—2805. hoc est 31. grad. min. $50\frac{1}{7}$. nubes intercepteæ
♂ & Cauda ♌ 2000—762. hoc est 20. grad. min. $51\frac{1}{7}$.

Postèa cùm Stellulæ circumstantes supremam in fronte ♒ satis diserte conspicerentur, situm illarum (duarum saltem) vtcumque cepi, memor transitus ♃ prope illas, distiterunt itaque

Suprema frontis, ♒ & sinistra illa vicinior ad ortum 2000—1702. hoc est 1. grad. 39. min.
Cor ♒, & eadem sinistra &c. 2900—1427. hoc est 8. grad. 3. min.
Suprema frontis & inferior duarum vicinarum, quæ illi ad meridiem, ac versus præcedentem Cordis ♒ 2000—1779. hoc est 1. grad. min. $13\frac{1}{7}$.
Cor ♒ & eadem inferior. &c. 1900—1520. hoc est 7. grad. min. $31\frac{1}{7}$.

Die 20. Meridiana Solis altitudo Corberano obseruata fuit 68. grad. 38. min.

Die 21. Renouatis, & à me, prædicto illi Quadranti ferreo applicatis pinnacidiis, Meridianam Solis altitudinem obseruaui 69. grad. 59. min.

Die 26. Meridiana Solis altitudo Corberano fuit 69. grad. 54. min.

Mense Iulio, Die 1. Vesperi. Perseueravit eximius calor à die vsque superioris mensis 20. Hoc Vespere flauit aura gratior, & cùm nubila vaporesque densissimi totum horizontem circumoccupatent, Cælum tamen apparuit superne serenissimum. Circiter verò horam $8\frac{1}{7}$. hoc est intra Crepusculi claritatem, accessi ab obseruatorium, visurpatoque Radio distiterunt inter se

Extrema

M.DC.XXXIV. *Aquu. Sext. 7 Iulii.*

Extremæ ☾ cuſpides 1000—904. hoc eſt 0. grad.min.32½.
☾ margine occiduo,remotóque,& Spica ♍ 2900+2300. hoc eſt 19. grad. min.7½.
☾ margine Boreo,proximoque,& Cauda ☊ 1000+300.hoc eſt 13. grad.min.1½.
☾ margine occiduo,remotoque,& ♂ 1900—600. hoc eſt 12.grad. min.44½. Medio tempore alta fuit adhuc ☊ Cauda grad.39. ac proinde hora

Tametſi verò ſubdubitaui an inter conſignandum diſtantias inter ☾, & Caudam ☊,ac ♂ alteram pro altera ſubſtituerim;nihilominùs certus prope ſum eas vt conſcripſi,ſic ſe habuiſſe,diſtiterunt conſequenter

♂ & Spica ♍ 2000+851.hoc eſt 16.grad.min.10½.
♂ & Cauda ☊ 1900+688.hoc eſt 20.grad. min.6½.
♄ & ſuprema frontis ♒ 1900+427.hoc eſt 18. grad. 37.min.
♄ & Cor ♒ 2000+361. hoc eſt 15. grad.23. min. Pulſauit tunc hora nona.

Die 2. Veſperi. Viguit adhuc intenſus ealor,tametſi nubilis per vices Cælum obducentibus. Agebantur nubes Coro ſed leui tum reliquo die tum toto etiam Veſpere, licet in tetræ ſuperficie, ac in ipſo obſeruatorio, toto pene Veſpere valida ab ortu aura flauerit. Cùm deſtinaſſem porrò obſeruare coniunctionem ☾ & ♂, mira fuit nubium ſeſe opponentium inuidia.Vtcumque autem licuit,diſtiterunt inter ſe

☾ margine occiduo,remotóque, & Spica ♍ 2000+973. hoc eſt 16. grad. 52. min.
☾ cuſpide Borea,proximáque,& ♂ 973—680.hoc eſt 1. grad. 40. min.
☾ margine occiduo,vicinóque,& Cauda ☊ 2000+1588. hoc eſt 20.grad.20.min.
Medio tempore alta adhuc fuit Cauda ☊ grad.46. hoc eſt hora
♂ & Cauda ☊ 1900+770. hoc eſt 20.grad.min.34½.
♂ & Spica ♍ 2000+771.hoc eſt 15. grad. 43. min.

Pòſt hiatu facto; & ♂ intra illum alto grad. 16. hoc eſt hora apparuerunt ♂, & margo ☾ occiduus in eodem perpendiculo, niſi quod, vt viſum optimo Fabricio, videbatur adhuc perpendiculum marginis illius quidpiam delibare,pulſabant tunc horologia horam 10. quo etiam tempore diſtiterunt

☾ rursùs cuſpide Borea,& ♂ ſuperior 971—688.hoc eſt 1.grad.min.36½.

Cùm deinde exſpectaretur cuſpidum lucis extremarum conſtitutio in eadem recta cum ♂ linea tanta fuit nubium obſtinatio, vt illa præterierit priuſquam ſimul conſpici ♂, & ☾ potuerint. Quam primùm autem detegi, obſeruarique potuerunt, pulſabant horologia horam vndecimam, eratque ♂ altus grad. 6. concepta verò linea à ♂ parallela lineæ per extremas cornua,videbatur illa biſecare partem diametri ☾ illuminatam; tuncque diſtiterunt

☾ iterùm,cuſpide Boreo & ♂ 971—697.hoc eſt 1. grad. min.33½.

Die 3. Veſperi. Viguit ſemper intenſus ealor. Sub horam quartam, à meridie tonuit aliquoties à Borea, reliquo Cælo ſatis ſereno. Hoc Veſpere aura, vt pridie validiuſcula obſeruationem interturbauit; ſed obſeruare tamen hæc licuit, diſtiterunt inter ſe

☾ margine occiduo, vicinóque, & ♂ 1900—919.hoc eſt 16.grad.min.55½.
☾ margine occiduo, remotóque, & Spica ♍ 2000—1189. hoc eſt 4. grad.min.31½.
☾ margine Boreo, vicinóque, & Vindemiatrix 2900+818. hoc eſt 20. grad. min. 54½.

Medio tempore alta fuit Cauda ☊ gradibus 30. ac proinde hora
♂ & Cauda ☊ 1900+846.hoc eſt 21. grad. min.0½.
♂ & Vindemiatrix 2000+845.hoc eſt 16.grad.min.8½.
♂ & Strophium ♍ 2000—1448. hoc eſt 3.grad.min.4½.
♂ & Spica ♍ 2000+673. hoc eſt 15. grad. min. 9½. Intermedio tempore pulſata hora 9.

Conſequenter autem
♄ & Cor ♒ 2000+340. hoc eſt 13. grad.min.15½.
♄ & ſuprema frontis ♒ 1900+402.hoc eſt 18.grad.min.28½.

Captare poſteà volui locum Stellulæ illius penè inſenſibilis quæ ſuprema apparet inter eas, quæ referuntur ad tibiam,ſeu poplitem dextrum Ophiuchi,& cui ♄ iam vicinus fuit, habens nempe illam ad Boream cùm cæteræ,ac præſertim maiuſcula forent longè inferiores, diſtiterunt ergo vtcumque

Stellula illa,& ♄ 1613—1445.hoc eſt 0.grad.56.min.
Eadem,& Cor ♒ 2000+193. hoc eſt 12.grad.min.59½.

Die 4. Fuit calor tantillùm remiſſior. Veſpere à Crepuſculo nubila variè acta Vulturno. Ab hora 10½. in primam ferè à media nocte pluuia copioſa cum fulguribus, tonitrubúſque penè continuis; quin aliquoties etiam grandinauit. Die 5. manè Cælum obductum, ſed refrigeratior; à meridie ſereuitas, & Calor, licet iam Cotus ſuccederet. Die 6. Cælum varium, calor temperatus, Veſpere nubes, Africo. Die 7. pluuia per horam, ab hora videlicet nona matutina in decimam. Succeſſit exinde Cotus validus, ac mirificè temperans calorem.

Die 7. Veſperi. Appulſus ☾ ad orientalem trium in ♒, ſeu eam quæ ſequitur Cor. Proxima iam erat ☾ meridiano, cùm dehiſcentibus nubilis, & Conſtellatione ♒ patefacta exiſtimaui prima fronte cuntectam à Luna eam Stellam. Itaque vſurpato maiore Teleſcopio, id Lunæ variè circumduxi, exploraturus num quà Stella ad occidentem emergeret;detexi autem illamnon exeuntem ab Occaſu, ſed ſubtercurrentem ad Auſtrum, & iam quidem proximè

N.DC.XXXIV. *Aquis Sextis, Iulio.*

accedentem ad lineam, quam per extremas cuspides ☾ tametsi obtusas duci concipiebam. Cæterùm minore etiam lubo vsurpato, & cùm Stella attigit eiuscemodi lineam, distantia fuit inter Stellam, & australem marginem Lunæ quasi $\frac{2}{6}$ pars diametri Lunaris: nempe aliquantulum maior, quàm foret distantia marginis eiusdem à radiato vmbilico. Relinquebatur verò vmbilicus nonnihil ad occidentem conceptæ per cuspides lineæ. Sed & cùm eodem tempore supremus ☾ margo foret altus gradibus 21. idque per Astrolabium, alta fuit adhuc ♍ Spica gradibus 26. ac proinde hora

Die 12. Vesperi. Fuerat Die 8. Corus remissus, & temperies grata aëris. Die 9. eadem constitutio, sed spirante Zephyro, Vespere autem ab hora 7. in 11. leuiter pluit. Die 10. aër frigidulus, Cælum varium, Vesperi obductum. Die 11. Cælum satis pulcrum, Corus satis vehemens, aër perinde frigidulus. Hac Die non fuit iam aër perinde frigidulus. Ab occaso ☉ exspectaui donec ☿ apparuit vt illius captarem locum; verùm nulla Stella vicina comparuit præter cetuicem ♌ ipsamque ægrè admodum. Ea contentus, sic processi distiterunt inter se ☿ & ceruix ♌ orientalior 2000+1000. hoc est 17. grad. min. $1\frac{1}{2}$. Fuit ☿ alta 2. grad. 30. min.

Iterùm ☿ & ceruix ♌ 1000+978. hoc est 16. grad. min. $53\frac{1}{2}$. Fuit ☿ alta 1. grad. 30. min.

Condebatur tunc ☿ præter horizontem visibilem, caratque Cauda ♌ alta 15. gr. 30. min.

♄ & Cor ♒ 2900—572. hoc est 12. grad. 54. min.

♄ & suprema frontis ♒ 2000+1160. hoc est 17. grad. min. $58\frac{1}{2}$.

♂ & Spica ♍ 2900—988. hoc est 10. grad. min. $31\frac{1}{2}$. pulsabant horologia horam 9.

♂ & Strophium ♍ 2000—1193. hoc est 4. grad. min. $30\frac{1}{2}$.

♄ & Stellula illa superior, de qua Die 3. 1000—880. hoc est 0. grad. 41. min.

Eadem Stellula, & Cor ♒ 2900—561. hoc est 12. grad. min. $57\frac{1}{2}$.

Dies 13. Varia, & moderatè calida. Dies 14. frigidula flante Coro. ♄ Vesperi visus est attigisse lineam inter superiorem illam Stellulam, & maiusculam aliam inferiorem. Dies 15. etiam frigidula, Coro validiore ♄ visus est nonnihil excessisse eam lineam. Dies 16. varia. Dies 17. moderatè calida, Zephyro à Crepusculo vsque, & tota nocte nubilosum. Manè Diei 18. compertum est leuiter pluisse.

Die 18. Qua calor reassumpsit vires, Vesperi, distiterunt inter se

♂ & Spica ♍ 2000—727. hoc est 7. grad. 9. min. pulsabat hora 9.

♂ & Vindemiatrix 2000+1120. hoc est 17. grad. 42. min.

♂ & lanx Austrina 2900+2118. hoc est 28. grad. 8. min.

♄ & Cor ♒ 2900—627. hoc est 12. grad. 35. min.

♄ & suprema frontis ♒ 2900+162. hoc est 17. grad. min. $40\frac{1}{2}$.

♄ & media frontis ♒ 2000+1248. hoc est 18. grad. min. $25\frac{1}{2}$.

♄ & Stellula illa superior in dextro poplite Ophiuchi 1000—880. hoc est 0. grad. 41. min.

Ea Stella, & Cor ♒ 2900—560, hoc est 12. grad. 58. min.

Cor ♒ & suprema frontis ♒ 2900—1319. hoc est 18. grad. min. $39\frac{1}{2}$.

Arcturus, & Borea in sinistra tibia Bootis 2000—1085. hoc est 5. grad. 7. min.

Primus Equus in cauda Helices, & tertius Equus 2900—985. hoc est 10. gr. min. $32\frac{1}{2}$.

Primus Equus, & Dubhe 2900+1671. hoc est 25. grad. min. $39\frac{1}{2}$.

Pòst quæ Stellæ Australiores Constellatioque ♍ versabantur circa meridianum; ideircò vt loca illarum possent vtcumque emendari, sic cepi continuò ipsarum distantias.

Aculeus, seu lucida in extremo caudæ ♒, & Cor ♒ 2000+1015. hoc est 17. grad. min. $9\frac{1}{2}$.

Aculeus, & Australis, seu maximè lucida trium in arcu ♒ 2900—964. hoc est 5. grad. min. $48\frac{1}{2}$.

Aculeus, & proximè præcedens in eodem extremo caudæ 1000—904. hoc est 0. grad. min. $32\frac{1}{2}$.

Aculeus, & Gemella in secundo Spondylo (est autem minor maiori ad Cæciam) 2900—1562. hoc est 8. grad. 25. min.

Aculeus, & quæ in 7. Spondylo 1000—545. hoc est 2. grad. min. $35\frac{1}{2}$.

Aculeus, & informis sequens 1000—436. hoc est 3. grad. 13. min.

Hæc informis, & 7. Spondylus 1000—588. hoc est 2. gr. min. $20\frac{1}{2}$.

Eadem, & Australis trium lucidarum in arcu 2000—685. hoc est 7. grad. min. $23\frac{1}{2}$.

Præcedens aculeum in extremo caudæ, & Cor ♒ 2000+966. hoc est 16. grad. min. $49\frac{1}{2}$.

Gemella in Spondylo 2. & Cor ♒ 1361+824. hoc est 12. grad. min. $27\frac{1}{2}$.

Quæ in primo Spondylo, & Cor ♒ 2900—1245. hoc est 9. grad. min. $4\frac{1}{2}$.

Eadem, & Australis trium lucidarum in arcu 2900+560. hoc est 19. grad. min. $22\frac{1}{2}$.

Die 21. Vesperi. Fuerat Cælum Die 19. varium, calor moderatus. Nubes actæ Africo, ac Vesperi præsertim densæ quibusdam cum fulgetris. Die 20. toto manè fulguranit, tonuit, & cùm per vices pluerit, effusissima facta pluuia est ab hora $7\frac{1}{2}$. in horam $9\frac{1}{2}$. adeò vt vici, alueoli, & torrentes omnes mirè exundârint. Flabat Corus, sed leuis. Hodie Cælum varium; idem ventus, sed adhuc leuis, nisi, quod Vespere, Cælo serenato, factus est valentior. Superfuerunt porrò paucæ nubes æque densæ ad occasum, quæ nihilominus prope horizontem hiatu, Veneris aspectum liberum fecerunt, distiterunt ergo inter se

☿ & lucida supra coxam, seu post. dorsi ♌ 2900+725. hoc est 20. grad. 19. min.

☿ &

Cauda ♌ 2900+1128. hoc est 28. grad. 11. min. Fuit tunc ♀ alta grad. $1\frac{1}{4}$. & Cauda circiter 25. & ſtatim

Spica ♍ 2000—1014. hoc eſt 5. grad. min. $31\frac{1}{2}$.

☿ & Vindemiatrix 2900+408. hoc eſt 18. grad. min. $30\frac{1}{2}$.

Spica ♍ & Vindemiatrix 2900+1158. hoc eſt 21. grad. min. $46\frac{1}{2}$. pulſata hora 9.

☊ & Cor ☋ 2900—661. hoc eſt 12. grad. min. $23\frac{1}{2}$.

☊ & ſuprema frontis ☋ 2900+2226. hoc eſt 17. grad. 28. min. Conſequenter autem, cùm Aculeus Caudæ ☋, & quæ in ♋. Spondylo accederent ad meridianum, ac in eodem prope eſſent perpendiculo,

Aculeus, & prædicta Stella in ♋. Spondylo (alta circiter ♋. grad.) 2000—971. hoc eſt ♋. grad. 46. min.

Spondylus ♋. & Spondylus 6. 2000—1403. hoc eſt 3. grad. min. $19\frac{1}{2}$.

Spondylus 6. & Spondylus 7. 2000—1749. hoc eſt 1. grad. min. $2\frac{1}{2}$.

Aculeus & Gemella 2. Spondyli 2900—1371. hoc eſt 8. grad. min. $11\frac{1}{2}$.

Aculeus, & ſuprema trium lucidarum in arcu ♑ 2000+875. hoc eſt 16 grad. min. $18\frac{1}{2}$.

Aculeus, & media earundem 2900—686. hoc eſt 12. grad. 15. min.

Aculeus, & quæ ad ciſpidem Sagittæ 2900—1181. hoc eſt 9. grad. min. $26\frac{1}{2}$.

Aculeus, & quæ in ſuffrag. ♑ ſub Auſtrali arcu 2900—1280. hoc eſt 8. grad. min. $51\frac{1}{2}$.

Iſta, & ipſa Auſtrina trium lucidarum in arcu 2000—1521. hoc eſt 2. grad. min. $39\frac{1}{2}$.

Cùm depoſuiſſem Radium, memini ipſum à præcedente obſeruatione ita decidiſſe, vt Tranſuerſale potuiſſet nonnihil effluere, ad quod deinceps tamen neſcio quomodo non attenderam. Itaque animaduerti brachium ſiniſtrum fuiſſe longius dextro 30. particulis, qualium Radius habet 10000. Nempe media per Radium linea non in confinium vtriuſque brachij, ſed in ♋. qualium Radius 1000. incidere deprehenſa eſt. Nota autem pinnaeidia immota ſupra 2900. & 2000. fuiſſe in dextro brachio, niſi quod 1000. diſtantia Fixarum in ☋ ſecundæ & vltimæ fuit in ſiniſtro.

MENSE AVGVSTO, Die 3. Veſperi. Fuerat Cælum Die 21. ſuperioris menſis manè ſerenum, à meridie nubiloſum. Die 23. varium, Corus leuis. Die 24. idem. Die 25. ſerenum, Corus vehemens. Die 26. Ventus remiſſus, calor reuiuiſcens, ſub Veſperam nubes. Die 27. idem. Die 28. Vulturnus tota die vehemens. Sub horam 8. matutinam tonittua, cum leui pluuia. Die 29. idem ventus manè. Ab hora prima pomeridiana in tertiam tonuit aliquoties, ac per vices effus è pluit. Exinde Corus denſas nubeis toto Veſpere transferens; aër refrigeratus. Die 30. Zephyrus, Veſpere nubes, aucta refrigeratio. Die 31. Cælum manè vatium, à meridie planè obſcurum, aërius frigiditas conſtans. Die prima huius menſis idem; niſi quòd Cælum nonnihil pulcrius. Die 2. à meridie aër paulò calidior. Hac Die ♋. calor nonnihil auctior, præſertim à meridie. Sub Veſperam Cælum factum eſt admodum ſerenum, & pulcrum. Non licuit tamen detegere quas Stellas obſeruare conſtitueram in tertio, & quarto ☋ Spondylis (cùm cæteræ tamen luculentæ fuerint) ſeu ob vapores horizontaleis, ſeu propter clæritatem (. Interea verò hæc præſtiti, diſtiterunt inter ſe

♀ & Cauda ♌ 2000+656. hoc eſt 15. grad. min. $34\frac{1}{2}$.

♀ alta Altrolabio grad. 4. Cauda ♌ 19. grad.

Iterùm ♀ & Cauda ♌ 1000+631. hoc eſt 14. gr. min. $55\frac{1}{2}$. altitudo ♀ gr. 2. Caudæ ♌ gr. 16.

♀ & lucida ſupra coxam poſteriorem ♌ 1221+965. hoc eſt 12. gr. min. $28\frac{1}{2}$. Conſequenter

♂ & Spica ♍ 2000—1485. hoc eſt 2. grad. min. $51\frac{1}{2}$.

♂ & Arcturus 2900+2715. hoc eſt 31. grad. min. $11\frac{1}{2}$.

☊ & Cor ☋ 2900—717. hoc eſt 12. grad. min. $4\frac{1}{2}$.

☊ & ſuprema frontis ☋ 2000+984. hoc eſt 16. grad. min. $55\frac{1}{2}$. poſteà, cùm fruſtra attendiſſem ad prædictas Stellas ☋ obſeruandas,

(latere Boreo vicinóque, & ſuprema frontis ☋ 2000—740. hoc eſt 7. grad. min. $4\frac{1}{2}$.

(margine occiduo, remotóque, & Cor ☋ 2000—1230. hoc eſt 4. gr. min. $17\frac{1}{2}$. Medio tempore (alta margine ſupremo grad. $15\frac{1}{2}$. Arcturo 38. grad. hoc eſt hora

Polaris Stella, & Dubhe 2900+2211. hoc eſt 28. grad. min. $38\frac{1}{2}$.

Genu, & Flexura Caſſiopeiæ, 2000—1362. hoc eſt ♑. grad. min. $33\frac{1}{2}$.

Primus, & tertius Equi in cauda Helices 2900—981. hoc eſt 10. grad. min. $34\frac{1}{2}$.

DIE 4. Veſperi. Fuerat Cælum tota penè die tenuioribus nubilis interſpersum, & calor factus intenſior. Sub occaſum Solis, aut non multò pòſt eximia ſerenitas fuit. Non vacauit tamen ad obſeruatorium, niſi poſt occubitum ♀ accedere. Poſtquàm acceſſi hæc peregi, diſtiterunt inter ſe

♂ & Spica ♍ 2000—1387. hoc eſt ♑. grad. min. $24\frac{1}{2}$. Spicæ adhuc alta grad. 13.

♂ & Arcturus 2900+1816. hoc eſt 31. grad. min. $15\frac{1}{2}$.

Radius heic ſe habuit, vt heri. Pòſt Tranſuerſale conatu quodam abductum eſt cùm reſtituiſſem verò diſtiterunt

☊ & Cor ☋ 2900—720. hoc eſt 12. grad. min. $34\frac{1}{2}$.

☊ & ſuprema frontis ☋ 2000+988. hoc eſt 16. grad. 57. min Exinde cùm (foret in eodem prope perpendiculo cum ☊, etſi nondum attigiſſet illius longitudinem, diſtiterunt

(margine Boreo vicinóque, & ☊ 1900—1575. hoc eſt 7. grad. min. $13\frac{1}{2}$.

Fuit ſtatim (alta margine ſupremo grad. 18. Arcturo alto grad. 38. Conſequenter autem (margine

HOC TEMP. Aquin. Sextyi, Iulii.

MDC.XXXIV. *Aquin. Sextyi, Augusto.*

☾ margine occiduo, vicinoque, & Cor ♏ 2900—1163. hoc est 9. grad. min. $32\frac{1}{2}$.
☾ margine eodem, sed Borealiore, & suprema frontis ♏ 2900+240. hoc est 17. grad. min. $32\frac{1}{2}$.
Pòst modum ad explorandum restitutionem Instrumenti
Genu, & Flexura coxarum Cassiopeæ 2000—1359. hoc est 3. grad. min. $34\frac{1}{2}$.
Polaris, & Dubhe 2900+2210. hoc est 28. grad. 38. min.
Dubhe, & tertius Equus 2000+670. hoc est 15. grad. min. $11\frac{1}{2}$.
Memorabile hoc videtur, quòd à multo iam tempore nulla in ☉ macula visa. Quid rei verò hoc tandem est?

D 12 5. Vesperi. Perseuerauit calor intensus enim serenitate, distiterunt autem, ♀ quidem alta grad. 3. Cauda verò ☊ 17. hoc est hora
♀ & Cauda ☊ tenuis apparens 2000+380. hoc est 13 grad min. $19\frac{1}{2}$.
♀ & lucida supra coxam posteriorem ☊ ægrè appatens 2000+260. hoc est 12. grad. 48. min. ♀ alta grad. 2.
♀ iterùm, & Cauda ☊ 2000+348. hoc est 13. grad. min. $18\frac{1}{2}$.
Fuit tum ♀ alta non ampliùs gradu, vno, inter vapores crassissimos, ac proinde bora Cauda verò ☊ 15. grad.
♂ & Spica ♍ 2000—1289. hoc est 3. grad. 58. min. altitudo Spicæ grad. 12.
♂ & Arcturus 2900+1736. hoc est 31. grad. min. $28\frac{1}{2}$. Consequenter autem
♄ & Cor ♏ 2900—726. hoc est 12. grad. min. $11\frac{1}{2}$.
♄ & suprema frontis ♏ 2000+978. hoc est 16. grad. min. $54\frac{1}{2}$.
☾ margine occiduo, vicinóque, & Cor ♏ 2900+1257. hoc est 23. grad. min. $20\frac{1}{2}$.
☾ margine eodem, sed Borealiore, & ♄ 2000+628. hoc est 14. grad. min. $54\frac{1}{2}$.
☾ margine eodem, sed remoto, & sinistro humero ↔ 2900—1148. hoc est 9. grad. min. $37\frac{1}{2}$.
Fuit medio tempore Arcturus altus grad. 37.

Exspectato post modùm mediæ citeriter noctis tempore, vt obseruarem quàm proximè ☾ prætiret Mediam trium lucidarum, in arcu ↔, seu eam quæ depingitur in manubrio sinistræ manus, obseruaui, cùm vtrumque Sidus visum est in eadem longitudine, Altimdinem ☾ secundum marginem inferiorem esse grad. $9\frac{1}{2}$. (idque Astrolabio, vt superiora) Altitudinem verò primi Eqm, seu vltimæ in cauda Vrsæ maioris grad. $26\frac{1}{2}$. ac proinde hora

Transiuit Luna Stellæ ad Boream, & cùm Lunæ cuspides admodùm obtusæ iam forent, licuit tamen bisectam Lunam intelligere ductâ per ipsas lineâ, quæ aliunde æstimata est relinquere Austrałem illum & radiatum vmbilicum insensibiliter occidentaliorem. Itaque tum prædictum tempus adnotarum est, cùm eiusmodi linea producì intellecta Stellam cepit. Distantia autem inter Stellam, & marginem ☾ Austrinum æstimata est Quadrans diametri Lunaris, aut etiam aliquantò minùs, videlicet quasi $\frac{1}{7}$. idque per Telescopium.

D 12 6. Vesperi. Perseuerauit calor, serenitas dubia à meridie, sed sub Vesperam restituta, distiterunt autem, à Spica ♍ iam depressa ad gradus vsque 9. seu hora min.
♂ & Spica ♍ 2000—1191. hoc est 4. grad. min. $30\frac{1}{2}$.
♂ & Arcturus 2900+1728. hoc est 31. grad. 26. min.
♂ & Lanx Austrina ♎ 2000+990. hoc est 26. grad. min. $57\frac{1}{2}$.
♄ & Cor ♏ 2900—731. hoc est 11. grad. min $59\frac{1}{2}$.
♄ & suprema frontis ♏ 2000+988. hoc est 16. grad. 57. min.
♄ & sinister humerus ↔ 2000+1997. hoc est 22. grad. min. $36\frac{1}{2}$.
♄ & suprema trium lucidarum in arcu ↔ 2000+900. hoc est 16. grad. min. $27\frac{1}{2}$. visa est hæc Stella tantillum Borealior recta linea per ♄ & sinistrum humerum ↔ ducta.
☾ margine Occiduo, vicinoque, & sinistro humero ↔ 2000—860. hoc est 6. grad. min. $23\frac{1}{2}$.
☾ margine eodem & media trium lucidarum in arcu ↔ ad quam appulit nocte superiore 2000+337. hoc est
☾ margine eodem & ♄ 2900+219. hoc est 17. grad. min. $25\frac{1}{2}$. Medio tempore fuit Arcturus altus grad. 31. hoc est hora
Arcturus, & primus Equus 2900+2539. hoc est 30. grad. 25. min.
Polaris, & Dubhe 2900+2222. hoc est 28. grad. 42. min.
Dubhe, & tertius Equus 2000+683. hoc est 15. grad. 13. min.
Primus & tertius Equis 2900—976. hoc est 10. grad. 56. min.
Primus Equus, & secundus Equus 2000—813. hoc est 6. grad. min. $39\frac{1}{2}$.

D 12 10. Vesperi. Fuerat Cælum Die 7. mane serenum, à meridie nubilosum, flante Euro. Calor semper intensus. Die 8. Manè caligo insignis cum rore copiosissimo; à septima matutina serenitas, à prima pomeridiana nubes, semper calor. Nox sequens varia. Die 9. Cælum varium, semper calor. Hodie similiter. Post occasum Solem Venerem videre ob nubeis non licuit. Sub horam autem 9. distiterunt inter se
♂ & Spica ♍ 2900—1633. hoc est 6. grad. 54. min. Spica alta grad. 9.
♂ & Lanx Austrina ♎ 2000+562. hoc est 14. grad. min. $31\frac{1}{2}$.
♂ & Lanx Borea ♎ 2000+1647. hoc est 20. grad. min. $39\frac{1}{2}$. ♂ alta grad. 12.
♄ & Cor ♏ 2900—744. hoc est 11. grad. 55. min.
♄ & suprema frontis ♏ 2000+969. hoc est 16. grad. min. $50\frac{1}{2}$.
♄ & sinister humerus ↔ 2900+1158. hoc est 22. grad. min. $46\frac{1}{2}$.

Quia

Quia Instrumentum luxatum fuerat ; ideò correctio instituenda ex obseruationibus sequuturis.

Die 13. Manè, Fuerat Cælum duobus diebus superioribus satis pulcrum, (cum calore semper eximio) tametsi nubes aliquot densæ vtroque die vesperam occupauerint ad occasum. Hoc manè pulcerrimo Cælo, & ab aurora vsque nascente distiterunt inter se

Humerus dexter & sinister pes Orionis 2900+428. hoc est 18. grad. min. $37\frac{11}{17}$.

Humeri Orionis, dexter & sinister 2900—1515. hoc est 7. grad. min. $33\frac{1}{2}$.

Aldebaran & 2000+938. hoc est 16. grad. 40. min.

Aurorâ iam clara, & ♃ alto grad. circiter 16.

♃ & Pollux 2900—1568. hoc est 7. grad. min. $15\frac{1}{17}$.

Iterùm, & tutiùs 2000—718. hoc est 7. grad. min. $12\frac{5}{17}$.

♃ & Castor 2900—788. hoc est 11. grad. 40. min.

♃ & lucida pedis ♊ 2900+558. hoc est 19. grad. 22. min. Consequenter ; & ♃ quidem alto grad circiter 20. ☾ margine supremo circiter 54.

☾ margine orientali, remotóque, & extrema ala Pægasi 2900+918. hoc est 16. grad. min. $33\frac{1}{17}$.

☾ margine eodem, sed propinquo, & lucida in vertice ♈ 2900+252. hoc est 17. grad. 37. min. Deinde aurora iam clarissima

Extremæ (tametsi obtusæ) ☾ cuspides 470—363. hoc est 0. grad. min. $36\frac{1}{17}$.

Iterùm 545—442. hoc est 0. grad. min. $35\frac{1}{17}$.

Iterum 620—518. hoc est 0. grad. min. 35.

Iterùm 702—598. hoc est 0. grad. min. $35\frac{1}{17}$.

Iterùm 838—737. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Iterùm 900—797. hoc est 0. grad. min. $35\frac{1}{17}$.

Iterùm 10002—900. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Iterùm 1134—1030. hoc est 0. grad. min. $35\frac{2}{17}$.

Iterùm 1248—1147. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Otto iam Sole

Iterum 1330—1228. hoc est 0. grad. min. $34\frac{10}{17}$.

Iterùm 1450—1345. hoc est 0. grad. min. $35\frac{1}{17}$.

Iterùm 1570—1465 hoc est 0. grad. min. $35\frac{1}{17}$.

Iterùm 1648—1541. hoc est 0. grad. 36. min.

Iterùm 1740—1632. hoc est 0. grad. 36. min.

Iterùm 1844—1742. hoc est 0. grad. 34. min.

Iterùm 1944—1838. hoc est 0. grad. min. $35\frac{1}{17}$.

Iterùm 2050—1942. hoc est 0. grad. min. $35\frac{2}{17}$.

Iterùm 2160—2054. hoc est 0. grad. 35. min.

Iterùm 2245—2140. hoc est 0. grad. min. $35\frac{1}{17}$.

Iterùm 2350—2244. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Iterùm 2449—2343. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Iterùm 2548—2441. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Iterùm 2648—2541. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Iterùm 2723—2610. hoc est 0. grad. min. $36\frac{1}{17}$.

Iterùm 2808—2706. hoc est 0. grad. min. $32\frac{2}{17}$.

Tandem extremi ☾ gibbi 2600—2521. hoc est 0. grad. min. $25\frac{1}{17}$.

Die 14. Manè. Viguit calor tota die superiore, tametsi nubes à meridie Cælum occupauerint. Hoc manè fuit Cælum valdè turbidum ; & licuit tamen hæc obseruare, distiterunt inter se

Castor, & lucida pedis ♊ 2900+705. hoc est 20. grad. min. $12\frac{1}{17}$.

Pollux, & eadem lucida pedis ♊ 2900+588. hoc est 19. grad. min. $32\frac{1}{17}$.

Castor, & Pollux 2000—1187. hoc est 4. grad. min. $32\frac{5}{17}$.

♃ & lucida pedis ♊ 2900+470. hoc est 18. grad. min. $51\frac{1}{17}$. ♃ alto grad. 16.

♃ & Pollux 2900—1551. hoc est 7. grad. min. $21\frac{1}{17}$.

♃ & Castor 2900—768. hoc est 11. grad. min. $47\frac{1}{17}$. non planè certum.

☾ cuspide Borea vicinóque, & secunda ♈ 2000—1005. hoc est 5. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

☾ eadem cuspide & tertia seu lucida in vertice ♈ 2000—704. hoc est 7. grad. 17. min. Fuit ♃ altus grad. 22. ☾ 61. grad. iam prætergressa meridianum.

Extremæ ☾ cuspides 1000—899. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Extremi ☾ gibbi 1000—930. hoc est 0. grad. 24. min.

Iterùm ☾ cuspides 1554—1455. hoc est 0. grad. min. $34\frac{1}{17}$.

Iterùm ☾ gibbi 1554—1486. hoc est 0. grad. 23. min.

Iterùm ☾ cuspides 1700—1598. hoc est 0. grad. 34. min.

Iterùm ☾ gibbi 1770—1630. hoc est 0. grad. mio. $23\frac{1}{17}$.

Eadem Die 14. Vesperi, post exquisitum calorem, superfuere nubes ad occasum, quæ ☿ conspicere semel duntaxat passæ sunt, atque in altitudine sex proximè gradnum, ac tum, cùm Spica ♍ esset alta 14. grad. Eo verò momento distiterunt inter se

☿ & Spica ♍ 2900+2402. hoc est 29. grad. min. $40\frac{11}{17}$. Et consequenter

♂ & Spica ♍ 2900—1193. hoc est 9. grad. 22. min.

♄ & Cor ♌ 2900—757. hoc est 11. grad. min. $50\frac{1}{17}$.

M.P.C.XXIV. Aquis-Sextiis Auguſtæ. ♄ & ſuprema frontis ♈ 2000—4960. hoc eſt 16. grad. min. 47¼.
♄ & dextrum femur internum Ophiuchi 2000—890. hoc eſt 6. grad. min. 15½.
♄ & ſiniſter humerus ♎ 2900—1155. hoc eſt 22. grad. min. 45½. Occaſu autem purgatiore facto, & ♂ adhuc alto grad. 11.
♂ & lanx Auſtrina ♎ 2900—711. hoc eſt 12. grad. min. 6¼.
♂ & lanx Borea 2000—1259. hoc eſt 18. grad. 19. min.

DIE 15. Manè, ſereno Cælo, vento ab ortu validiuſculo, ac aurora iam valdè clara diſtiterunt inter ſe
☽ & Pollux 1900—1551. hoc eſt 7. grad. 28. min.
☽ & lucida pedis ♊ 1551—1808. hoc eſt 18. grad. min. 57¼.
☾ margine orientali remotóque, & lucida ♈ 1808—614. hoc eſt 13. grad. min. 45½.
☾ margine eodem ſed vicino, & lucida Pleiadum 614—1088. hoc eſt 9. grad. min. 43½. Fuit ☽ altus medio tempore grad. proximè 23.

Subinde verò diſtitere. partim aurora clariſſima, partim exorto iam ☉.

Extremæ ☾ cuſpides	Extremi ☾ gibbi
1180—1087. hoc eſt 0. grad. min. 31½.	1180—1119. hoc eſt 0. grad. min. 17½.
1700—1602. hoc eſt 0. grad. min. 32½.	1700—1644. hoc eſt 0. grad. min. 18½.
2100—2100. hoc eſt 0. grad. 33. min.	2100—1143. hoc eſt 0. grad. min. 18½.

Tametſi gibbus occiduus ☾ perexiguus ſuperfuit, tantillus certè ille fuit, vt primo aſpectu videretur ☾ διχότομος eſſe.

Eadem Die Veſperi, ſeu potiùs Die 16. Manè. Statueram ad Occultationem Pleiadum à ☾ ſeduló attendere; ſed irritus fuit totus apparatus. Qui enim ventus à matutino uſque tempore flauerat, is paulatim magis, magiſque inualuit, & à meridie circiter nubibus variis Cælum obduxit. Notandum tamen cum is ventus ab exortu flauerit, ac etiamnum flet (nempe circa octauam matutinam dici 16.) in tetræ ſuperficie, nubes tamen actas, ac etiam-num agi meridie, & Africo quidem, potiuſquam Auſtro. Sed ad obſeruationem, cùm ante horam 11. & ab exotta uſque ☾ obſeruaturus, adfuerim, obfuere ſemper ſeu craſſiora, ſeu tenuiora nubila, quæ quòd aliquando per Cælum variè hiſcerent, non omnem prorſus ſpem adimebant. Semel duntaxat fuit Luna in hiatulo ſatis puro, & in quo diſcernere lucidam Pleiadum licuerit; ſed ea fuit iam nimis diſſita à ☾. Parato portò Radio, diſtiterunt inter ſe

☾ ſecundum lineam δοκιμίαν, & lucida Pleiadum 1685—1398. hoc eſt 1. grad. min. 36½.*

Eam dico lineam, potinſquam centrum, tametſi per centrum agi videretur, quod perpendicularis ex Stella non in centrum caſura, ſed in partem lineæ Borealem, quantum recordor, viſa fuerit. Tempotis anguſtia non permiſit rem conſideratè attentiùs, ſolùm memini Stellam fuiſſe Lunæ editiorem ad dexteram. Parato autem ſimul Quadrante accepi continuò Lunæ altitudinem ſecundum cuſpidem ſuprematn, eáque fuit 21. grad. 35. min. Ad Stellam cùm diuerterem, ea penitus correcta fuit; quia verò fuit proximè alta grad. 25. ideo fuit hora ſcilicet media iam nox tranſierat.

Poſteà, cùm ſpes aliquid ampliùs conſpiciendi adimeretur, & guttæ etiam aliquæ pulſante ptima decident, ineundum eſſe cubile cenſui. Non fuit tamen propterea ſeguis in reſpectando hora quarta Cælo: ſed id fuit adhuc perinde obductum. Factis hiatibus quibuſdam circiter horam 7. vſurpaui Radium, ac diſtiterunt inter ſe

Extremæ ☾ cuſpides 2500—2404. hoc eſt 0. grad. 31. min. progreſſuto vlteriùs craſſarum nubium ſeries interuenit.

Nota, cùm lucis confinium agi per centrum videretur, extremas tamen cuſpides vilas diu midiá circumfetentiá aliquantulum promotiores, idque non modò per Teleſcopium, ſed viſu etiam ſimplici.

DIE 16. Veſperi, exquiſito calore, eodem vento conſtante, nubes tranſeurrentes Occaſum potiſſimùm continenter occuparunt.

DIE 17 Manè, conſtante vento, nubibuſque pariter tranſcurrentibus, diſtiterunt clarâ aurorâ

☽ & Pollux 2890—1493. hoc eſt 7. grad. min. 38½.
☽ & Caſtor planè euaneſcens 2890—684. hoc eſt 12. grad. min. 12½.
☾ margine Boreo, remotóque, & Aldebaran 684—1518. hoc eſt 12. grad. min. 32½.
☾ margine eodem, ſed propinquo 1493—1737. hoc eſt 18. grad. min. 20½. Fuit tunc ☽ altus gradibus 34.

11.	845.	40. 12.	13. 33.
11½.	840.	40. 2	13. 34.
11½.	835.	39. 52.	13. 35.
11½.	830.	39. 42.	13. 36.
penè tota	825.	39. 31.	13. 37.
Tota obſc.	820.	39. 21.	13. 38.

Franckeræ à Ioanne Phocylide Holvvarda. hor. 12. min. 33½.

13. 5.

13. 37.

Cœpit inumbratio in hoc circiter ad horizontem poſitu

MDCXXVIII. *Decembri.*

Halos ☾ circumdoci cœpta.

Cœpit Halos obliterari.



Altitudo Capellæ part. Vmbræ Verſæ ad occaſum 333. ſeo 7. grad. 29. min. vnde hora 12. min. 37.

Cœpit autem defectus in hoc circiter ad horizontem poſitu.



Reſpectu verò ipſius ☾ temeratus primùm eſt limbus è regione ſuperioris partis maculæ illius paruæ, ac veluti oualinæ, quæ eſt ad orientem habetque ad occidentem oppoſitum maiorem pedem Homuncionis. Notandum, cùm aliàs ea macula ferè limbum ſtringat, hoc tempore tamen abfuiſſe ab eo non parùm.

Videbatur proximè Quadrans circumferentiæ deficere; & arcus vmbræ, circuituſque ☾ non malè congruere cum ſchematibus ſupponentibus proportionem diametrorum duplam.

Videbatur circiter triens circumferentiæ obtenebratum.

Arcus Vmbræ non videbatur indicare circulum duplo maiorem, quàm appareret circulus ☾

Iam totum penè Cælum ſerenum.

Altitudo Capellæ 435. ſeu 66. grad. 24. min. vnde hora 13. mio. 6½.

Iterùm proportio circuli vmbroſi ad Lunarem dupla.

Videbatur dimidium circumferentiæ obſcuratum Homuncionis caput obſcurari cœptum.

Cuſpis ☾ inferior ſupra Propoda ♊ triente diametri ☾

Arcus Vmbræ non malè congruens cum ſchemate ſemidiametrorum Lunarium 2½.

Videbatur bes circumferentia tenebris immerſum.

Iterùm congruentis arcus Vmbræ cum ſchematibus ſemidiametrorum 2½.

Videbatur dodrans circumferentiæ occultatum

Centrum ☾ & propus in eodem proximè pecpendiculo.

Altitudo ſiniſtri pedis Orionis ad occaſum 490. ſeu 26. grad. 6 min. vnde hora 13. min. 39.

Contigit defectus Totalis ad calcem maioris pedis Homuncionis, ſiue tantillum interius verſos ipſam planam.

Diameter ☾ ad extrema illuſtriora collineando ſemel, iterumque obſervata exhibuit in Radio partes Tangentis 3000—2905. hoc eſt 0. grad. 30. min. colores in ☾ immutabili, vt aliàs per conſimiles defectus; limbus autem centrum vmbræ reſpectans nonniſi ægrè conſpicuus fuit aliquantò poſt totalem defectum.

MDCXXVIII *Diuis, Decembri.*

Pars oppositæ fuit semper illustrior; & eàm initio totalis defectus viseretur ad partem dextram, seu occiduam cum obliquitate huiusmodi

Successit deinceps interuè & ad lævam versus ortum, donec affulsit argentea lua, vt in sequente schemate,



Eclipseos decrescentis Phases Digiti	Altitudo Humeri dextri Orionis ad occasum Tang.	gr.m.	Momenta inde ereuta hora	min.
Recup. Lumin.	590.	30.32.	15.	13.½.vel 14.
11½.	580.	30. 7.	15.	16.
11.	570.	29.41.	15.	17.
10½.	565.	29.28.	13.	20.
10.	560.	29.15.	15.	21½.
10.	555.	29. 2.	15.	23½.
10.	530.	28.49.	15.	24.
9½.	545.	28.45.	15.	25.
9.	540.	28.22.	15.	26½.
8½.	535.	28. 9.	15.	28.
8½.	530.	27.55.	15.	29.
8.	525.	27.42.	25.	30½.
8.	520.	27.28.	15.	32.
7½.	513.	27.15.	15.	33.
7.	510.	27. 2.	15.	34.
7.	505.	26.48.	15.	35½.
7.	500.	26.34.	15.	37.
7.	495.	26.20.	15.	37½.
6½.	483.	25. 52.	15.	41.
6.	475.	25.24.	15.	44.
5½.	470.	25.10.	15.	45.
5½.	465.	24.36.	15.	46.
5.	460.	24.42.	15.	48.
4½.	450.	24.14.	15.	50½.
4.	445.	23.59.	15.	52.
3½.	440.	23.43.	15.	53.
3½.	433.	23.31.	15.	54½.
3½.	430.	23.16.	15.	56.
3.	425.	23. 2.	15.	57.
2½.	415.	22.32.	16	0.
2.	405.	22. 3.	16.	3.
1½.	400.	21.53.	16.	3½.
1½.	395.	21.33.	16.	5½.
1½.	390.	21.18.	16.	7.
1.	385.	21. 3.	16.	8½.
0½.	380.	20.48.	16.	10.
0½.	373.	20.33.	16.	12.
0½.	370.	20.18.	16.	13.
Finis.	365.	20. 3.	16.	14.

Redire autem lux cœpit infra maculâ orientalem memoratam, ac è regione superioris partis maculæ alterius maioris, & centrum versus promotioris, habentisque ad occasum Caspiam propè oppositam.

Videbatur solùm circumferentię dodrans intra tenebras delitescete.

Arcus autem Vmbræ videbatur non malè arguere circulum, cuius diameter contineret Lunarem 2½.

Videbatur Bes; illeque Vmbræ arcus proportionem eandem non malè seruare

Nubila denuò obuelabant Cælum; sed erant tamen valdè tenuia

Videbator dimidium circumferentiæ restitutum; iamque ille arcus visus quàm ante curuatior circulum nonnisi duplum ad Lunarem demonstrabat

Videbatur adhuc Triens circumferentiæ in tenebris, eademque arcus curuatura. Idque non modò in medio, vbi Lunæ partes sunt minùs illustres; sed ad ipsas etiam Falcis cuspides, vbi partes sunt splendidiores. Inde ergo rursùs proportio semidiametri Vmbræ ad Lunarem argueretur dupla duntaxat.

Videbatur solùm Quadrans; & propter eandem curuaturam, eadem adhuc proportio



Desiit limbus temerari in hoc circiter ad horizontem positu.

Respectu verò ipsius ((desiit defectus ad maculam Caspiam solitariam scilicet illam, maiusculamque ad occidentem; & ad ipsius quidem medium tantillumve inferiùs. Prætereo autem maculam tum proximè limbum strinxisse, quæ alios ita remotior est, vt duas quasdam longiusculas se inter & limbum relinquat.

Heinc

Heinc pars occidua circumferentiæ inter notata defectionis emerſioniſque poſtremæ puncta apparuit circuli totius quaſi $\frac{1}{12}$. vt etiam apparuit intercepta portio inter primæ deſtitutionis & reſtitutionis deſignata puncta ad orientem 3 niſi hæc fuit forte aliquantò minor. MDCXXXVIII *Dimi. Deſtitutionis.*

Miſſam facio nudo adſpectu viſum ſemper fuiſſe defectum vno propè digito, quàm per Teleſcopium minorem : niſi quod inumbratio valdè ineraſſeſcens mouſtrauit limbum temeratum initio quidem matutiùs, in fine verò tardiùs, quàm Teleſcopio conſpiceretur.

Cæterùm cùm ☾ iam prorsùs exueret ſuperſtitem illam obtenebrationem in ſitu penè hoc deſcripto, ita promota interea fuit verſus eam Stellam, quæ eſt in extremo pede Caſtoris, anteeaditve aliam in pede procedentis Π, vt illam media ſubierit, terræque eripuerit, quæ mox ante ipſi eripuerat Solem ; ſcilicet ipſam occuluit paulò infra maculam paruam quam initio in parte ☾ orientali deſcripſimus, ac tanto quidem interuallo, quantum macula longa eſt ; adeò vt locus fuerit quaſi medius inter primam defectionem, & reeuperationem lucis.



Fuit autem tunc humerus dexter Orionis ad occidentem adhuc altus 285. ſeu 15. grad. 54. min. atque idcircò exſtitit hora 16. min. 37.

Exſpectani deinde, ſi qua fortè Stellam liceret deprehendere : verùm quæ nubila tennia ab emergente vſque ☾ obduci Cælo cœperant, ita addenſata fuerunt, & ad occaſum potiſſimum, vt illa prorsùs non compareret.

Iam ex adlatis colligitur totam durationem Eliplſeos fuiſſe horatum 3. min. $37\frac{1}{2}$. dimidium dutationis hor. 1. min. $48\frac{1}{2}$. Moram in totali vmbra hor. 1. min. $35\frac{1}{2}$. dimidium moræ hor. 0. m. $47\frac{1}{2}$. incidentiam hor. 1. min. $1\frac{1}{2}$. emerſionem hor. 1. m. $0\frac{1}{2}$. vel minutum partiendo tam incidentiam, quàm emerſionem hor. 1. min. 1. denique omnibus expenſis medium Eliplſeos contigiſſe hora 14. min. $25\frac{1}{2}$.

Ex Ephemeride Eichſtadij debuit contingere Vraniburgi initium quidem hora 13. m. $21\frac{1}{2}$. totalis verò obſcutatio hora 14 min. $33\frac{1}{2}$. emerſio prima hora 16. min. 11. Finis h. 17. m. $23\frac{1}{2}$. ſieque tota durtatio eſſe horarum 4. min. 2. totalis mora hor. 1. min. 37. &c. medium autem Eclipſeos contigiſſe hora $15.\text{min}.22\frac{1}{2}$.

Ex Ephemeride Durteti contingere debuit Pariſiis initium hora 12. min. 32. Finis hor. 16. m. $25\frac{1}{2}$. vnde tota duratio eſſe debuit hora 3. min. $45\frac{1}{2}$. facit autem moram horæ 1. min. $34\frac{1}{2}$. denique medium contingere debuit hora 14. min. $23\frac{1}{2}$.

Ex Ephemeride Origani ſecundum Tychonem.

Obſeruauit eandem Eclipſim Agartatus Aquis-Sextiis adiutante Corberano. Eſt autem ſeries obſeruationis quam ad me perſcripſit huiuſcemodi

Cælo ſub Veſperam puleriore, quàm ſpes fuiſſet facta interdiu ac eleuata iam Luna ſupra Horizontem gradibus 19. obſeruata eſt Radio eius diameter 2000—1881. hoc eſt 0. grad. min. $39\frac{1}{2}$. diſtiterunt poſteà inter ſe

☾ margine Auſtrino vicinóque, & Aldebaran 2000+1400. hoc eſt 19. grad. min. $16\frac{1}{2}$.

☾ eodem & dexter humerus Orionis 2000+1691. hoc eſt 21. grad. 6. min. Altitudo ☾ fuit tunc ſuperiore limbo 22. grad. 10. min. humerus dexter Orionis ad ortum 12. grad. 0. min. ac proinde hora 6. min. 18. Vtebatur autem Quadrante propè tripedali.

☾ margine occiduo vicinóque, & lucida pedis Aurigæ 2000+3290. hoc eſt 29. grad. 51. min.

☾ eodem & Capella 2000+2320. hoc eſt 24. grad. min. $2\frac{1}{2}$. Altitudo ☾ tunc fuit margine ſuperiore 24. grad. 35. min. humeri dexiri Orionis 14. grad. 25. min. ac proinde hor. 6. min. 37.

☾ margine occiduo vicinóque, & lucida pedis Aurigæ 2000+1950. hoc eſt 21. gr. min. $20\frac{1}{2}$.

☾ margine orientali vicinóque, & Caſtor 2000+1715. hoc eſt 21. grad. min. $5\frac{1}{2}$. Altitudo Pollucis tunc fuit 27. grad. 45. min. ac proinde hor. 8. min. 13.

Cælum deinde ſub horam 10. obduCtum, & ſub mediam noctem ſubortus Corus vehemens (quem nos tamen non ſenſimus, tametſi nubes eo agebantur)

Poſteà cùm cœpiſſet tenuis apparuit Halos circa ☽, & ineraſſeſcente inumbratione altitudo ☾ ſuperiore margine fuit 68. grad. 35. min. Caudæ verò ☌ ad ortum 19. grad. 55. min. vnde hora 12. min. 22.

Limbo adhuc magis obtenebreſcente Cor ☌ fuit altum 37. grad. 20. min. ac proinde hor. 12. min. 28.

Cœpit verò denique Eclipſis paulò ſupra maculam paruam (illum ſcilicet à nobis deſcriptam) ☾ alta ſuperiore margine 67. grad. 20. min. & Cauda ☌ 23. grad. 0. min. ſed præſtat totam ſeriem compendiosè ſic exhibere,

MDCXXVIII *Dimic. Decembri.*

Phaſes Eclipſeos increſcentis Digiti	Altitudines Fixarum gr. min.	Momenta inde elicita hor. min.
Initium	Cauda ☌ 23. 0.	12. 39.
$0\frac{1}{12}$.	Cor ☌ 39. 45.	12. 42.
$1\frac{1}{12}$.	Cauda ☌ 23. 40.	12. 43.
2.	24. 20.	12. $46\frac{1}{2}$.
$2\frac{1}{2}$.	25. 10.	12. 51.
Iterùm.	25. 40.	12. 55.
3.	Cor ☌ 41. 50.	12. 55.
$3\frac{11}{12}$.	Cauda ☌ 26. 25.	12. 58.
4.	Cor ☌ 42. 35.	12. $59\frac{1}{2}$.
5.	Cauda ☌ 27. 0.	13. 1.
6.	28. 0.	13. $6\frac{1}{2}$.
Iterùm.	28. 10.	13. $7\frac{1}{2}$.
$6\frac{1}{2}$.	28. 15.	13. 8.
$7\frac{1}{2}$.	28. 40.	13. $10\frac{1}{2}$.
Iterùm $7\frac{1}{2}$.	29. 0.	13. 12.

Altitudo ☾ ſuperiore margine 64. grad. 45. min.

Phaſes Eclipſeos increſcentis Digiti	Altitudines Fixarum gr. min.	Momenta inde elicita hor. min.
Iterùm $7\frac{1}{2}$.	Cor ☌ 44. 30.	13. 11.
8.	Cauda ☌ 29. 20.	13. 14.
$8\frac{1}{2}$.	Coxa ☌ 40. 0.	13. $15\frac{1}{2}$.
9.	Cauda ☌ 30. 25.	13. 20.
$9\frac{1}{2}$.	30. 45.	13. 22.
ampliùs.	Coxa ☌ 40. 30.	13. $18\frac{1}{2}$.
ampliùs.	Cauda ☌ 31. 5.	13. $23\frac{1}{2}$.
10.	31. 45.	13. $27\frac{1}{2}$.
$10\frac{1}{2}$.	Coxa ☌ 42. 20.	13. $28\frac{1}{2}$.
11.	Cauda ☌ 32. 31.	13. 32.
$11\frac{1}{2}$.	Lucida ♈ 17. 45.	13. $33\frac{1}{2}$.
ampliùs.	17. 30.	13. 34.
Tot. obſc.	17. 1°.	13. 36.

Altitudo ☾ ſuperiore margine 63. grad. 0. min.

Contigit autem totalis obſcuratio in maiori pede Homuncionis.

Diameter ☾ per totale deliquium 2000—1969. hoc eſt 0. grad. 30. min. puto enim illum exſcribendo pro 1909. ſcripſiſſe 1969. vnde colligeretur ſolùm diam. 0. grad. min. $10\frac{1}{2}$. vel etiam 1869. vnde 0. grad. min. $43\frac{1}{2}$. Fuit autem tunc ☾ alta ſuperiore margine 59. grad. 35. min. & lucida ♈ 16. grad. 5. min. ac proinde hor. 13. min. 42. ſtatim verò diſtiterunt

☾ margine occiduo, vicinóque, & Stellula Borea in pede ♊ (præcedens ſequentem duarum dicere vt opinor, voluit) 2000—1960. hoc eſt 0. grad. min. $13\frac{1}{2}$. Fuit autem conſequenter eadem Stella alta 53. grad. 25. min. & lucida ♈ 14 grad. 30. min. vnde hor. 13. min. $51\frac{1}{2}$.

Eiuſmodi Stella, & lucida pedis ♊ 2000—550. hoc eſt 8. grad. 9. min.

Alia Auſtralis Stella (an hæc potiùs fuit præcedens ſequentem duarum) & lucida pedis ♊ 2000—752. hoc eſt 7. grad. min. $0\frac{1}{2}$.

Eadem Auſtralis, & Capella 2000+2840. hoc eſt 27. grad. 10. min.

Borealis, & Capella 2000+2700. hoc eſt 26. grad. 25. min.

Duæ huiuſcemodi Stellæ 2000—1866. hoc eſt 0. grad. min. $44\frac{1}{2}$.

☾ margine orientali, vicinóque, & lucida pedis ♊ 2000+586. hoc eſt 7. grad. min. $52\frac{1}{2}$.

☾ margine occiduo, vicinóque, & Aldebaran 2000+2301. hoc eſt 24. grad. 16. min. Tunc autem fuit Arcturus altus 15. grad. 0. min. vnde hor. 14. min. $5\frac{1}{2}$.

☾ margine Auſtrali vicinóque, & dexter humerus Orionis 2000+848. hoc eſt 16. grad. min. $9\frac{1}{2}$.

Diameter ☾ iterùm 2000—1900. hoc eſt 0. grad. 33. min.

☾ margine occiduo vicinóque, & Borea illa 2000—1930. hoc eſt 23. grad. 5. min.

☾ orientali, vicinóque & Auſtrali 2000—1825. hoc eſt 0. grad. 38. min. circiter mediùm ventus ceſſauit, & ☾ fuit atri ruboris.

Inclareſcente autem ☾ ad orientem altitudo Arcturi fuit 19. grad. 50. min. vnde hor. 14. min. $32\frac{1}{2}$.

Adhuc magis altitudo lucidæ pedis Orionis fuit 16. grad. 45. min. vnde hor. 14. min. 47. Conſequenter autem diſtiterunt

☾ margine orientali vicinóque, & Auſtralis illa 2000—1851. hoc eſt 0. grad. min. $49\frac{1}{2}$.

☾ margine occiduo, vicinóque, & Borea illa 2000—1881. hoc eſt 0. grad. min. $39\frac{1}{2}$. Altitudo verò Arcturi tunc fuit 23. grad. 10. min. ac proinde hora 14. min. 55.

Inclareſcebat adhuc magis limbus Arcturo alto 23. grad. 20. min. ac proinde hora 15. min. $3\frac{1}{2}$.

Cœpit conſequenter lucis recuperatio ſubter maculam illam paruam ſuitque deinceps ſeries obſeruationis huiuſmodi,

Phaſes

Phaſes Eclipſeos decreſcentis Digiti	Altitudines Fixarum grad. min.	Momenta inde elicita hor. min.
Rec. Lumio.	Arcturi 26. 40.	15. 11.
$11\frac{1}{2}$.	26. 50.	15. 12.
11.	27. 30.	15. $15\frac{1}{2}$.
mious.	27. 50.	15. 17.
minus.	Luc. Cor. 17. 45.	15. $15\frac{1}{2}$.
$10\frac{1}{2}$.	18. 40.	15. $20\frac{1}{2}$.
10.	Arcturi 28. 35.	15. $21\frac{1}{2}$.
$90\frac{1}{2}$.	Spicæ mp 16. 25.	15. 22.
minus.	Arcturi 28. 45.	15. 22.
9.	18. 55.	15. 23.
$8\frac{1}{2}$.	29. 30.	15. $26\frac{1}{2}$.
minus.	29. 46.	15. 28.
8. & minus.	30. 5.	15. $29\frac{1}{2}$.
mious.	30. 20.	15. 31.
$7\frac{1}{2}$.	30. 55.	15 34.
7.	Luc. Cor. 21. 15.	15. 36.
$6\frac{1}{2}$.	Spicæ mp 18. 40.	15. 37.
minus.	18. 50.	15. 38.

Phaſes Eclipſeos decreſcentes Digiti	Altitudines Fixarum grad. min.	Momenta inde elicita hor. min.
6.	Arcturi 32. 5e.	15. 45.
$5\frac{1}{2}$.	Spicæ mp 19. 25.	15. 42.
5.	19. 40.	15. 43.
Itetùm.	20. 5.	15. 46.
$4\frac{1}{2}$.	Luc. Cor. 23. 10.	15. 47.
4.	23. 20.	15. $47\frac{1}{2}$.
minus.	23. 50.	15. 51.
$3\frac{1}{2}$.	Arcturi 34. 0.	15. 51.
minus.	Luc. Cor. 24. 5.	15. $52\frac{1}{2}$.
3.	24. 30.	15. 55.
minus.	24. 40.	15. $55\frac{1}{2}$.
$2\frac{1}{2}$.	25. 0.	15. $56\frac{1}{2}$.
mions.	Spicæ mp 21. 30.	15. 56.
2.	21. 55.	15. 59.
minus.	22. 10.	16. 0.
minus.	22. 30.	16. 3.
$1\frac{1}{2}$.	22. 40.	16. $5\frac{1}{2}$.
minus.	Hu. dezt. Or. 21. 20.	16. $7\frac{1}{2}$.
Finit.	22. 0.	16. $9\frac{1}{2}$.

Altitudo ☾ ſuperiore margine 45.grad. 40.min.

Altitudo ☾ margine ſuperiore 42.grad. 35.min.

MDCXXVIII *Diuis, Decembri.*

Altitudo ☾ margine ſuperiore 41.grad. 0.min.

Altitudo ☾ margine ſuperiore 35.grad. 55.min.

Deſiit Eclipſis in medio Caſſiæ maculæ. Supererat adhuc aliquid penumbræ humero dextro Orionis alto 20.grad. 31.min. ac proinde hora 16. mio. 12.

Adhuc aliquid eadem Stella alta 20.grad. 0.min. ac proinde hor. 16.min. 15.

Adhuc aliquod, ſed oculo nudo, eadem alta 19.grad. 50.min. ac proinde hor. 16. min. 16.

Poſtmodum autem diſtiterunt inter ſe

☾ margine occiduo vicinóque, & dexter humerus Orionis 2000+864. hoc eſt 16.grad. 16.mio.

☾ margine Boreo vicinóque, & Capella 2000+2772. hoc eſt 26.grad. 48.min. Fuit tunc altitudo ☾ ſuperiore 30.grad. 45.min. humeri dextri Orionis 15.grad. 53 min. ac proinde hor. 16. min. 38.

☾ margine orientali vicióque, & Pollux 2000+1400. hoc eſt 19.grad. min. $16\frac{1}{2}$.

☾ Auſtrali vicinóque, & Procyon 2000+2460. hoc eſt 25.grad. min. $7\frac{1}{2}$. Fuit tunc Altitudo ☾ ſuperiore 28. grad. 30. mio. dextri humeri Orionis 13. grad. 40. min. vnde hor. 16. min. 50. Altitudo meridiana ☉ fuit deinceps 23. grad. 0. min.

Hactenus Agatrato obſeruatio, quæ exhibet initium matutiùs quàm noſtra m. 2. aut $2\frac{1}{2}$. cùm deberet tantundem exhibere tardiùs. Sed fortaſſis nubes Lunam occupantes obſcuritatémque augentes effecere vt limbus viſus fuerit æquo citiùs temeratus. Finem quoque exhibet tardiùs $4\frac{1}{2}$. quàm noſtra cùm debetet ſolùm mio. 2. vel $2\frac{1}{2}$. ſed exſpectauit fortè donec limbus etiam nudo viſui reſtitutus appareret. Heinc etiam totam dutationem exhibet 3. min. prolixiorem quàm noſtra ſcilicet hor. 3. min. $40\frac{1}{2}$.

At verò circa momenta tam obſeruationis totalis, quàm recupetationis lucis, quæ obſeruatu faciliora, tutioráque ſunt. Conſenſus eſt, vt vtrumque tardiùs, ſiue poſtetiùs ſit numeratum illud quidem minutis 2. hoc verò $2\frac{1}{2}$. ex quo efficitur vt etiam in mota totali exhibita 1. grad. 35. min. non ſit diſcrepantia niſi in dimidio miouti, cùm nobis fuerit 1. grad. min. $35\frac{1}{2}$.

Porrò & medium, quod exinde elicitur hora 14. min. $23\frac{1}{2}$. conſentaneum eſt, habétque alias Phaſeis conſpiranteis, dum vel idem exhibent, vt quæ quaternùm ſunt digitorum, vel heinc inde partim abundant partim deficiunt vno, altero-ne miouto, ſemiſſeve, aut quadrante, &c. Certè quod etiam medium ex initio, ac fine colligitur hor. 14. min. 14. non diſcrepat ampliùs dimidio minuti.

Obſeruauit

MDCXXXVIII *Diuiſa, Decembri.*

Obſeruauit eandem Eclipſim Pariſiis præclarus Bullialdus. Sed nubibus tamen impedientibus omnia exſequi pro votis non potuit. En ergo quidquid adnotauit, & triduo pòſt ad me tranſmiſit.

Cùm obiectæ nubes non ſinirent obſeruari initium, inclarescente poſteà Cælo digiti 6. præcisè apparuerunt, cùm ☾ limbus inferior diſtabat à vertice 28.grad. 28.min. habitáque ratione parallaxeos, aſſumptáque altitudine Poli 48.grad.51.min. dabatur hora 12.min.53.

Deinde erant digiti 7. proximè, alto ☾ limbo inferiori 61. grad.18.min. habitáque ratione parallaxeos, vt ſupra dabatur hor.12. min.56.

Erant & digiti 8.proximè, alto eodem limbo 60.grad. 36.min. vnde dabatur hor.13.min.4. Exinde Stellæ interuiſæ.

Incidit poſteà totalis obſcuratio, Procyone alto 47.grad. 17.min. in ipſo nempe meridiano, vnde dabatur hor.13. min.23.

Fuere deinde centrum ☾, & antecedens in pede præced. ♊ (an non potiùs Propus) cùm limbus ☾ inferior, qui ſub vmbra Teleſcopio ſatis clarè videbatur foret altior Stella 3.digitis, ſeu min.8. eſſetque Cor Hydræ altum 30.gr. 37.min. an daretur hor.13. min.40. Erat autem illa Stella iuxta Tychonem in 18. grad. 25. min. 17. ſec. ♊ cum latitudine Auſtrali 0.grad. 58.min. declinatione Boreali 22.gr. 33.min. 12.ſec. Aſc. Recta 88.grad.41.min.15.ſec. Pergit autem erat mihi iuxta Tabulas (Lunares, vt puto) quas mihi ex Hippatchi obſeruationibus condidi in 29.grad.11.min.4.ſec. ♊ latitud.m.d.4.min. 45.ſec.

Ex quibus dabatur centri ☾ altitudo 37.grad. 40.min 4.ſec. Stellæ verò altitudo tunc erat 56.gr.42.m. 15.ſec. Lunæ limbus ipſa altior 18.min. centrum limbo 26.min. Viſa igitur altitudo ☾ erat 57.grad.6.min.15.ſec. ergo parallaxis altitud. 34.min. 4.ſec. & diſtantia ☾ à tetra $54\frac{20}{971}$. (ſub. ſemidiam.)

Poſteà volebam obſeruare aliam Stellam, quam ☾ tectura erat: ſed nubes ſuperuenerunt, quæ ☾ & Stellas omneis conſpectui eripuerunt.

Tandem inter nubium hiatus ☾ pauliſper ſe exhibuit, & Teleſcopio videbatur clarior ad ortum, & ſanè limbi minima particula videbatur lumen recuperaſſe. Tunc exiſtimaui paullum ante incœpiſſe recuperationem luminis. Limbus ſuperior tunc videbatur 45.gr. 58.min. parallaxi adhibita dabatur hora 14. min. 59. ſed Recuperatio luminis fortaſsè fuit hor.14. min.58.

Ex his igitur colligitur Eclipſeos initium hor.12. min.23.

Totalis obſcuratio hor.13.min.23. Recupetatio luminis 14.grad.58.min. Finis, &c. Medium hora 14.min.10$\frac{1}{2}$.

Poſt Recuperationem luminis nubes confertim, & condensè oculis ſeſe obiecerunt, nec paſſæ ſunt ☾ toto noctis tempore reſiduo cerni, & die ſequente Cælum obfuſcarunt. Quando Luna vmbræ totaliter immerſa eſt, penitùs ſiluerunt venti, & Luna recuperante lumen flatus iterùm ſurrexerunt.

Hactenus Bullialdi obſeruatio, de qua tamen poſteà ſcripſit ſe ſubdubitare ob ſitum Procyonis in medio Cæli obſeruatum: adeò vt potuerit à vero 9. minutis horæ abertare, videlicet poſtquam obtinuit, & cum mea contulit obſeruationem Hortenſij.

Obſeruauit nempe etiam aliquid Amſtolodami noſter Hortenſius, nam ex Bullialdi literis apparuit illi totalis immerſio Aldebaran alto ad occaſum 17.grad. 6.min. ac proinde hora 13. min. $32\frac{1}{2}$. & Emerſio prima Aldebaran alto 22.grad.48.min. ſeu hora 15.min. $9\frac{1}{2}$. puto 15.gr. min. $7\frac{111}{120}$.

Addit Lugduni-Batauorum immerſionem totalem obſeruatam Aldebaran alto 37.grad. 22.min.

Obſeruauit Couentriæ in Anglia, diſtantis Londino ad occaſum LXX. milliaribus Cl. Vir Samuël Foſter Aſtronomiæ Profeſſor Londinenſis Phaſeis pauculas, quas, mecum communicauit nobilis D. Ioannes Tuyſden, qui præſens, imò adiutor fuit. Eæ ſic habuerunt

Obſcuratio digit. $7\frac{1}{2}$. Rigel alto 24.grad.58.min.1.ſec. hor.noct. 12.min.40. digit.8. Rigel alto 24.grad. 37.min. hor. noct.12. min.50.

Decreſcens & propè finis 1.digit. paulo minus Arcturo alto 31.gr.56.m.hor.noct.15. m.45.

Fuit Rigel ad occaſum, Arcturus ad ottum, altitudo Poli 52.grad. 29.min.

Idem obiter retulit verſantem ſe Geneuæ obſeruaſſe illeic Poli altitudinem non excedere 46.grad. 12.min. & cum foret Albonæ leucis 12. Borealiores in Heluetia, obſeruaſſe Poli altitudinem 46.grad. 29. min. ac variationem Magnetis ſemel 3.grad. 13.min. ſemel 3.grad. 0.min.

M. DC. XXXIX.

Distantiæ Mercurij à Marte, &c. Occultatio Propodis à Luna, & Lunæ appulsus ad Stellam duarum in sinistro Pede Geminorum, Eclipsis Solis, &c.

ANNO 1639. Mense Ianuario, perseuerauit etiam ab Eclipsi pulcerrimum Cælum, soláque Dies 14. huius mensis perobscura fuit. Narrauerat autem pridie Totnator Die 10. manè, se cùm in itinere esset, abessetque heinc tribus in ortum milliaribus obseruasse ☽ in eodem verticali suppositum Stellæ, quæ fuit, vt puto, suprema trium lucidiorum in fronte ♋ tanto interuallo, quanto mecum videbat inferiorem (limbum tempore Eclipseos superare Propoda: id fuit proximè 10. minutotum. Vide superiùs vbi sub finém Ianuarij ante annos 12. adnotatus est ☽ transitus infra eandem Stellam. Vide & inferiùs.

Die 18. Vesperi, accinxi me, quantum per valetudinem nondum penitùs restitutam licuit, ad obseruandum ☿. Iusseram nempe famulum ab vno, alteroque die ad illum attendere; cumque detexisset, ac mihi monstrasset superiore Vespere, non potueram tamen ipsum obseruare; scilicet non ante in hortum descendi, vnde per dies eliquot obseruare posse spes fuit, quàm nubilis vaporibusque supra Horizontem incumbentibus fuit interceptus. Hoc Vespere autem inter Sirias tenuiorum nubium Horizonti imminentium, ac reliquo Cælo sereno, distiterunt inter se

♌ & Os Pægasi 3500+1456. hoc est 27.grad. min.24$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 50.seu 2.grad. 50.min.
& humerus dexter ♒ ægrè suprà apparens 3500+1130. hoc est 20.grad. 2.min. Altitudo ☿ 55.seu 2.grad. 0.min.
♌ & Os Pægasi iterum 3500+1438. hoc est 27.grad. min.28$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 20.seu 1.grad. 10.min.

Die 19. Vesperi, etiam inter nubila tenuia, distiterunt inter se

☿ & Os Pægasi iterùm 3500+1306. hoc est 26.grad. 44.min. Altitudo ☿ 4.grad. 17.min. Oris Pægasi 27.grad.0.min.
♌ & Os Pægasi iterùm 3500+1284. hoc est 18 grad.37$\frac{1}{2}$.
& humerus dexter ♒ 200+1284. hoc est 26.grad. min.36$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 1.grad.26.min. Oris Pægasi 23.grad.40.min.

Die 20. Vesperi, nubila adhuc tenuia, distiterunt que inter se

☿ & Os Pægasi 3500+1165. hoc est 25.gr.56.min. Altitudo ☿ 4.grad. 31.min. Oris Pægasi 26.grad. 6.min.
☿ & humerus dexter ♒ 2000+1068. hoc est 17.grad.min.24$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 3.grad.19.min. Oris Pægasi 24.grad. 28.min.
♌ & Os Pægasi iterùm 3500+1150. hoc est 25.grad.51.min.
& humerus dexter ♒ iterùm 2000+1060. hoc est 17.grad. min.21$\frac{1}{2}$. Altitudo 2.grad. 24.min. Oris Pægasi 23.grad. 16.min.
☿ & Markab Pægasi imminens 3500+3420. hoc est 38.grad. min.10$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 2.gr. 0.min. Oris Pægasi 39.grad. 52.min.

Die 21. Nubibus semper tenuibus, distiterunt inter se

♌ & Os Pægasi 3500+1033. hoc est 25.grad.min.11$\frac{1}{2}$.
& Markab Pagasi 3500+3187. hoc est 36.grad. 58.min. Altitudo ☿ 4.grad. 50.min. Markab 41.grad.50.min.
♌ & Os Pægasi iterùm 3500+1020 hoc est 25.grad. 7.min.
& Markab iterùm 3500+2174. hoc est 36.grad. 54.min. Altitudo ☿ 4.grad. 15.min. Markab 41.grad.0.min.
♌ & humerus dexter ♒ 2000+848. hoc est 16.grad.min.9$\frac{1}{2}$.
& lucida colli Pægasi 3500+1917. hoc est 30.grad. min.8$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 3.grad. 15 min. Markab 39.grad. 40.min.
♌ & Os Pægasi iterùm 3500+1010. hoc est 24.grad. min.57$\frac{1}{2}$.
♌ & Markab iterùm 3500+3155. hoc est 36.grad. 48.min. Altitudo ☿ 2.grad. 10 min. Markab 38 grad. 40.min.

Die 22. Vesperi, series etassatum nubium sic occupabat Horizontem, vt maturandum fuerit, ne ☿ absconderetur, distiterunt ergo

☿ & Markab 3500+2922. hoc est 35.grad. min34$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 6.grad. 15.min. Markab 41.grad.40.min.
☿ & Os Pægasi 3500+910. hoc est 24.grad.min.29$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 5.grad.30.min. Markab 40.grad. 50.min.

M.DC.XXXIX. *Diuiæ, Ianuario.*

☿ & Markab iterùm 3500+2920. hoc eſt 35. grad. 34.min. Altitudo ☿ 4.grad. 10.min. Matkab 39.grad. 40.min.

☿ & Os Pægaſi iterùm 3500+905. hoc eſt 24.grad. min.27$\frac{1}{2}$.

☿ & Markab iterùm 3500+2918. hoc eſt 35.grad. min.35$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 3.grad. 35.min. Markab 39. grad.0.min. Erat autem ☿ in ipſiſſima ora nubis.

Die 23. Veſperi, fuerat Cælum manè obductum, adeò vt ſperaretur nix; non deſtitit tamen dies eſſe ſatis pulcra, ſub Veſperam autem ſupetfuerunt nubes, ob quas hoc ſolùm præſtare licuit, diſtiterunt

☿ & Markab 3500+2680. hoc eſt 34.grad. min.17$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 6.grad. 15.min. Markab 40.grad. 10.min.

☿ & Os Pægaſi 3500+802. hoc eſt 23.grad. min.52$\frac{1}{2}$. Subiere autem ſtatim nubes, quæ & tota die ſequente Cælum occupârunt, & Die 25. manè etiam niuem effuderunt flante Africo, & Veſperi quoque ſuperfuerunt tametſi ſuccedente Coro. Die 26. Veſperi ☿ quidem interuiſus, ſed alia nulla Stella comparuit.

Die 27. Veſperi inter nubila, quæ Cæcias agebat, diſtiterunt

☿ & ♂ 3500+3438+120. vniuersè 3558. hoc eſt 38.gr.m.52$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 10.gr.0.min.

♂ & Caput Andromedæ 3500+1226. hoc eſt 26.grad. min.16$\frac{1}{2}$.

☿ & Markab Pægaſi 3500+1048. hoc eſt 25.grad.16.min.

☿ & Markab 3500+1810. hoc eſt 29.grad. 35.min

☿ & humerus dexter ♒ 3500—1437. hoc eſt 11.grad.min.6$\frac{1}{2}$.

☿ & Os Pægaſi 3500+520. hoc eſt 22.grad. 16.min. Altitudo ☿ 4.grad. 15.min. Markab 32.grad. 40.min.

Die 28. Veſperi, ſuperſtitibus raris nubilis, quæ per diem fuerant erebtiora, diſtiterunt inter ſe

☿ & ♂ 3500+3460. hoc eſt 38.grad. min.22$\frac{1}{2}$. Alto ☿ 10.grad. 45.min.

♂ & Caput Andromedæ 3500+1200. hoc eſt 26.grad. 8.min.

☿ & Markab Pægaſi 3500+1628. hoc eſt 28.grad. min.32$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 8.grad. 35.min. Markab 35 grad. 45.min.

♂ & Markab 3500+1120. hoc eſt 25.grad. 41.min.

☿ & Os Pægaſi 3500+462. hoc eſt 21.grad. 56.min.

☿ & humerus dexter ♒ ægrè apparens 3500—1520. hoc eſt 10.grad. 39.min. Altitudo ☿ 6.grad.10.min. Markab 33.grad. 15.min.

Die 30. Veſperi (nam die ſuperiore nubes ab occaſu ſubortæ ☿ planè obduxerant) diſtiterunt inter ſe, Cælo ſatis pulcro

☿ & ♂ 3500+3338. hoc eſt 37.grad.45.min. Alto ☿ 11.grad.0.min.

♂ & Caput Andromedæ 3500+1165. hoc eſt 25.grad. 56.min.

♂ & Markab 3500+1300. hoc eſt 26.grad. 1min.41$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 9.grad. 0.min. Markab 34.grad. 40.min.

♂ & Markab 3500+1278. hoc eſt 26.grad. min.34$\frac{1}{2}$.

☿ & ♂ iterùm 3500+3328. hoc eſt 37.grad. 41.min. Alto ☿ 8.grad. 15.min.

☿ & Os Pægaſi 3500+405. hoc eſt 21.grad. min.36$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 8.grad. 0.min. Markab 32.grad. 50.min.

☿ & Markab iterùm 3500+1288. hoc eſt 26.grad. min.37$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 7.grad. 25.min. Markab 32.grad. 15.min.

☿ & Os Pægaſi iterùm 3500+400. hoc eſt 21.grad. 35.min.

☿ & humerus dexter ♒ ægrè apparens 3500—1620. hoc eſt 10.grad. min.5$\frac{1}{2}$. Altitudo ☿ 5.grad.45.min. Markab 31.grad.0.min.

☿ & Fomahant 3500+1816. hoc eſt 29.grad.35.min.

♂ & Fomahant 3500+537. hoc eſt 21.gr. 22.min.

Procyon, & humerus dexter Orionis 3500+1185. hoc eſt 26.grad.3.min.

Procyon & ſiniſter pes Orionis 3500+3497. hoc eſt 38.grad.34.min.

Procyon,& humerus dexter Orionis iterùm 3500+1182. hoc eſt 26.grad. 2.min.

Humerus dexter, & humerus ſiniſter Orionis 3500—2082. hoc eſt 7.grad. min.31$\frac{1}{2}$.

MENSE FEBRVARIO, Die 4. Veſperi, cùm die vltimo ſuperioris menſis Cælum fuiſſet obductum, & nocte ſequente ac Die 1. huius ninxiſſet, pluiſſetque, ac Dies 2. & ſuperior fuiſſent pluuij, ac degelantes, hodie fuit Cælum ſatis pulcrum, & aër pacatus,ac mitis, cùm videretur Corus ſucceſſiſſe Vulturno. Itaque ſub Veſpetam paucis nubibus ſuperſtitibus, diſtiterunt inter ſe

☾ margine occiduo remotóque,& ♂ 3500+3188.hoc eſt 36.grad.min.57$\frac{1}{2}$. Altitudo ☾ inferiore margine 12.grad. 40.min.

☿ & ♂ 350+3510. hoc eſt 38.grad. 38.min. Fuit ☿ infra ☾ ad læuam, non luculentus admodum.

☿ & Markab 3500+788. hoc eſt 23.grad. min.47$\frac{1}{2}$.

☿ & ora Auſtrina ac vicina ☾ 3500—2916. hoc eſt 3.grad.2.min. Altitudo ☾ inferiore margine 9.grad.30.min. ☿ 6.grad.50.min.

♂ & Caput Andromedæ 3500+1140. hoc eſt 25.grad. min.47$\frac{1}{2}$.

♂ &

♂ & Markab Pægasi 3500+t718. hoc est 29.grad. min.1½. Altitudo ♂ 36.grad. 10.min. lucidæ ♈ 29.grad.40 min. M.DC.XXXIX. 19. Februario.

Fnete duo sequentes dies satis puleti circiter meridiem: at non manè, nec Vespere. Sequentibus ad vsque 8. videri nil Vesperi potuit. Deinceps ☿ inuisus.

Dra 13. Vesperi, occultatio Propodis, & adpulsus ☾ ad Stellam præcedentem duarum in sinistro pede antecedentis Π. Cùm sub noctis initium subdubitarem Propodem contegi à ☾ iussi famulum attendere, si quà circum ☾ eam Stellam deprehenderet, idque quàm primùm duas pedia Stellas tam per residuum Crepusculum, quàm per ☾ vicinium detegere concederetur; scilicet mihi tum non vacabat in eam curam incumbere. Ac fecit ille quidem, retulitque sese non priùs duas illas Stellas detexisse, quàm ☾ interiectu tecti oculo præripiens ad ipsum vsque limbum occiduum, ne claritate obfuscaretur, Stellam quoque Propodem dictam proximè limbum adnotauit, schematéque isto expressit: attamen quia nullam cœpit Stellarum altitudinem, ideò asseri solùm potest ☾ texisse Ptopoda, fuisseque eum illo in eadem longitudine circiter ipsum Solis occasum, ac obduxisse parte Borea, seu ductu concepto inter centrum, & cuspidem Septentrionalem.



Cùm vacasset tandem post cœnam oculos eòdem conuertere videbatur Stella præcedens in summo pede Π euasura ptocul ☾ transitum, spectato videlicet situ gibbi, seu limbi orientalis, quia tamen & ☾ ad illam latitudine accedebat, & coniunctio futura non erat, nisi vltra meridianum ac parallaxi ☾ increscente, ideircò facta fuit spes, vt nisi ☾ eam tegeret ptoximè saltem præteritet. Itaque attendendum censui vel ea eo quòd hæc ipsa est Stella, cuius occultatio à ☾ obseruata est statim à postrema Eclipsi.

Erat tum ☾ ἀμφίκυρτος, ipsæque ☾ cuspides factæ iam erant valdè obtusæ: verùm concepta quantum licuit traducta per eas diametro, visa est ☾ admota Stellæ secundum Austrinam diametri partem, seu cuspidem, cùm ea seu Stella, seu pars ☾ infima foret alta ad occasum partibus Vmbræ Versæ 703. seu 54.grad. 54 min. & Aldebaran 668. seu 53.grad. 45.min. vnde vtriusque apparens contunctio intelligitur contigisse hora 10.min.17.

Distantia Stellæ à cuspide ☾ fuit insensibiliter ampliot, quàm latitudo maculæ Caspiæ, quæ ipsa ob sui ad limbum vicinam apparebat valdè contracta. Ea latitudo comparata ad ☾ semidiametrum, æstimata est ⅛. proximè, quæ exæquata duobus minutis, aut tantillum minor, videtur ea distantia fuisse duorum ptæcisè minutorum.

Deinde cùm altitudo Aldebaræ foret patt.640. ac proinde hor.10. min.22. visa est distantia insensibiliter minor ptædicta altitudine, tametsi ☾ perspicuè vltra lineam cospidum foret.

Rursùs altitudine exsistente 630. ac proinde hor.10. min.16. visa est distantia aut eadem, aut nonnihil minor.

Rursùs altitudine exsistente 606. ac proinde hor.10. min.3 1/5. visa est adhuc distantia insensibiliter decreuisse, adeo vt non incongruè æstimari possit Sesqui-minuto, aut 1½.

Rursùs altitudine exsistente part.585. ac proinde hor.10. min.36. visa est adhuc eadem distantia, aut certè quam-proximè.

Postea altitudine exsistente 568. ac proinde hor.10. min.40½. visa est distantia, quanta latitudo maculæ, aut insensibiliter maior, seu cuiusmodi ptopè cuspidem apparuerat, hoc est præcisè 2.min.

Denique exsistente Aldebaræ altitudine 520. ac proinde hor.10.m.52½. visa est Stella capi eodem cum centro ☾ perpendiculo, distans iam à vicino limbo, quantum macula prædicta est longa, aut insensibiliter ampliùs. Et quoniam illa longitudo æstimata est totius diametri ☾ pars quasi⅕. ideò distantia visa est non malè haberi minutorum 4. Non memoro autem Telescopiis optimis peractum.

Dra 14. Vesperi, occultatio Stellæ, quæ in sinistro genu sequentis Π. Cùm insissem enim famulum attendere ab initio noctis si quà eam Stellam detegaret infra, sine ad Austrum ☾ tetulit aliquantò pòst, se illam inferiùs requisisse frustra, detexisse verò tandem illam ad occasum; ac in eo situ, quo debuisset à ☾ tegi, cùm videretur exisse è medio limbo occidentali, exsistens tunc in tanta ab illo limbo distantia, quanta ☾ diameter sine Telescopio appareret, & quoniam heri increpueram, quòd non accepisset alicuius Fiæ altitudinem, retulit simul se obseruasse altitudinem marginis superioris ☾ part. Vmbræ Versæ 840. seu 49.grad. 58. min. ac Procyonis infrà exsistentis 650. vnde colligitur fuisse hor.6. min.12½.

Expeditus quamprimùm potui à certis negotiolis, attendere ipse ad id volui, qui contectum iri Stellam non spetârem. Itaque cùm illam ægrè detexissem absque Telescopio, visa est ☽ etiam sine Telescopio inspecta impletuta adhuc distantiam inter occiduum sui limbum, & Stellam, neque famulus abnuit, quin ptiùs ☾ diameter fuisset ægrè intercipienda cùm & iam videretur ipsi intercapedio diametro maior, quammmcumque id parum foret. Vsurpato paruo Telescopio, quo apparet vno prospectu non rota modò diameter ☾, sed præterea quasi eius sexta pars, via potui deprehendere heine Stellam, illeine marginem ☾. Et quia apertura Telescopij apparet paulò contractior cùm in Lunam respicitur, quàm cùm in alias Cæli parteis, ad quas oculus non perinde comminet, ideò æstimaui distantiam Stellæ ab ora ☾ occidua, diametro vna cum quadrante. Fuit porrò tunc altitudo marginis superioris

M.DC.XXXIX. *Aqua-Sextis, Martio.*

☾ part. Vmbræ Verſæ 753. ſeu 53. grad. 1. min. Procyonis 726. ſeu 35. grad. 59. min. vnde colligitur hor. 6. min. 28½.

Reſpectabat autem Stella maiorem pedem Homuncionis, ſeu ipſum medium occiduæ partis, limbuve illuſtrati, & integri ☾, vel tantillum inferiùs, adeò vt ☾ inſenſibiliter proſerpente ad Auſtrum, tranſitus Stellæ debuerit infra illius medium eſſe.

Die 21. Manè, cùm clareſcente iam aurora Aquas-Sextias diſcederem, obiecta eſt Luna directè ſuppoſita Spicæ ♍, quantâ diſtantia circiter ſunt extremæ Balthei Orionis.

MENSE MARTIO, cùm matutina ☿ elongatio ex Ephemeride Durreti deberet eſſe maxima circiter diem decimum tertium, attendere placuit num circa id tempus is Planeta detegi poſſet. Ac diebus quidem nona, decimáque totus oriens obductus fuit tenuioribus nubibus: cùm die autem 11. Cælum eſſet ea parte pulcrum, neque famulus, neque ego diſcernere vſquam potuimus; Agaratus autem alia ex domo obſeruare admonitus retulit ſeſe deprehendiſſe. Conuicimus tamen ſequentibus diebus Stellam viſam fuiſſe ♄ non verò ☿, qui nuſquam comparuerit. Eas autem quas obſeruationes per hos dies ille peregit.

Die 12. Manè, diſtiterunt inter ſe

♄ & ſiniſter humerus ♓ 3901 + 2775. hoc eſt 36. gr. min. 46½. Altitudo ♄ 2. grad. 30. min. Auſtrini cornu ♐ 13. grad. 40. min.

♄ & ſiniſter humerus ♒ 2801 — 925. hoc eſt 10. grad. min. 21½. Altitudo ♄ 3. grad. 40. min.

♄ & Auſtrinum cornu ♐ 3900 — 891. hoc eſt 16. grad. 13. min. Altitudo ♄ 6. gr. 30. min. ſiniſtri humeri ♓ 16. grad. 10. min.

Die 13. Manè, diſtiterunt inter ſe

♄ & Os Pægaſi 2800 + 1630. hoc eſt 24. grad. 54. min. Altitudo ♄ 4. grad. 30. min. Auſtrini cornu ♐ 15. grad. 20. min.

♄ & ſiniſter humerus ♒ 2800 — 925. hoc eſt 10. grad. min. 21½.

♄ & Auſtrinum cornu ♐ 3900 — 899. hoc eſt 16. grad. 10. min. Altitudo ♄ 6. grad. 35. min. Auſtrini cornu ♐ 16. grad. 45. min.

Die 19. Manè, diſtiterunt inter ſe

♄ & Os Pægaſi 3900 + 777. hoc eſt 25. grad. 44. min. Altitudo ♄ 4 grad. 35. min. Oris Pægaſi 19. grad. 50. min.

♄ & ſiniſter humerus ♒ 2800 — 943. hoc eſt 10. grad. min. 15½.

♄ & Auſtrinum cornu ♐ 3900 — 843. hoc eſt 16. grad. min. 29½. Altitudo ♄ 5. gr. 35. min. Oris Pægaſi 20. grad. 50. min.

♄ & lucida Aquilæ 3900 + 3383. hoc eſt 39. grad. min. 59½.

♄ & ſiniſter humerus ♓ 3900 + 1898. hoc eſt 37. grad. min. 28½. Altitudo ♄ 7. gr. 0. min. Oris Pægaſi 23. grad. 10. min.

♄ & Auſtrinum cornu ♐ iterùm 3900 — 825. hoc eſt 16. grad. min. 35½.

♄ & Os Pægaſi iterum 3900 + 768. hoc eſt 25. grad. min. 41½. Altitudo ♄ 8. grad. 35. min. Oris Pægaſi 24. grad. 45. min.

♌ & Cor ♌ 2800 — 1779. hoc eſt 5. grad. min. 33½. Altitudo ♌ 24. gr. 15. min. Cordis ♌ 19. grad. 0. min.

Nulla vnquam hiems nec mitior, nec ſiccior; præter enim paucos dies adnotatos nec niguit, nec pluit. Eadem quoque deinceps conſtitutio, niſi quod ipſo die Æquinoctio leuiter pluit, & 22. Aprilis Coro flante friguit. Die Maij 6. à tempore anteluncano & tonuit, & copioſè pluit, ſed iam prata haud irrigua, & plæræque fruges exaſtuerant.

MENSE APRILI, Die 7. Veſperi, præclarus Bullialdus obſeruauit Pariſiis Stellam quintæ magnitudinis, quæ in origine cornu Borei ♉ occultari à ☾ vna tertia parte limbi obſcuri à cuſpide Borea, Procyone alto 33. grad. 52. min. ac proinde hora 9. min. 8. ſubſit ingreſſum Stellæ fuiſſe inferiorem ſummo ☾ margine ad ſummum 1. min. vel minus, plura ex eius literis.

MENSE MAIO, Die 8. Veſperi, ſuperſtitibus paucis nubilis, quæ per dies antecedentes obſtiterant ne ☿ exploraretur, diſtiterunt inter ſe, quamprimùm ☿ fuit obſeruabilis

☿ & ♀ 2900 — 1095. hoc eſt 4. grad. min. 20½. Altitudo ☿ 8. grad. 20. min. ♀ 11. grad. 5. min.

☿ & Capella 2900 + 1440. hoc eſt 24. grad. 22. min.

♀ & Capella 2900 + 1135. hoc eſt 23. grad. min. 46½.

☿ & humerus dexter Orionis 2900 + 1868. hoc eſt 26 grad. min 45½. Alta ♀ 8. grad. 0. min.

♀ & humerus dexter Orionis 2900 + 1172. hoc eſt 22. grad. min. 51½.

♂ & ♀ 2900 — 1605. hoc eſt 7. grad. min. 3½.

☿ & ♂ 2900 — 872. hoc eſt 11. grad. min. 11½. Alto ☿ 4. grad. 0. min.

♂ & Capella 2900 + 1013. hoc eſt 21. grad. min. 57½.

♂ & humerus dexter Orionis 1605 + 1747. hoc eſt 19. grad. min. 1½.

Die 29. Veſperi, pulctiore iam Cælo diſtiterunt inter ſe

☿ & ♀ 2900 — 2200. hoc eſt 3. grad. 46. min. Altitudo ☿ 10. grad. 20. min. ♀ 11. gr. 40 m.

☿ &

MDCXXXIX. *Aquil. Sen. 19. Maio.*

☿ & Capella 2900+1272. hoc est 23. grad. min. 25 1/2. Altitudo Capellæ 29. grad. 50. min.
☿ & Capella 2900+1258. hoc est 23. grad. min. 20 1/2.
☿ & humerus dexter Orionis 2900+1644. hoc est 25. grad. min. 30 1/2. Altitudo ☿ 8. grad. 50. min. ♀ 11. grad. 0. min.
♀ & humerus dexter Orionis 2900+1007. hoc est 21. grad. min. 54 1/2.
☿ & ♂ 2900—1078. hoc est 10. grad. min. 1 1/2. Altitudo ☿ 7. grad. 30. min. Capellæ 27. grad. 40. min.
♀ & ♂ 2900—1684. hoc est 6. grad. min. 36 1/2.
♂ & Capella 2900+1004. hoc est 21. grad. min. 54 1/2.
♂ & humerus dexter Orionis 1684+1613. hoc est 18. grad. min. 43 1/2.
☿ & ♀ iterùm 2900—2200. hoc est 3. grad. 46. min. Altitudo ☿ 5. grad. 45. min. ♀ 7. grad. 50. min.
Castor & Pollux 2900—2063. hoc est 4. grad. 31. min.
Pollux & Procyon 2900+1143. hoc est 22. grad. min. 41 1/2.

Die 10. Vesperi, Cælo obducto, cætera quidem tenuioribus nubilis, vnde Halos ☾ circumducta fuit; sed ad occasum præsertim crassis, ex quo semel tantum, raptimque videre obseruareque ☿ ac ♀ licuit, distiterunt ergo inter se
☿ & ♀ 2900—2295. hoc est 3. grad. min. 14 1/2. ora nubis, præter quam ☿ conditus est fuit alta grad. 5.

Die 11. Fuit tota obscura; Die 12. etiam pluit;

Die 13. Vesperi, Cælo quidem sereno; sed Coro adeò vehemente, vt vix ista licuerit turbulenter accipere, distiterunt inter se
☿ & ♀ 2906—2491. hoc est 2. grad. min. 10 1/2. Alto ☿ grad. 11.
☿ & Capella 2900+832. hoc est 20. grad. min. 55 1/2.
☿ & Capella 2900+1043. hoc est 22. grad. min. 7 1/2.
☿ & extremum cornu Boreum ♉ 2900—1791. hoc est 6. grad. 0. min. 23. sec. Alto ☿ grad. 8.
☿ & extremum cornu Boreum ♉ 2900—1848. hoc est 5. grad. 42. min.
☿ & ♂ 2900—1783. hoc est 6. grad. min. 3 1/2. Alto ☿ grad. 6.

Die 14. Vesperi, eodem vento, sed non adeo vehementi, distiterunt inter se
♀ & Capella 2900+1010. hoc est 21. grad. min. 56 1/2.
☿ & Capella 2900+778. hoc est 20. grad. min. 37 1/2.
☿ & ♀ 2906—2540. hoc est 1. grad. min. 55 1/2. Alto ☿ 12. grad. 15. min. fuit autem adhuc ☿ paulò inferior.
Castor, & Pollux 2900—2062. hoc est 4. grad. min. 31 1/2.
Pollux & Procyon 2900+1138. hoc est 22. grad. 40. min.
☿ & extremum cornu Boreum ♉ 2900—2030. hoc est 4. grad. min. 41 1/2. Alto ☿ 8. grad. 30. min.
♀ & extremum cornu Boreum ♉ 2900—1965. hoc est 5. grad. min. 3 1/2.
♂ & Capella 2900+1010. hoc est
♂ & extremum cornu Boreum ♉ 2900—2043. hoc est 4. grad. min. 37 1/2.
☿ & ♂ 2900—1918. hoc est 5. grad. min. 15 1/2. Alto ☿ 6. grad. 50. min.
♀ & ♂ 2900—2197. hoc est 3. grad. 47. min.
☿ & ♀ iterùm 2900—2538. hoc est 1. grad. 56. min. Altitudo ☿ 5. grad. 10. min. Capellæ 20. grad. 30. min.

Die 15. Vesperi, remissiore vento, distiterunt inter se
♀ & Capella 2900+992. hoc est 21. grad. min. 50 1/2.
☿ & Capella 2900+750. hoc est 20. grad. min. 27 1/2.
☿ & ♀ 2900—2580. hoc est 1. grad. min. 42 1/2. Alto ☿ 12. grad. 15. min. fuit autem ☿ insensibiliter elatior.
♀ & extremum cornu Boreum ♉ 2900—2060. hoc est 4. grad. 32. min.
☿ & extremum cornu Boreum ♉ 2900—2226. hoc est 3. gr. min. 37 1/2. Alto ☿ 9. gr. 45. min.
♂ & Capella 2900+1025. hoc est 22. grad. min. 1 1/2.
♂ & extremum cornu Boreum ♉ 2900—2005. hoc est 4. grad. 50. min.
☿ & ♂ 2900—2082. hoc est 4. grad. min. 14 1/2. Alto ☿ 8. grad. 15. min.
♀ & ♂ 2900—2293. hoc est 3. grad. min. 15 1/2.
☿ & Castor 2900+2560. hoc est 30. grad. 3 min. Alto ♉ 7. grad. 0. min.
☿ & Castor 2900+2470. hoc est 30. grad. min. 1 1/2.
☿ & ♀ iterùm 2900—2578. hoc est 1. grad. 45 min. Alto ☿ 6. grad. 30. min.

Die 16. Vesperi, remissiore vento, distiterunt inter se
♀ & Capella 2900+996. hoc est 21. grad. min. 51 1/2.
☿ & Capella 2900+735. hoc est 20. grad. min. 22 1/2. Alto ☿ 13. grad. 0. min.
☿ & ♀ 2900—2597. hoc est 1 grad. min. 36 1/2.
☿ & Pollux 2900+2665. hoc est 31. grad. min. 5 1/2.
☿ & Pollux 2900+2768. hoc est 31. grad. min. 38 1/2. Altitudo ☿ 11. grad. 15. min. Pollucis 38. grad. 0. min.
☿ & Castor 2900+2314. hoc est 29. grad. 12. min.
☿ & Castor 2900+2267. hoc est 28. grad. min. 56 1/2.
♂ & Pollux 2900+2168. hoc est 28. grad. min. 24 1/2.

M.DC.XXXIX. *Aquis-Sextiis, Maio.*

♂ & Cxpella 2900+1034. hoe eſt 22.grad.min.4$\frac{1}{4}$.
☿ & ♂ 2900—2217. hoc eſt 3.grad. min.39$\frac{1}{4}$. Altitudo ☿ 7.grad. 10.min. Pollucis 33.gr. 35.min.
♀ & ♂ 2900—2403. hoe eſt 2.grad. min.39$\frac{1}{4}$.

D 12 17. Veſperi, vento ſatis valido, diſtiterunt inter ſe

☿ & Capella 2900+995. hoe eſt 21.grad. min.51$\frac{1}{4}$. Alta ♀ 14.grad. 0.min.
☿ & Capella 2900+752. hoc eſt 20.grad. min.28$\frac{1}{4}$. Altitudo ☿ 12.grad. 50.min. Pollucis 38. grad.30. min.
☿ & ♀ 2900—1618. hoc eſt 1.grad.30.min.
& Caſtor 2900+2055. hoc eſt 27.grad.47.min.
& Pollux 1900+2447. hoc eſt 29.grad. min.55$\frac{1}{4}$.
& Caſtor 2900+2080. hoc eſt 27.gr.m.55$\frac{1}{4}$. Altitudo ☿ 10.gr.25.m.Pollucis 35.gr.40.m.
& Pollux 1900+2505. hoc eſt 30 grad. 14.min.
♂ & Caſtor 2900+1690. hoc eſt 25.grad. min.11$\frac{11}{12}$.
♂ & Pollux 2900+2058. hoc eſt 27. grad. 48.min.
♂ & ♀ 2900—2502. hoc eſt 2.grad. min.7$\frac{1}{4}$.
& ♂ 2900—2335. hoc eſt 3 grad. min.1$\frac{1}{4}$. Alto ☿ 7.grad. 0.min.
& ♀ iterùm 1900—2616. hoc eſt 1.grad. min.30$\frac{1}{4}$. Alto ☿ 6.grad. 0.min. Nota ♂ per hoſce dies non apparere maiorem extremo cornu Boreo ♉ non admodum diſſito.

D 1 x 18. Veſperi prævalido vento, diſtiterunt inter ſe

☿ & ♀ 2900—2636. hoc eſt 1.grad. min.24$\frac{1}{4}$.
& Pollux 1900+2232. hoc eſt 28.grad. min.45$\frac{1}{4}$.
& Pollux 2900+2260. hoe eſt 28.grad. min.54$\frac{1}{4}$. Alto ☿ 10.grad. 30.min.
& Caſtor 1900+1850. hoe eſt 26.grad. min.39$\frac{1}{4}$.
& Caſtor, idem, vel+1848. hoc eſt 26.grad. min.38$\frac{11}{12}$. Altitudo ☿ 10. grad.min.0. Pollucia 34 grad 10.min.
♂ & Caſtor 2900+1590. hoe eſt 25.grad. min.12$\frac{1}{4}$.
♂ & Pollux 2900+1936. hoc eſt 27.grad. min.7$\frac{1}{12}$.
& ♀ iterùm 2900—1635. hoe eſt 1.grad. min.24$\frac{1}{4}$.
& ♂ 1900—2610. hoc eſt 1.grad. min.32$\frac{1}{4}$.
& ♂ 2900—1440. hoc eſt 2.grad. min.27$\frac{1}{4}$.
Iterùm alio latere 2900—2450. hoc eſt 2.grad.min 24$\frac{1}{4}$. Altitndo ☿ 6.grad.50.min. Polluceia 30.grad. 30.min.
☿ & Capellx 2900—770. hoc eſt 20.grad. min.34$\frac{1}{12}$.

D 1 a 19. Veſperi tranſuolantibus confertim denſis nubibus, quæ & paucas emiſere guttas (agente Cæcia videlicet) diſtiterunt inter ſe

☿ & ♂ 2900—2707. hoc eſt 1.grad.2.min.
& ♀ 2900—2650. hoc eſt 1.grad.min.19$\frac{1}{4}$. Alto ☿ 9.grad.30.min.
& ♀ 2900—2530. hoc eſt 1.grad. min 58$\frac{1}{4}$.
☿ & Caſtor 2900+1620. hoc eſt 25.grad.min.22$\frac{1}{4}$. Altitudo ☿ 8.gr. 40.m. Pollucis 31.gr. 50.min.
♀ & Caſtor 2900+1630. hne eſt 25.grad. min.25$\frac{5}{12}$.
♂ & Caſtor 2900+1477. hoc eſt 24.grad. min.34$\frac{11}{12}$.
& Pollux 2900+1987. hoc eſt 27.grad. min.24$\frac{1}{4}$.
☿ & Pollux 2900+2010. hoc eſt 27.grad. min.32$\frac{1}{4}$. Altitudo ☿ 6.grad. 30.min. Pollucis 29.grad. 30.min.
♂ & Pollux 2900+1813. hoc eſt 26.grad. 17.min.
☿ & Capella 2900+8130. hoc eſt 20.grad.min.49$\frac{1}{4}$. Alto ☿ 6.grad.0.min. raptim.
♃ & lanx Borea raptim, dehiſcere viſis nubibus ad ortum 2900+405. hoe eſt 18.grad. min.19$\frac{1}{4}$.

D 1 a 20. Veſperi, Coro flante, ſed leuiter, diſtiterunt inter ſe

☿ & Pollux 2500+2177. hoc eſt 26.grad. 19.min.
& Caſtor 2500+1821. hoc eſt 24 grad.min.21$\frac{1}{4}$.
& Pollux 2500+2201. hoc eſt 26.grad.27.min.
☿ & Caſtor 2500+1813. hoe eſt 24.grad: min.18$\frac{1}{12}$. Altimdo ☿ 11.grad. 40.min. Pollucis 34.grad. 10.min.
♂ & Caſtor 2500+1750. hoe eſt 23.grad. min.57$\frac{1}{4}$.
♂ & Pollux 2500+2100. hoc eſt 15.grad.min.53$\frac{1}{4}$.
☿ & Capella 2500+1460. hoc eſt 22.grad. min.10$\frac{11}{12}$.
☿ & Capella 2500+1245. hoc eſt 21.grad. 8.min. Altitudo ☿ 10.grad. 0.min. Pollucis 32.grad. 0.min.
♂ & Capella 2500+1511. hoc eſt 22.grad.38.min.
& ♂ 2500—1415. hoe eſt 0.grad. min.27$\frac{1}{4}$.
☿ & ♀ 2500—2280. hoc eſt 1.grad.min.12$\frac{1}{4}$.
Iterùm alio latere 2900—1672. hoe eſt 1.grad.min.12$\frac{1}{4}$. Altitudo ☿ 8.grad.30.min. Pollucia 31.grad. 0.min.
☿ & ♂ 2500—2220. hoc eſt 1.grad. min.31$\frac{1}{4}$.

♃ &

M DC.XXXIX. *Aquu-Sextis, Iunio.*

♃ & lanx Auſtrina 2900—860. hoc eſt 21.grad. min.$5\frac{11}{12}$.
♃ & lanx Borea 2900—382. hoc eſt 18. grad. min.$21\frac{1}{2}$. Alto ☿ 11.grad.0.min.
♃ & ſuprema frontis ♍ 2500—1952.hoc eſt 3.grad.min.$0\frac{1}{2}$.
♃ & media frontis ♍ 2500—1660.hoc eſt 4.grad.min.$36\frac{1}{2}$.

Pariſiis Bullialdus æſtimauit Teleſcopia] diſtantia ♀ & ♂ 25. aut 26. min. eùm ♀ foret occidentalior, & in eadem ferè latitudine diſtantiam ♀ & ☿ habuit circiter duplam, ſed incerto; quòd non vno proſpectu ambo viderentur: idque eùm in eadem forent longitudine, & ☿ quidem ad Boream, & triangulum cum ♂ conſtituerent, angulo ad ♀ recto.

D 21 21. Veſperi, poſt diem obſcurum, & pluuium ſuperfuere quidem nubes ad otium quæ aſpectum ♃ præripuerunt; at conſpici tamen ad occaſum potuit nobilis illa Synodus, diſtiterunt ergo inter ſe

♀ & Pollux 2500—1962. hoc eſt 25. grad. min.$8\frac{1}{2}$.
♀ & Caſtor 2500—1622. hoc eſt 23. grad. 15.min.
♀ & Pollux 2500—1995. hoc eſt 25. grad. 19.min.
☿ & Caſtor 2500—1622. hoc eſt 23.grad.15.min. Altitudo ☿ 11 grad.50.min.Pollucis 33. grad. 20.min.
♂ & Caſtor 2500—1640. hoc eſt 23. grad. 21.min.
♂ & Pollux 2500—1985. hoc eſt 25.grad.min.$15\frac{1}{2}$.
& ♀ 2500—2298. hoc eſt 1.grad.min.$5\frac{1}{2}$.
& ♂ 2500—2272. hoc eſt 1.grad.14. min.
& ♂ 2500—2465. hoc eſt 0. grad.min.$11\frac{1}{2}$. Altitudo ♂ 8. grad. 35. min. Pollucis 30. grad.20.min. Erat ♂ inferior, ac tantillum ad læuam.
♂ & Capella 2500—1535. hoc eſt 22.grad.min.$45\frac{1}{2}$.
& Capella 2500—1515. hoc eſt 22.grad.39.min.
MENSE IVLIO, Die 8. hora 1½. matut. visus ♄ adhuc clarius. Visum semper est debere omninò aliquid esse interstitij ♄ inter & ansulas, siue globulos cohærentes. Argumento præsertim fuit, quòd cùm diameter globuli vtriusvis non excesserit quadrantem (non fuit certè maior triente) diametri ♄; nihilominus longitudo ex tribus aggregata visa est dupla diametri eiusdem, hoc est medij globi. Globulus dexter visus quidem nonnihil maior, magisque dissitus, quàm sinister, sed insensibiliter tamen. Vterque quantum æstimatio, & memoria inter conferendùm iuuare potuit, maior potiùs fuit, quàm æqualis Mediceorum maximo. Diameter ipsius ♄ absque globulis minor fuit, quàm in disco ☾ diameter eius globuli, qui ad centrum proximè attinens fuit aliàs dictus à me Carthusia: æqualis autem apparuit alij globulo, qui ad dextram, siue occasum versus in extremo prælongæ conuallis, à capite vsque Homuncionis exporrectæ. Diameter verò ♄ oblonga, seu ex tribus composita visa fuit non prorsùs exæquari diametro ♃. Fuit autem Iouis diameter quanta memoratæ Carthusiæ, aut etiam aliquanto maior, & quanta maximæ areæ rum ad Austrum conuallis illius siturum. Cætetùm fuere Medicei ita cum Ioue dispositi,

* ♃ * *
*

Fuit orientalis minimus, proximus ad occasum maior, sequens insensibiliter maior, extremus omnium maximus. Apparuit infra Iouem Stella Fixa longè Mediceis maior, sed in ea tamen distantia, quam diametris ♃ æstimare non potuerim, vtpote non eodem prospectu patentem. Conieci tamen intercedere posse 15. aut 20. diametros. Non fuit autem exquisitè ad perpendiculum, sed descuit nonnihil ad dextram, siue ad occasum.

Et ☾ nudo visu ὁμοπτόμενον insensibiliter excessisse, at Telescopio visa est insensibiliter adhuc ab illa abesse, seu non prorsùs eam attigisse. Macula illa orientalis satis admota ad limbum fuit; sed fuit tamen adhuc minutula alia inter superiorem eius partem, & limbum sita, adhuc conspicua. Distantia à ♄ quanta proximè inter duas, secundam videlicet, & tertiam ♈ Stellas. Cuspis inferior in eadem linea cum ipsis ♃, ac ♄.

☿ discerni exquisitè quâ formâ esset, non potuit. Eius diameter vix apparuit aliquantò Saturnia maior; licet eius species absque Telescopio Iouis speciem excesserit, id que quantum vis longè magis intra claritatem autoræ demersa.

DIE 12. Manè, hora 3. cùm detulisset secum Agarratus meum Telescopium, vt Saturni speciem, qualem obseruarer, exhiberet tum hocce depictam modo attulit rum obtulit depictam ☾ prætergressam Aldebaran, cùm ante exortum debuisset ipsum obtegere quippe cùm eâ horâ hoc positu forent,



*



M.DC.XLIII. *Parisiis, Augusto.*

MENSE AVGVSTO, Die 31. Vesperi, fuit adhuc ♄ ea formâ, quam posteriore schemate sub apparitionis initium expressi. Hora 9½. fuit ☾ inter ♄ & ♃, sed Saturno tamen vicinior. Deerat iam illi circiter quadrans Caspiæ maculæ. Circumstitere ♃ tres Medicei; duo vicini penè æquales remotissimus exilissimus. Positus autem huiusmodi fuit



MENSE SEPTEMBRI, Die 1. eadem hora, ♄ idem. In ☾ macula orientali satis admota margini. Medicei omnes circa ♃ conspicui, & isto quidem positu,



DIE 21. Ab hora 9. vespertina in 10. ♄ idem. ☾ ὁρίζουσα maiot maculam Caspiam habuit admodum marginì admotam. Ad ♃ quod attinet, apparuit imprimis sub ipso, & ad perpendiculum quidem exquisitè, Stella Fixa insignis, admodumque rutilans, & distans à margine eius diametris 3½. Ad ortum apparuit Satellitum vnus distans diametro vna cum dodrante. Ad occasum visi sunt quidem esse duo; sed quod remotior foret solito elatior quàm traducta per alios linea, & aliunde quoque appareret, tametsi non multum viuaciot, idcirco suspicatus sum esse potiùs aliquam Fixam. Vtcumque autem fuerit, distitit vicinior à margine ♃ vna diametro cum dodrante; remotior ab ipso duabus diametris cum quadrante; fuitque proinde omnium siue coërrantium, siue Fixarum positus cum ♃ huiusce-modi,

An Fixa.



Quòd Agarratus porrò apparasset misisset que rute ad me diebus superioribus Astronumicum Radium quadrupedalem cum Transuersario capiente hinc inde parteis tangentis vltra 4000. (adeò vt octanti propè æquiualeat) ideò explorare Iouis locum placuit, vt quoniam tecta ab illo Stella in Tychonis Catalogo (globóque non est, & teponenda videtur in parte lini ♐ Australina non longè ab Ecliptica, posset eius locus vtcumque notari. itaque apparatis quoque pinnacidiis, cuiusmodi alias vsurpare soleo, distiterunt inter se

♃ & lucida, seu tertia ♈ 4000—1025. hoc est 15.grad.57.min.
♃ & sequens cornu, seu secunda ♈ 4000—1740. hoc est 11.grad.56.min.
♃ & ♄ 4000—632. hoc est 18.grad.11.min. Tum ad explorandum fidem Instrumenti,
Capella, & dextrum latus Persei 4000—448. hoc est 19.grad. 14. min. Debuit 19. grad. 15. min.
Capella, & lucida ♈ 4100+4145. hoc est 44.grad.min.48½. Debuit
Lucida ♈ & secunda ♈ 4000—3213. hoc est 3. grad.min.59½. Debuit
Capella, & Caput Medusæ 4000+328 hoc est 13.grad. min.41½. Debuit
Lucida & secunda ♈ iterùm 328+3711. hoc est 3.grad.min.59½. Debuit

DIE 22. Eadem hora, quæ Stella Fixa supposita Ioui superiore Vespere fuerat, fuit iam relicta infernè quidem, sed obliquè tamen versus ortum, distansque ab eo sex proximè diametris Satellites visi sunt tres duo ad ortum & vicinior quidem distans sesquidiametro, remotior diametris 2½. & vnus ad ortum distans turidem. Et quia fuerunt omnes in eadem cum ♃ recta linea, facilè persuasus sum nullum illorum esse Stellam, de qua superiore nocte dubitaram cùm spectato situ, in quo esse deberet comparata ad aliam, ea debere regi à ♃ videretur. Vtcumque fuerit, situs fuit quam-proximè huiusmodi



Obstitere consequenter & nubes, & ventus, ne aut Iouis distantiam ab aliquot Fixis venarer, aut Radij fidem explorarem veriùs.

DIE 23. Eadem hora, Fixa illa Stella inferior fuit adhuc magis relicta ad ortum, neque iudicare exquisitè licuit quod non vno prospectu cum ♃ pateret, quot diametris ab eo distaret; conieci nihilominus

minus esse diametros præter propter decem. Ex Satellitibus apparuere ad occasum tres remotissimus distans diametris sex ; sequens diametris duabus ; proximus autem isque minimus , & situ inferior diametro vna comdodrante. Ad ortum visus est quidem apparere vnus distans diametris tribus cum semisse : sed habui tamen illum pro Stella (ægrè sanè apparente) de qua diebus superioribus dubitaueram ; quippe vt nudiusterrius, ita nunc fuit elatior, linea ducta per Mediceos ; debuit autem die superiore ita à ♃ contegi , vt intercepta solùm fuerit à margine eius supremo. Vtrumque fuerit situm omnium ecce,

M DC. XI III. *Parisijs , Septembri.*

*

Die 27. Vesperi , Eclipsis ☾. Quòd occidente Parisiis Sole debetet ☾ exoriens cœpisse iam Eclipsin pati ob horæ circiter dimidio ; ideò mihi in animum induxeram, vt experirer, num in libero horizonte conspicerentur simul estate & Sol nondum occasus , & Luna iam exorta (Tellure licet intercepta) eadem Refractionum ratione , qua rem obseruatam à Mæstlino nóram. Itaque vnà cum optimo Abbate Campinio contenderam Socium, quod oppidum est congruè editum , Parisiis distans quatuor leucis, seu decem plus minùs milliaribus Italicis, ac dinergens penè in ortum hiemalem. Scilicet eo nos inuitàrant tum nobilis Abbatis Soror , tum illustris Præses Molæus , qui est eidem ex illa nepos. Cæterùm & tota superiore nocte perquam vehemens flauit Africus ; & manè effusissimè pluit , & reliquo die aut pluit, aut fuere nubes densissimæ ; & tametsi Sol sub occasum inter-visus nonnihil fuerit, Luna tamen fuit nubibus ad ortum crassescentibus planè inconspicua. Succedente deinceps pluuia, exciderant penitus spe interuidendæ Eclipseos ; quousque nonnihil ante septimam cœpere nubes ad occasum , Septentrionemque interhiare , & in exortum, meridiemque compulsæ spei quidpiam refundere. Apparato ergo Quadrante bipedalis radij, quem ab eodem Agarrato diuisum, transmissumque habueram ; ac vsurpato Telescopio, factisque eorum schematibus de quibus aliquories dictum ; inhiaui, si quando se Luna per fissuras nubium conspiciundam daret. Ecce autem erat iam prope hora septima enm semisse, quando fuit primùm interuisa defectu adhuc supernè conspicuo ; & quia deinceps ad finem vsque fuit Cælum satis propitium ; ex vno prospectu quid obseruitare per id tempus contigerit

Decrescentia defectus Phasis Digiti.	Alta fuit ☾ inferiore margine grad. min.	Ac fuit proinde hor. m.	Alta fuit extrema alæ Pegasi grad. min.	Ae fuit proinde hor. m.	Altum fuit Caput Andromedæ grad. min.	Ac fuit proinde hor. m.
4.	12. 25.		27. 40.	7. 28.		
$3\frac{1}{2}$.			28. 20.	$7.32\frac{1}{2}$.		
paulò minus.			28. 50.	7. 35.		
3.			29. 20.	7. 38.		
minus.			29. 30.	7. 39.	40. 15.	7. 38.
$2\frac{1}{2}$.	Lucida ♈		29. 45.	7. 41.	40. 40.	7. 40.
minus.	18. 0.	$7.41\frac{1}{2}$.	30. 0.	$7.42\frac{1}{2}$.		
minus.	18. 40.	7. 47.	30. 45.	7. 47.		
minus.	18. 50.	7. 48.	30. 55.	7. 48.		
2.	19. 0.	7. 49.			Cingul. Andr.	
minus.	19. 20.	7. 51.			36. 35.	7. 50.
minus.	19. 35.	$7.52\frac{1}{2}$.			36. 55.	7. 52.
$1\frac{1}{2}$.	19. 45.	$7.53\frac{1}{2}$.			37. 5.	7. 53
minus.	20. 10.	7. 56.			37. 30.	7. 55.
1.	20. 25.	$7.57\frac{1}{2}$			37. 40.	7. 56.
minus.	20. 40.	$\frac{1}{2}$7. 59.			37. 50.	$7\ 57\frac{1}{2}$.
$0\frac{1}{2}$. vel minus.	20. 50.	8. 0.			38. 10.	$7.59\frac{1}{2}$.
Finis.	21. 5.	8. 2.	31. 5.	8. 2.	38. 25.	8. 1.

Situs

M.DC.XLIII. *Parisiis, Novembri.*

Situs ☾ supra horizontem Eclipsi desinente ita se quam-proximè habuit. Quatuor verò, aut quinque minutis post adnotatum Eclipseos finem, distitetuut inter se
♄ ad Austrum ☾ & limbus ☾ remotior 3797—3440. hoc est 1. grad. min. 48½.
♄ & limbus ☾ propinquior 3797—3555. hoc est 1. grad. min. 13½.
♄ & medium, seu centrum ☾ æstim. 3767—3495. hoc est 1. grad. 31. min.

Remanserat noster Bullialdus Parisius; redeunti autem exhibuit quam peregerat huiusmodi observationem,

Æstimabantur adhuc Digiti	Arcturo alto ad occasum grad. min.	Atque ideò hor. min. sec.
5.	20. 53.	7. 11. 22
4.	19. 2.	7. 23. 16.
3.	17. 47.	7. 31. 4.
2.	15 49.	7. 43. 20
1½.	14. 28.	7. 51. 48.
1.	14. 12.	7. 53. 4.
Finis Vmbræ	Luc. Corou. 30. 54.	7. 59. 36.
Fin. Penumb.	Arcturo 21. 28	8. 4. 32.

Notandum fuisse digitos ab eo æstimatos Telescopio quidem, sed citra schematum directionem.

Arcturo alto 19. grad. 42. min. hoc est hor. 7. min. 19. sec. 12. distitit ♄ à proxima ☾ ora 0. grad. min. 45.

Erat tum limbus lusimus ☾ altior, quàm ♄ grad. 11. min. 17.

Scripsit ad me Ioannes Heuelius observasse se Eclipsin Dantisci secundum correctum horologium, quod singula secunda, & dena tertia indigitater, ac initium quidem hor. 6. min. 36. sec. 30. hora autem inquit. 6. min. 68. sec. 30. observata est altitudo Arcturi 25. grad. 0. min. per quam inuenitur hora 6. min. 48. sec. 44. Pergit, hora 7. min. 14. tempore Eclipseos centrales ♁ simul ☾ & ♄ observata est; distabat versus Austrum sub ☾ circiter 45. min. erat sanè spectaculum iucundissimum. Hor. 7. min. 35. sec. 30. circiter 6. digiti erant Eclipsati. Hora 6. min. 59. sec. 20. Finis huius Eclipseos observata est, simul etiam altitudo Aquilæ 29. grad. 20. ex qua liquet horam fuisse 8 eum 58. min. Cùm autem (pergit) hæ Stellæ admodum vicina meridiano tunc temporis esset, idcircò adhuc semel observata est altitudo Lyræ 56. grad. 0. min. hora nempe secundum prænominatum horologium 9. mio. 7. sec. 30. ex altitudine inuenitur hor. 9. min. 7. sec. 0. patet igitur horologium satis accuratè tempus indigitasse, vt vix emendatiune opus habeat. Digiti fuerunt Eclipsati circiter 6¹¹/₁₂. sic ille.

Versabatur Agarratus Ratæi, quod oppidum est Syluanecto ad ortum, ac in eodem circiter meridiano cum Sucio. Apparato autem quadrante, obseruauit illeic Eclipseor finem Telescopio, cùm lucida ♈ foret alta 21 grad. 10. min. Et quia ex obseruatis ibidem metidianis Solis altitudinibus, altitudo Poli colligitur 49. grad. 18. min. ideò Eclipseos Finis illeic contigit hor. 8. min 2.

Adiecit fuisse tunc ☾ altam inferiore margine 18. grad. 15. min. lucidam pedis Andromedæ 34. grad. 55. min.

MENSE DECEMBRI, Die 29. hora 5. Vespert. vlsus fuit ♃ cum quatuor Mediceis vno ad ortum, tribus ad occasum hoc circiter positu.

* ♃ * * *

♄ autem talem se, qualem prius exhibuit; nisi quod globuli visi sunt aliquantò distinctiùs seiuncti, & hac quidem circiter forma,



M. DC. XLIV.

Saturni forma, illiusve distantia à Lucida Arietis, &c. Satellitum Iouis inter se distantiæ, &c.

ANNO 1644. Februario, Die 19. Vesperi fuit adhuc idem ♄ visus hoc est assectis quasi seiunctis; non tamen penitùs distincto.

Macula Caspia nunquam visa à limbo remotior. Penè rotunda. Interuallum inter ipsam, & limbum bes longitudinis ipsius. Maculæ interiectæ distintissimè viæ, & præter solitas etiam aliæ. Fuit Cuspis niuea in illa illustrationis ora eximiè lucens, vt aliàs; sed Luna pronâ.

MENSE IVNIO, Die 22. Manè, hora 2½. Fuit ♄ nudo oculo visus maior est aliquantulum, quàm superiore anno. Par fuit Marti iam prætergresso, seu orientalior. Assectæ etiam visi sunt, quàm superiore anno maiores, proportione scilicet corporis ♄. Dexter, seu occiduus visus est manifestiùs seiunctus; nempe sinister quoque, siue orientalis, qui etiam minor aliquantò fuit, visus est leuiter seiunctus. Diameter occidui fuit dimidium circiter diametri ♄ visus est etiam occiduus non esse penitus rotundus sed pene hac specie vnde & ♄ sic,



♌ in altitudine 8. circiter graduum, & cùm aurora nihil adhuc obstaret, refulsit eximiè. (Heri oriente penè Sole visus fuerat,) Mediceos tamen egrè conspexi duos, ipsos scilicet ad occasum hoc circiter positu,

MENSE IVLIO, Die 10. Sole adhuc ad occasum alto grad. 24. visa est Iris ad ortum alta grad. circiter 17.

MENSE AVGVSTO, Die 24. Vesperi, fuerat in animo obseruare transitum ☾ supra Aldebaran; sed nubes subortæ negotium fecere.

Hora 10½. Emerserat ♄ supra vapores. Globulus occiduus sensibiliter orientali maior; forma adhuc eadem & quoniam Radium appatàram, distiterunt inter se

♄ & lucida ♈ 4100—755. hoc est 17. grad, min. 58½.

♄ & lucida Pleiadum 4100+2405. hoc est 35. gr. 49. min.

Lucida ♈ & secunda ♈ 4100—3300. hoc est 4. grad. 2. min.

Lucida ♈ & dextrum latus Persei 4100+1525. hoc est 30. grad. 58. min.

Dextrum latus Persei, & Ras-algol 4100—2268. hoc est 9. grad. 31. min.

Lucida ♈ & Ras-algol 4100+635. hoc est 25. grad. min. 55½. Debuit 21. grad. min. 39½.

Quid hoc? an accepta distantia cum secunda ♈ nubilis alteram obscurantibus.

Scilicet subortus est interim ♌ ex crassioribus nubilis; sed non ita tamen, vt disertè interuidere Medicetos liceret. Licuit solùm in transcursu videre duos ad occasum, vnum ad ortum. Cùm ad illorum distantiam à ♌ attendissem, concessum non fuit ad distantiam istius attendere; commemini solùm eam non fui sse aliam, quàm trium circiter diametrorum. Heinc situs ita propè se habuit,

Subortus posteà vltra tecta Aldebaran satis conspicuus; sed mox conditus. Suborta posteà ☾ loco Australiore. Exinde Aldebaran non apparuit inter nubila tantillum rariora. nisi cùm fuit altus 12. grad. 0 min. quo tempore fuit margo ☾ supetior altus 11. grad. 25. min. scilicet visus sum mihi interuidere in hiatulo marginem vetum seu obscurum; nam Cuspis Borea erat tantillum inferior, & quasi alta 11. grad. 20. min. obliqua enim erat in meridiem sectio ☾ aliquantò *Veritas* minoris; adeò vt ☾ videretur excessisse Aldebaræ longitudinem, plusquàm

tegro gradu. Vnde & statim per Radium, distiterunt inter se

Aldebaran, & limbus vicinus ☾ (non quem viderem, sed quem coniicerem comparatione facta ad cuspidem Boream relictam paullo distantiorem 4100—3878. hoc est 1. grad. 6. min.

Quia statim post ♃, & lucida ♈ comparuerunt; ideò conuerso Radio distiterunt inter se, idque raptim, proximoque verùm

♃ & lucida ♈ 4100—1388. hoc est 30. grad. 12. min. Exinde nubes ita occuparunt totum Cælum; vt nihil videre ampliùs licuerit.

MENSE OCTOBRI, Die 12. hora 9. Vespertina visus adhuc ☊ eadem specie; sed globus occiduus visus est distinctius quadam obscurationis linea discerni à medio, distinctiúsque formam veluti cuculli referre, vt in schemate; orientalis verò nec tantus, nec ita discretus, nec adeò alienus à rotunditate: vnde & cùm ipsius diameter videretur tantum quadrans, aut summum triens diametri intermedij; diameter tamen occidui videretur esse dimidium. Apparuit itaque ☊ propemodum huiusmodi



♃ autem habuit Satellites ad ortum treis, ad occasum vnum, hoc circiter positu,

* * * ♃ *

MENSE NOVEMBRI, Die 9. Vesperi; ☊ adhuc idem visus, nisiquod etiam orientalis globus visus est nonnihil cucullaceus tametsi semper minor, atque indistantior, quàm occidentalis. Vnde & fuit exhibita ☊ species propemodum talis,

MENSE DECEMBRI, Die 11. hora 5. Vesperi. visus semper ☊ eadem specie. Ipse autem ♃ cum Mediceis ita se habuit,

* ♃ * * *

M. DC. XLV.

Saturni forma, Eclipsis Solis & Lunæ, Satellitum Iouis inter se distantiæ, &c.

ANNO 1645. Mense Ianuario, Die 12. Vesperi; visi sunt adhuc distinctiùs ☊ Satellites quasi duo cuculli hac propemodum specie ♃ verò cum Mediceis ita se habuit,



* * ♃ *

MENSE FEBRVARIO, Die 10. Vesperi Eclipsis ☾ fuerat Cælum decade tota serenissimum, ac penè vernans; neque secus se hoc Vespere habuit. Fuere solùm densi vapores toto horizonte respersi; sed emergebat iam ex iis Luna, cùm & cœpit vmbrescere, & supra tecta euehi, quæ sunt ædibus optimi Campinij ad ortum ac in insula vltra alueum transuersum. Adfuit mihi Agarratus, & intentus quidem altitudinibus quadrante captandis; cùm ipse Telescopia, ad ipsam Lunam attenderem, eiusque Phasis cum Phasibus, quas præ me habebam depictas conferrem. Ne ergo longum faciam tota obseruationis series sese in modum sequentem habuit,

Phases

M. DC. XLV. *Parisijs, Februario.*

Phases ☾ decrescentis Telescopio inspectæ Digiti	Altitudo ad ortum gr. min.	Tempora inde supputata hor. m.	Altitudo ad ortum. gr. min.	Tempora inde supputata hor. m.	Altitudo ad ortum gr. min.	Tempora inde supputata hor. m.	
Inumbratio cœpta	Syrij 10. 13.	5. 21.					Cœpit Eclipsis inferne ad læuam, seu ab ortu in Boream sed vicinus diametro ad horizontem parallelæ, quàm perpendiculari, Regio autem in limbo ☾ fuit media inter Cuspidem niueam, quæ ad partem orientalem & punctum aliud albicãs, quod occurrit tendendo ab hac cuspide in paruam maculã oualiuam, quæ vicina limbo opponitur ferè maiori pedi Homuncionis seu Thersitæ.
Iam admodum densa.	Procyon 22. 15.	5 30.					
Initium.	22. 53.	5. 34.					
0 1/3.	23. 4.	5. 35.					
1. fere.	23. 18.	5. 36 1/3.					
1. vel parum ampliùs.	23. 35.	5. 38					
1 1/3.	23. 47.	5. 39 1/3.					
1 1/3. adhuc.	24. 0.	5. 41.					
2.			Pollucis. 40. 30.	5. 43.			
2 1/3.			40. 48.	5. 45.			
2 1/3. vel amplius.	24. 47.	5. 46.	41. 3.	5. 46 1/3.			
3.	25. 3.	5. 48.	41. 26.	5. 49.			
3. adhuc.	25. 23.	5. 50.	41. 48.	5. 51.			
3 1/3.	25. 37.	5. 51 1/3.	41. 59.	5. 52.			
4.	26. 0.	5. 54	42. 25.	5. 55.			Prop. diam. 2.
4. adhuc.	26. 18.	5. 56.	42. 45.	5. 57.			
4. & parùm ampliùs.	26. 37.	5. 58.	Castoris 47. 27.	5. 58.			
4 1/3.	26. 55.	6. 0.	Pollucis 43. 27.	6. 1.			
4 1/3. adhuc.	27. 8.	6. 1 1/3.	43. 43.	6. 3.			
5. ferè.	27. 31.	6. 4.	44. 2.	6. 4 2/3.			
5.	27. 47.	6. 6.	44. 16.	6. 6.			
5. adhuc.	28. 4.	6. 8.	44. 40.	6. 8 2/3.			
5 1/3.	28. 15.	6. 9.	44. 58.	6. 10.			
6.	28. 39.	6. 11 1/3.	45. 12.	6. 11 2/3.			
6 1/3.	28. 53.	6. 13 1/3.	45. 33.	6. 14.			
6 1/3. vel parum ampliùs	29. 8.	6. 15.	45. 57.	6. 16.	☾ infer. margine		Cuspides ☾ in eodem verticali.
7. ferè.	29. 27.	6. 17.	46. 8.	6. 19.	12. 58.		Maiuscula macula ad orientem nõ valdè absimilis, ac penè opposita Caspiæ incipiebat tegi, ipsametque Caspia proximè erat, vt tegeretur.
7. adhuc.	29. 54.	6. 20.	46. 40.	6. 21.			
7 1/3.	30. 28.	6. 24.	47. 101	6. 24.			
7 1/3. adhuc.	31. 4.	6. 28.	47. 44.	6. 27.	☾ super. margine		
8. ferè.	31. 13.	6. 29.	48. 10.	6. 30.	15. 12.		
8.	31. 39.	6. 32.	48. 40.	6. 33.			
8 1/3. ferè.	32. 3.	6. 35.	49. 5.	6. 35 1/3.			
8 1/3. adhuc.	Procyon 32. 25.	6. 37.	Pollucis 49. 35.	6. 38 1/3.			Prop. diam. 2 1/3.
9. ferè.	32. 55.	6. 41.	50. 10.	6. 42.			
9.	33. 29.	6. 45 1/3.	50. 45.	6. 46.			
9. adhuc.	33. 45.	6. 47 1/3.	51. 5.	6. 48.	☾ infer. margin.		

M. DC. 21. v. Parisiis, Februario

Phasis ☾ decrescentis Telescopio inspectæ Digiti	Altitudo ad ortum gr. min.	Tempora inde supputata hor. m.	Altitudo ad ortum gr. min.	Tempora inde supputata hor. m.	Altitudo ad ortum gr. min.	Tempora inde supputata hor. m.	
9. & parùm ampliùs.			Cor. ♌ 17. 15.	6. 52.	17. 30.		
9. ampliùs.	34. 50.	6. 55 1/2.	Pallucis 32. 20.	6. 56.			
9 1/2. ægrè.	35. 16.	6. 59.	Cor. ♌ 18. 4.	6. 57.			
9 1/2 ferè.	35. 40.	7. 2.	Ceru. ♌ 22. 43.	7. 4.			
9 1/2. ad summùm.	36. 30.	7. 8 1/2.	Cor. ♌ 19. 55.	7. 8 1/2.			
9 1/2. summùm	36. 57.	7. 12.	Ceru. ♌ 23. 55.	7. 11.			
9 1/2. vix.	37. 23.	7. 15 1/2.	25. 5.	7. 16.			Macula illa maiuscula oppositæ Cuspidi fuit tota retecta.
9. & ampliùs.	37. 47.	7. 19	Cor. ♌ 21. 18.	7. 21.			
9. proximè.	38. 8.	7. 22.	22. 18.	7. 23.			
9. vel minus.			22. 34.	7. 25.	22. 47.		
8 1/2. vel ampl.	38. 50.	7. 28.	23. 7.	7. 28.			
8 1/2.	39. 7.	7 30.	23. 44.	7. 34 1/2.			
8. vel parum ampliùs	39. 40.	7. 35.	24. 40.	7. 37 1/2.			
8.	40. 3.	7. 38 1/2.			25. 10.		
8. vel minus.	Ceru. ♌ 28. 45.	7. 40.	25. 2.	7. 40.			
7 1/2.	29. 33.	7. 45.	25. 58.	7. 45 1/2.			Cuspis nivea tota retecta.
7 1/2. vel min	29. 44.	7. 46.	16. 18.	7. 47 1/2.			
7.	30. 37.	7. 52.	26. 55.	7. 51.			
6 1/2.	31. 5.	7. 54 1/2.	27. 48.	7. 57.			
6.	31. 46.	7. 57.	28 3.	7. 58.			
5 1/2. vel quidpiam.	32. 13	8. 1 1/2.	28. 31.	8. 2 1/2.			
5 1/2.	32. 47.	8. 5.	28. 55.	8. 4.	28. 55.		Cuspides ferè ad libellam, seu parallelæ horizonti.
5.	33. 1.	8. 6.	29. 14.	8. 6.			
5. ferè.	33. 28.	8. 9.	29. 43.	8. 9.			Pes minor Thetidis integrè restitutus.
4 1/2.	33. 46.	8. 11 1/2.	29. 55.	8. 10.			
4 1/2. adhuc.	34 8.	8. 13.	30. 23.	8. 13.			Cuspides ad libellam magis exquisitè.
4.	34. 32.	8. 15.	30. 47.	8. 15.			
3 1/2.	35. 0.	8. 18.	31. 15.	8. 18.			
3.	35. 35.	8. 22.	31. 52.	8. 22.			Cuspides planè ad libellam visæ.
3. vel parùm ampliùs.	36. 5.	8. 25.	32. 0.	8. 23.			
2 1/2.	36. 28.	8. 27 1/2.	32. 36.	8. 27.			
2.	36. 52.	8. 30.					
1 1/2.	37. 0.	8. 31.					
1 1/2. adhuc.	37. 18	8. 32 1/2.					Cuspis nondum tota retecta.
1. vel parum ampliùs.	37. 40.	8. 35.					Cuspis Borea videbatur tantillum elatior, quàm Austrina.
1.	37. 52.	8. 36.					
0 1/2.	38. 10.	8. 38.					

Phases

m. Dc. 21 v. *Parisiis, Februario.*

Phases ☾ decrescentis Telescopio inspectæ Digiti	Altitudo ad ortum gr. min.	Tempora inde supputata h. min.	Altitudo ad ortum gr. min.	Tempora inde supputata h. min.	Altitudo ad ortum gr. min.	Tempora inde supputata h. min.
fetè Finis.	Cernicis ♌ 38. 18.	8. 39.	Cordis ♌			
Finis.	38. 32.	8. 40.	34. 35.	8. 40.	☾ infer. marg.	
statim post.					34. 10.	8. 40.
Extenuatissimũ inumbrationis vestigium.			37. 10.	8. 56½.		

Desiit Eclipsis supernè ; idque defectendo insensibiliter in Austrum, insensibiliterque à parte Borea maculæ Caspiæ.

Linea proinde à regione initij, in regionem Finis per discum ☾ ducta, fuit quasi subtensa 125. gradum, versus partem ☾ septentrionalem relictorum ; ptovt nimirum in schemate Plenilunij numerare licuit.

Cùm per decrementum deficeret adhuc ☾ digitis 6. & margo ipsius inferior esset penè ad libellam, seu in eadem altitudine cum Corde ♌, quod ipsi ad Boream, distiterunt inter se, vsurpato Radio,

☾ margine vicino, & Cor ♌ 2998—2702. hoc est 1.grad.min.34½.
☾ margine remotiore, & Cor ♌ 2998—2599. hoc est 2.grad. 7.min.
Statim verò à fine Eclipseos, distiterunt iterùm
☾ margine viciniore, & Cor ♌ 2998—2753. hoc est 1.grad. 18.min.
☾ margine remotiore, & Cor ♌ 2998—2652. hoc est 1.grad. 50.min.

Sub medium Eclipseos, seu post horam 7. & cùm posset diameter ☾ obseruatis vtrimque marginibus accipi, distiterunt ipsi margines oppositi inter se, ac fuit proinde
Diameter ☾ 2998—2912. hoc est 0. grad. 27.min. Deinceps autem restituta ☾, ac ioter margines vtrimque illustratos.
Diameter ☾ 2998—2895. hoc est 0.grad. min.52½.

Vereor, ne nimis in discum collineauerim vno circiter heinc inde minuto, & Diameter priore vice esse debuerit 0.grad.29.min. posteriore 0.grad. min.34½.

Arcus vmbræ in disco ☾ comparatus ad varias Phaseis abfuit semper longè à proportione diametrorum non modò tripla, sed etiam 2½.

Quadrauit semper optimæ ad Phascis proportionis, seu rationis duplæ potissimùm verò ab Initio, & ante finem.

Ex initio, ac fine Eclipseos colligitur medium hor. 7.min.7. & tota duratio bor.3.min.6. Breuiot scilicet, quàm vllæ Tabulæ, Ephemeridesque fecerint sperandam.

Quippe totalem durationem exhibent Tabulæ Prutenicæ hor.3.m.13. Philolaicæ 3.h.m.16. Ephemerides Origani hor.3.min.25. Dureti hor.3.min.55. Eichstadij bor.3. min.33½. &c.

Obseruauit Bullialdus noster iisdem Parisiis, initium superiore ☾ margine alio 5. grad. 56.min. ac proinde hor.5.min.32. Finem Corde ♌ alto 34.grad. 41.min. ac proinde hor.8. min 40.

Scripsit Heuelius neque Dantisci, neque Stetini, neque Regiomonti, potuisse prorsùs aliqoid propter nubila obseruari.

Transmisit optimus Wendelinus suam obseruationem Hercij peractam, & accuratissimè quidem, si quam aliàs, inquit. Nempe cùm sub Solis occasum omnia composuisset, Horisonium affabre correctum ; Sciotericum Sesqui-pedale, Clepsydras duas, Telescopia 4. schemata varia, & emissà in flurum Clepsydrà alterà Soie horizontem attingente (hoc est sine refractione infra eum depresso) &c. Præcipua capita hæc fuere,

Initium hor.5. min.47. Culminabat med. Pleiad. digit.s. hor.5. min.53. defic.½. Periph. digit.2. bor.6.min.0.defic.½. Periph.statim post culminabat Palear. ♉. digit 3.hor.6 min.6. digit 4½. hor.6. min.15. defic. plus min.½. digit.5. hot.6. min.20. pars deficiens valde atra digit.6. hor.6. min.29. nondum ½. Periph. digit.7. hor.6. min.36. culminabat Aldebaran cuspides perpend. digit.8. hor.6. min.48. digit. 9½. hor.7. min.18. medium Eclipseos ob cotnua viæ ☾ parallela digit 9. decrescentis hor.7. min.30. culminabat caput Orion. breui pòst digit.8. hor.7. min.48. culminarat paulò ante dexter humerus Orionis digit.7. hor.8. min.0. digit. paulò minus 6.hor. 8.min.8. hanc & sequent. certiss. dicit. digit.5. satis præcisè hor.8. min.15. digit.4. satis præcisè, hor.8. min.22. digit.3. hor.8. min.30. satis bona digit.2. vel minus hor.8. mio.37. Optima culminabat pes ♊ digit.1. satis præcisè hor 8. min 43. digit.0. ½. hor.8. min.45. Denique autem Finis, hor.8. min.49. culminauit autem Syrius verò pòst minuto. Atque hæc quidem præter penumbtam, quæ & præcessit, & sequuta est.

M. DC. XLV. *Parisiis, Martio.*

Subiunxit doctissimum Linum obseruasse Leodij initium hor.5.min.48.vel,vt ipse VVendelinus putat, hor.5. min.49.

Antverpiæ Gutiseonium pronuntiasse Finem hor.8.min.45. ad summum ; etsi spectatores adstantes submussarent,nondum, & aliqui Finem retulerint ad hor.8. min.49.

Francofurti ad Mænum Caramuelem Oscillationibus perpendiculi accommodatis ad horam 6.Hotisonij ; qua visum est initium contingere,ac visæ sunt Dubhe , & vltima Caudæ in eodem esse azimutho , deduxisse Finem debuisse contingere hor.9. min.3. sec.13. Et totam proinde durationem fuisse hor.3.min.3.sec.13. maximámque adeò obscurationem, quæ fuerit digit.10.min.15. debuisse contingere circa hor.7. min.30.

Dies insequente , seu 11. Vesperi , visus fuit ☊ hac forma , ♃ autem treis habuit ad exortum Satellites, hacce ratione comparatos,

* * * (24)

MENSE MARTIO , Die 26. Vesperi , hor.9. appulerat ♂ proximè ad Stellam , quæ est in sinistro genu Castoris, siue sequente Ⅱ excipiturque penè recta linea à Procyone in Capellam ducta. Distabat ad Boream ab ea Stellæ paulò amplius , quàm Eques à 2. Equo in Canda Vrsæ maioris. Non fuit tamen excessus hic quinta distantiæ parte maior. Erat sensibiliter orientalior memorata linea à Procyone in Capellam, ac penè intercipiebatur alia linea à proxima Stella in humerum dextrum. Erichtonij ducta, niti quòd esse videbatur insensibiliter orientalior. Quamobrem nondum attigerat longitudinem huiusmodi Stellæ.

Præclarus Bullialdus Venetiis degens , hæc suis ad me literis insernit anno 1645. Placentiæ, Iunij 27. post occasum ☉ hor.1$\frac{1}{2}$. ♂ apparuit superior Corde ♌ vnà Lunæ , & $\frac{1}{2}$. ferè, hoc est 0.grad 40.min. Erat ♂ in azimutho paulò occidentaliore , iamque superauerat longitudinem Cordis ♌.

Eodem anno , Venetiis Augusti 17. Manè , ♃ videbatur Borealior duabus Sellis , quæ sunt in Pede præced. antecedentis Ⅱ circa finem. Ⅱ . Constituebat triangulum cum illis, ita vt basis esset linea Fixas coniungens ; ♃ ab occidentali paululum remotior apparebat, & ab ea,distabat Lunæ diametro. Et quæ ducta foret à ♃ perpendicularis in basin æqualis propè apparebat distantiæ ♃ ab illa fixa,tunc ☾ eandem fere longitudinem cum ♃ tenuit ; sed longè meridionaliot fuit ipso.

MENSE AVGVSTO, Die 21. Manè , Eclipsis ☉. studiosè me quidem ad eius obseruationem comparáram , intra ipsas scilicet ædeis optimi Abbatis Campinij ; sed obstitere primùm nubes ne quidpiam , nisi sub initium , & illud quidem inexspectato posset ex ipsa conspici. Ac deinde nescio quo casu effectum fuerit , vt ea scheda in qua paucula obseruata consignárem euanuerit , dum deducerem aliquos , qui interfuetant Viros illustreis. Memini duntaxat contigisse initium statim penè atque petquàm studiosus , ac eruditus Ioannes Picardus Andinus , qui venabatur Quadrante Solis altitudinem pronunciauit eum fuisse altum gradibus præcisè 46. hoc est hor.10.min.4.



Cœpit in Cælo defectus ad Boream in distantia à Verticali graduum 30. proximè ; nam & memini Solem sese citra Telescopium in opposito circulo hoc modo pinxisse,

Commemini etiam , cùm sub medium Eclipseos , aut, vt conieci aliquantò prius , Sol momento interluxisset, adnotasse me defectum digitorum 4$\frac{1}{2}$. ac tum defecisse ex circumferentia gradus 105. verùm pronunciatæ altitudinis Solis nullatenus commemini.

Perscripsit Valesius obseruatum fuisse Auenione Eclipseos initium alto ☉ 12.grad. 25.min. hor.10. min.25.

Finem alto ☉ { 56.grad. 50.min. / 57.grad. 25.min. } hoc est { hor.0. min.41. / hor.0.min.34$\frac{1}{2}$. }

Transmissa ad Mersennum est obseruatio gemina Romæ facta, altero obseruatorum attendente ad horologium Sioteticum quod est in Palatio Cardinalis Spadæ , altero ad simile aliud, quod est in Conuentu Minimorum Gallorum in monte Pincio. Dicitur autem vterque in eo conuenisse, vt contigetit

Initium hor.11. min.16$\frac{1}{2}$. idque alto aliunde ☉ 58.grad. 30.min. in Verticali 69. Finis hor.1.min.25. alto aliunde ☉ 55.grad.30.min. in Verticali 53.

Et Eclipsis peruenerit ad septimam partem diametri ☉ diuisæ in parteis 24. hoc est ad digit.3$\frac{1}{2}$.

Agartatus

Agattatus Raræi, de quo antè est dictum, agens machinâ confectamea similis, perscripsit se variè luctatum cum nubibus, ista vtcumque obtinuisse. M DC. XLV. *Parisiis, Septembri.*

Digiti visi deficere	Deficientes ea circumferentia gradus	Tempora ex horologio Scioterico hor. min.	Altitudo ☉, sed accepta plerumque ioferiore limbo	Tempora inde suppntata hor. min.
2. ferè.			☾ inferiore. 47. 35.	10. 19.
$2\frac{1}{2}$.			☾ inferiore. 48. 20.	
3.	80. 0.			
$3\frac{1}{2}$.	86. 0.	10. 45.	49. 5.	
$4\frac{1}{2}$.	94. 0.		☾ inferiore. 49. 40.	
$4\frac{1}{2}$.	100. 0.	10. 54.	50. 10.	
$4\frac{1}{2}$.			☾ inferiore. 50. 0.	
5.	160.		50. 25.	

Ex literis optimi VVendelini, initium nusquam per Belgium visum. Finem obseruauit ipse Hercij hor.0.min.$37\frac{1}{2}$.

Antuerpiæ verò Gutisconius hor.0. min.33.sec.2.

Subiicitur scripsisse Caramuelem se nactum Alderspachij ad Danubium quatuor leucis à Passauio occidentem initium bor.21.min.0.sec.9. Finem hor.3. min.20. sec.18. & digitos ad Septentrionem obscuratos 5. grad. 45. min. ab igne Lunari, 5. grad. 20.mio. ab aëre Lunari 5.grad. 5.min. à terra Lunari; scilicet ob triplicem vmbram, quarum minimam nigerrimam retulit ad tueditullium solidi Lunatis; mediam sanguineam ad Lunarem aërem; extimam croceam (quæ fuerit duplò latior sanguinea,& dimidij digiti) ad Lunarem ignem.

Quid fuerit Gedani, seu Dantisci ab Heuelio; quid Stetini ab Eichstadio; qnid Koniſbergæ, seu Regiomonti à Linnemanno obseruatum; citiùs fecero; si quas ipse Heuelius Schedas hac de re transmisit, bcic adglutioâto (*in Appendice Epistolarum habes.*)

Inuisens me sub finem Martij insequentis anno Reuerend. P. Leonardus Dulirius Franciscanus Recollectus, retulit obseruasse se ad Canadam, ac in Promontorio Gaspæo dicto, quà vocatus magnus sancti Laurentij fluuius in sinum insignem ampliatur, distatque Kebeco ad ortum vergendo io Boream centum viginti plus minus leucis; obseruasse, inquam, Solem ex monte emergentem, ac altum iam gradus 9. deficere adhuc tribus digitis; ac fuisse defectu immunem, cùm esset iam altus grad.14. min.46. Vtebatur autem organo pedali,ac 30. solùm gradus exhibente; cùm obseruasset priùs altitudioem Poli 48.gr. 40.min. aut 45. adeò proinde vt fuerit tempore quidem prioris obseruat.hor. mio. tempore posterioris, seu Finis hor. min.

MENSE OCTOBRI, Die 9. summo Manè, hoc est noo longè à media nocte, obseruante Raræi Agarrato, occultatio Aldebaræ à ☾.

Cùm ☾ iam decresceret, & obliterato maiore, seu occidentaliore pede. Homuncionis Vmbræ Sectio ventrem præterraderet; visa est ☾ subituta Aldebaran alteto, hoc est otieotali, seu illuminato margine, vbi Stella visa est distare ab illo tribus quasi digitis; existente Luna alta inferiote margine 39.grad. 5.min. & humero dextro Orionis 20.grad.16.min. hoc est hor. min.

Subiit porrò Luna Stellam ea marginis illustrati parte, quæ est inter cuspidem nineam, & paruam illam longiusculam, nigellamque maculam, quæ est propè limbum, constituiturque penè à diametro maioris Homuncionis pedis. Fuit verò tunc ☾ alta inferiote margine 40. grad.15.min. & humerus deater Orionis 21.grad. 43.min. ac proinda hor. oiin.

Emersit verò deinde Stella ex obscuto margine, proculque à sectione vmbræ, ac è regione propè medij ventris Homuncionis; cùm Luna esset alta inferiora margine 49.grad. 20.min. & humerus deater Orionis 32.grad.15.min. ac proinde hota min. Procyon autem 15.grad. 30.min. hoc est hot. min.

Quoniam

Quoniam ingressus Stellæ fuit tantillum propiot Niueæ cuspidi, quam memoratæ maculæ; intelligitur viam Stella vltra ☾ non fuisse institutam per diametrum; sed per chordam aliquantulum Septentrionaliorem.



MENSE DECEMBRI, Die 26. Vesperi, hora 5. habuit ♃ treis Satellites ad occasum. Is maximus fuit, qui maximè distitit; medius autem fuit tantillum Australior rectâ lineâ per ♃ & extremos ducta.

Ad ♄ quod attinet, is iam satis exquisitè Ellipticus, qualisve apparuit videlicet hac quasi formâ.

M. DC. XLVI.

Eclipsis Lunæ, Veneris ac Saturni forma, illorúmque distantiæ à Fixis aliquot, &c.

ANNO 1646. Mense Ianuario, Die 31. Manè, Eclipsis ☾. Cùm æstati siccissimæ successisset hyems, non valdè quidem humida, sed gelidissima tamen (nam & Sequana densissima glacie perstitit concretus ab ipsis Natalitiis ad diem vsque huiosce mensis 27.) Quæ à glaciei resolutione superfuere nobila, ac per vices pluuiæ omnem penè ademerant interuidendæ Eclipseos spem, quovsque mediam citeriter noctem, quam Eclipsis sequota est, nubes variè tatescere, interhiscereque cœpetunt. Illata iam fuerant in alteram Turrium, quæ ad ingressum templi Deiparæ Virginis, necessaria organa; quare & me illò recepi ab hota secunda cum dimidia (apertas nimirum fores procurante optimo Abbate Campinio) vnà cum adiutoribus memorato ante Picardo, & studioso adolescente Claudio Loilletio, ac eo famolo, quo iampridem vtor. Hunc ptæ cæteris delegeram locum, vt si ferret fors, eapetitet, nom exorto Sole, ac toto supra horizontem eastante, exstatet simol ipsa Luna, tametsi adhuc propter Terræ interpositionem deficiens, siue non futota omninò cùm occideret, splendori soo restituta. Apparatis ergo Quadtante, ac variis Telescopiis, vatiisque simul schematibus, attendimus ab hota vsque proaimè tertia eum semisse, apparetet-ne vllum penombræ vestigium. Ac venabamur quidem primùm horam, horæve minota ex Cordis ♌ altitudine 3 verùm quia illa visa est nimis lentè decrescere, ideò Quadrantem conuertimus ad ipsas Geminorum Stellas, ac potissimùm donec visæ sont esse tefractionis immunes. Ecce seriem obseruationis

Phases ☾ deficientis Telescopio inspectæ	Altitudo Reguli ad occasum grad. m.	Tempota inde suppputata hot. min.	Altitudo Pollucis ad occasum grad. m.	Tempora inde suppputata hor. min.
Nihil adhuc penumbræ.	39. 0.	3. 53.		
Nihil.	38. 30.	3. 57.		
Nihil.	38. 0.	4. 0½.		
Pen. pertenue vestig.			24. 55.	4. 4.
Iterùm.			24 45.	4. 5.
Peo. paulò certiùs.			24. 40.	4. 6.
Iterùm.	Castoris		24. 30.	4. 7.
Penumbra sensibiliot.	24. 45.	4. 10.		

Videtur Penumbra hac vice exstitisse non modò breuis, sed etiam tenuis ptæ cæteris quas est obseruare hactenus concessum.

Phases

M. DC. XLVI. *Parisiis, Ianuario.*

Phasis ☾ deficientis Telescopio inspectæ Digiti	Altitudo Reguli ad occasum grad. m.	Tempora inde supputata hor. min.	Altitudo Pollucis ad occasum grad. m.	Tempora inde supputata hor. min.
Pen. paulò crassior.	24. 35.	4. 11.		
adhuc magis			23. 40.	4. 12.
adhuc magis			23. 30.	4. 13.
adhuc magis			23. 20.	4. 14.
penè initium			23. 15.	4. 15.
Initium.			23. 10.	4. 15 1/2.
0 1/2.	23. 38.	4. 17.		
Iterùm.			22. 50.	4. 17 1/2.
1. 0.			22. 30.	4. 19 1/2.
Iterùm.			22. 25.	4. 20.
1 1/2.	23. 5.	4. 20 1/2.		
1 1/2. meliùs.	22. 55.	4. 22.		
1 1/2. & ampliùs.			22. 55.	4. 23 1/2.
2. 0.			22. 50.	4. 24.
2. iterùm.	22 35.	4. 24 1/2.		
2. & ampliùs.	22. 30.	4. 25 1/2.		
2 1/2.			22. 15.	4. 27 1/2.
Iterùm.			22. 10.	4. 28.
3. vel ampl.			20. 55.	4. 30.
Iterùm.			20. 50.	4. 30 1/2.
Iterùm.			20. 45.	4. 31.
3 1/2.			20. 35.	4. 32.
4. 0.			20. 15.	4. 34.
4 1/2.			19. 50.	4. 37.
5. vel ampl.			19. 25.	4. 40.
5 1/2.	Reguli.		19. 15.	4. 41
6. 0.	31. 25.	4. 43.		
6. & ampl.	31. 20.	4. 44.		
6 1/2. ferè.	30 55.	4. 46.		
7. ferè.	30. 45.	4. 47.		
7. 0.	30. 40.	4. 48.		
7. & ampl.	30. 30.	4. 49.		
7 1/2.	30. 25.	4. 49 1/2.		
Iterùm.	30. 15.	4. 50 1/2.		
8. 0.	30. 0.	4. 52.		
Iterùm.	29. 55.	4. 52 1/2.		
8. & ampl.	29. 40.	4. 54.		
8 1/2.	29. 30.	4. 55.		
Iterùm.	29. 20.	4. 56.		
9. 0.	29. 10.	4. 57 1/2.		
Iterùm.	29. 0.	4. 58.		
9 1/2.	28 50.	4. 59.		
Iterùm.	28. 35.	5. 1.		
10. ferè.	28. 25.	5. 2.		

Cœpit Eclipsis in hoc propè ad horizontem positu.



In limbo Lunæ locus fuit medius inter nigeam cuspidem, & maculam illam nigellam, & ac longiusculam, quæ habet se inter, & limbum minimulam aliam; nisi quòd fuit macula, quàm cuspidi tantillum viciniorj scilicet penè è regione puncti candidi intercepti.

Per hæc initia arcus vmbræ in disco Lunari videbatur esse nonnihil curuatior, quàm exhiberetur Phasibus supponentibus vmbræ diametrum ad diametrum ☾ non maiorem duplo.

Tegi heic cœpit Carthusia, seu vocatus Langreno Philippus IV.

Superior cuspis cum centro ☾ in eodem fuere verticali.

Per hasce Phaseis curuatura vmbræ in disco Lunari præclarè congruebat schematibus ductis ex suppositis vmbræ diametro ad diametrum Lunarem dupla.

Inferior cuspis cum centro ☾ in eodem fuere verticali.

♃. DC. XLVI. *ariſtil. Ianuario.*

Phaſes ☾ deficientis Teleſcopio inſpectæ	Altitudo Caſtoris	Tempora inde ſuppu-tata	Altitudo Pollucis	Tempora inde ſuppu-tata
Digiti	grad. m.	hor.min.	grad. m.	hor.min.
$10\frac{1}{2}$. ferè.	27. 55.	5. 5.		
Iterùm.	27. 45.	5. 6.		
$10\frac{1}{2}$. ampliùs.	27. 35.	5. 7.		
11. 0.	27. 30.	5. $7\frac{1}{2}$.		
11. aut ampliùs.	27. 20.	5. 9.		
$11\frac{1}{2}$.	27 0.	5. $10\frac{1}{2}$.		
penè totalis obſcuratio	26. 55.	5. $11\frac{1}{2}$.		
totalis ob ſcuratio.	26. 50.	5. $11\frac{1}{2}$. vel 12.	☾ ſuper. margine.	
& ſtatim.	Pollucis		19. 55.	5. 9.
conſequêtur	14. 25.	5 14.	Caſtoris	
& ſtatim.			15. 30.	5. 30.

Tegi heic cœpit macula Caſpia. Contigit totalis obſcuratio, ſeu

immerſio in hoc circiter ad horizontem poſitu.

In limbo Lunæ locus fuit proximè infra maculam Capiam.

Quare & linea ducta per punctа initij, ac totalis obſcurationis videtur in diſco Lunari fuiſſe quaſi Chorda, quæ receſſerit heinc inde à diametro minutis proximè quindecim, ac fecerit proinde arcum Boreum graduum circiter 150. Auſtrinum circiter 210.

Non longè poſt cœpere nubes ab occaſu ſuboriri, quæ ſenſim, vt Lunam, ſic totum occuparunt Cælum, niſi quod horizon ad ortum fuit ſemper deſœcatior, & ſerenitatem nunc puram, nunc miſtam ad vnum, alterumve gradum altitudinis manifeſtam fecit.

Paulò ante Solis exortum conſpecta eſt Luna tranſcurſim in quodam nubium hiatulo, fiebat tam lucis recuperatio, & quantum iudicare licuit, ſemi-digiti reſtitutio fuit. Quòd porrò limbus eius ſuperior exſtiterit altus quatuor proximè gradibus; intelligitur fuiſſe hora 6.min.55. aut certè quam-proximè.

Viſa autem eſt hoc circiter eſſe ad horizontem poſitu.

Porrò videre quidem Solem exorientem ſubinde licuit; ſed occidentis ſimul Lunæ ſpectaculum præripuerunt nubes.



Literas accepi è media Huronum Septentrionalis Americæ regione, ac hoſpitio Patrum Societatis IESV, loco que *Sancta Maria* dicto datas ab optimo Breſſano, cuius iam antè eſt facta mentio. Quibus perſcribit vſum ſe eximio Teleſcopio, obſeruaſſe,

Initium inumbrationis leuiſſimum hor. 10. min. 25. ante mediam noctem, ſenſibiliorem inumbrationem hor. 10. min. 30.

Initium Eclipſeos hor. 10. min. 45.

Digitos Eclipſeos ferè ſex hor. 11. min. 12.

Totalem obſcurationem hor. 11. min. 44.

Cætera nubibus prærepta: niſi quòd hor. 2. min. 25. poſt mediam noctem præbens ſe in conſpectum Luna nullum veſtigium obſcurationis habuit.

Addit locum illum, in quo obſeruauit, quantum potuit coniicere ex itinerario ductu, ac habita ratione ventorum, ſeu deflexuum itineris diſtare Kebeco ad occaſum 20. circiter gradibus, & in literis ad optimum P. Burdinum ſimul datis attolli Polum ibidem loci 44. grad. 20. min.

In iiſdem porrò literis adnotat variationem Magnetis eſſe illeic 20. grad. 45. min. quæ Kebeci eſt grad. 16. & circa in magno Bauco grad. 22.

Subiungit in Mari dulci (quod magnus Huronum eſt lacus) fluxum refluxumque vigere; idque cùm vltra leucas ducentas ſit longum, & cum aliis duobus lacubus, etiam maioribus, qui in ipſum magnis alueis exonerentur, communicet.

Cl. Heuelius ſcripſit Dantiſco licuiſſe ſolùm ſibi per nubeis ad initium ac Phaſes inſequenteis attendere.

Initium circiter ingruebat, lucidâ Lyræ ad ortum altâ 46. grad. 8. min. hoc eſt hor. 5. min. 21. digit. 4. eadem Stella altâ 47. grad. 57. min. hoc eſt hor. 5. min. 34. digit. $4\frac{1}{2}$. eadem

Stella

Stella altâ 49. grad. o. min, hoc eſt hor. 5. min. 41. digit. circiter 11. lucida in pectore Cygni altra 39. grad. o. min. hoc eſt hor. 6. min. 13. M. DC. XLVII. *Pariſiis, Martio.*

MENSE MARTIO, Die 18. Veſperi, cùm ad Saturnum Teleſcopio attendiſſem, medius ille circulus albus non eſt mihi viſus planè exquiſitus, ſpeciéſque fuit propè huiuſmodi.

MENSE IVLIO, Die 4. Manè, hora 2. obſeruauit Agarratus diſtare inter ſe

Caput, & Vmbilicum Andromedæ 3600—960. hoc eſt 14. grad. min. $18\frac{1}{2}$.

♄ & ♂ 3600—2188. hoc eſt 7. grad. min. $27\frac{1}{2}$.

♄ & ♀ 3600—1537. hoc eſt 11. grad. min. $3\frac{1}{2}$.

♀ & ♂ 3600—1690. hoc eſt 10. grad. min. $12\frac{1}{2}$.

DIE 11. Manè, eodem obſeruante diſtiterunt inter ſe

Caput & Cingulum Andromedæ 3600—937. hoc eſt 14. grad. 27. min.

Caput & lucida pedis Andromedæ 2800+1951. hoc eſt 26. grad. 41. min.

Lucida ♈ & Aldebaran 3600+2800. hoc eſt 35. grad. min. $26\frac{1}{2}$.

♀ & lucida ♈ 3600+2350. hoc eſt 33. grad. min. $1\frac{1}{2}$.

♄ & lucida ♈ 3600—1372. hoc eſt 13. grad min $59\frac{1}{2}$.

♂ & lucida ♈ 3600+1182. hoc eſt 26. grad. min. $32\frac{1}{2}$. Altitudo lucidæ ♈ 40. gr. 30. min. ſeu hor. min. Aldebaran 14. grad. o. min. ſeu hor. min.

♂ & Aldebaran 3600—1941. hoc eſt 8 grad. 49. min.

♀ & Aldebaran 3600—3179. hoc eſt 2. gr. 10. min.

♄ & ♀ 3600—453. hoc eſt 17 grad. 11. min.

Repræſentauit autem Saturnum, vt ſuprà, Veneremque huiuſmodi

DIE 17. Eodem obſeruante, diſtiterunt inter ſe

♀ & Aldebaran 3600+1701. hoc eſt 34. gr. m. $55\frac{1}{2}$.

♂ & Aldebaran 3600—1500. hoc eſt 5. gr. 46. min.

DIE 20. Manè, eodem obſeruante, diſtiterunt inter ſe

♄ & 3600+2140. hoc eſt 31. grad. 53. min.

♄ & Aldebaran 3600—260. hoc eſt 18. gr. min. $18\frac{1}{2}$.

♂ & 3600—840. hoc eſt 15. gr. min. $5\frac{1}{2}$.

♂ & Aldebaran 3600—2605. hoc eſt 5. grad. 12. min.

Aldebaran & 3600—521. hoc eſt 16. gr 49. m.

♀ & 3600—171. hoc eſt 10. grad. 5. min.

♁ & Aldebaran 3600—2185. hoc eſt 7. grad. min. $28\frac{1}{2}$.

MENSE AVGVSTO, Die 16. Veſperi, eodem obſeruante diſtiterunt

♄ & lucidæ ♈ 4000—419. hoc eſt 19. grad. min. $20\frac{1}{2}$.

♄ & Aldebaran 4000—800. hoc eſt 17. grad. min. $13\frac{1}{2}$.

Lucida ♈ & Aldebaran 4000+2414. hoc eſt 35. grad. min. $22\frac{1}{2}$.

DIE 30. Manè, ſub hora 4. eodem obſeruante diſtiterunt inter ſe

♃ & ♀ 2000—1712. hoc eſt 1. grad. 36. min.

DIE 31. Manè, ſub hor. $4\frac{1}{2}$. eodem obſeruante diſtiterunt inter ſe

♀ & Procyon 4000—912. hoc eſt 16. grad. min. $35\frac{1}{2}$.

♃ & Procyon 4000—695. hoc eſt 17. grad. 49. min.

♃ & ♀ 2000—1798. hoc eſt 1. grad. 7. min.

♀ & Caſtor 4000—1664. hoc eſt 12. grad. 21. min.

♃ & Caſtor 4000—1691. hoc eſt 11. grad. 12. min.

♃ & ♀ iterùm 2000—1810. hoc eſt 1. grad. 6. min.

MENSE SEPTEMBRI, Die 1. Manè, eodem obſeruante diſtiterunt inter ſe

♀ & Procyon 4000—722. hoc eſt

♀ & Caſtor 4000—1485. hoc eſt

♃ & Procyon 4000—632. hoc eſt

♃ & Caſtor 4000—1656. hoc eſt

♃ & ♀ 2000—1817. hoc eſt

DIE 3. Manè, eodem obſeruante diſtiterunt inter ſe

♃ & ♀ 2000—1552. hoc eſt

MENSE OCTOBRI, Die 24. Manè, eodem diſtiterunt

☿ & Cauda ♌ 4000+967. hoc eſt

☿ & Arcturus 4000+1328. hoc eſt

☿ & ♀ 4000—1290. hoc est
Die 25. Manè, eodem distiterunt inter se
☿ & ♀ 4000—1290. hoc est
☿ & Arcturus 4000+1328. hoc est
Die 27. Manè, eodem distiterunt inter se
☿ & Cauda ♑ 4000+1506. hoc est
☿ & Arcturus 4000+1095. hoc est
Die 29. Manè, eodem distiterunt inter se
☿ & ♀ 4000—2258. hoc est

Mense Novembri, Die 2. Manè, eodem distiterunt inter se
☿ & Cauda ♑ 4000+3054. hoc est
☿ & Arcturus 4000+1285. hoc est
☿ & Spica ♍ 4000—2690. hoc est
☿ & ♀ 4000—2086. hoc est
☿ & Spica ♍ 4000—2881. hoc est Attollebatur ☿ 10.grad.25.min. Arcturus 25.grad. 40.min.
Die 3. Manè, eodem distiterunt inter se
☿ & Spica ♍ 4000—2419 hoc est
☿ & Cauda ♑ 4000+3377 hoc est
☿ & Arcturus 4000+1365. hoc est
☿ & ♀ 4000—2030. hoc est

M. DC. XLVII.

Eclipsis Lunæ, Occultatio Iouis à Luna, &c.

ANNO 1647. Mense Ianuario, Die 20. Vesperi, Parisiis, Eclipsis ☾. Tametsi enim quæ inualetudo ab exeunte vsque superiore Maio me inuaserat nondum penitùs dimisisset; impetrare tamen à me, quin ad Eclipseos observationem me compararem non potui; sed adiutoribus tamen Picardo, Agarratóque iam memoratis. Persenerabat porrò mitissima hiems, quam autumnus varius, & æstas feruentissima, siccissimáque præcesserant; & cùm per aliquot dies fuissent pluuiæ creberrimæ, tum fuit hoc toto penè continens ad vsque ipsum proximè tempus quo præstolabamur Eclipseos initium. Insperata autem fœlicitate tum desiit Cælum pluere, tum cœpit nubium densitas Austro agente attenuari; adeò vt Luna malignè quidem, sed interuideri tamen per vices à nobis potuerit; ac potuerint etiam interdum per tenuiores tractus detegi tum ♂ ad læuam, ac nonnihil superior, tum ♌ inferior, ac nonnihil ad læuam. Commoda obseruando fuit pars ædium optimi Abbatis, hospitisque nostri Campinij, quæ ottum respectat, & ad quam accessit cum erudito comitatu Decus Præsulum illustrissimus Coadiutor Parisinus, cùm iam foremus in procinctu, vt obseruaremus Iouis altitudinem, quòd disci Lunæ inferior pars videretur iam specie penumbræ infuscari.

Itaque fuit tunc altitudo ♌ 30.grad. 50.min. ac proinde hor.7. min 46½.

Et breui post detecti Procyonis 19.grad. 40.min. seu hor.7. min.50.

Agnoscì deinde visa est Penumbra sensibiliùs alto Procyone 31.grad 15.min. seu hora 7. min.57½. & magis adhuc alto 31.grad.50.min.seu hor.8.min.1½.magis alto 32.grad.10.min. seu hor 8.min.4.

Denique autem limbus accuratè Telescopio inspectus visus est temerari alto Procyone 32.grad.45.min. ac proinde hor.8.min.8. verùm pronunciare id tuto non licuit, nisi cùm dimidio minuti post. alto nempe Procyone 32.grad. 50.min. apparens Luna defœcatiùs, rem sic habuisse planum fecit.

Initium itaque Eclipseos censeri potest contigisse hor.8. min 8.



Cœpit autem obscuratio ad partem ☾ præcisè inferiorem, aut tantillum saltem ad dextram, siue versus Austrum; ac tali ideò posita.

Adhibita latitudine Lunæ reperta per calculum tempore maximæ obscurationis, repetitur latitudo ☾ in Phasi 9.digitorum min.32.sec.27. & ideo Lunæ centrum superauerat longitudinem centri vmbræ min.20.sec.10.quæ exhibent distantiam remotis à maxima obscuratione min.34. ita vt hæc contigerit hor.6. min.33. quam calculus exhibet hor.6. min.30. sec.48. ita vt calculus optimè hanc Eclipsin exhibeat. Luna sub vmbra omninò fuit visibilis,sub qua subtutila apparebat, flabat Botthapeliores, vulgo Nordest subfrigidus & siccissimus.

M. DC. LIII.

Saturni forma, &c.

ANNO 1633. Mense Aprili Die 6. Vespere, Saturnus eiusmodi ferè apparuit, cuiusmodi sub finem anni 1645. nisi quòd ansa ad Orientem visa est maior eâ, quæ ad Occidentem amplior, & distinctior, globositate media interim satis diserè apparente,apparuit autem specie propemodum huiusce modi, nisi quod eius longitudo fuit aliquanto quàm heic pingitur pro ratione latitudinis prolixior, & acutior.



MENSE SEPTEMBRI, Die 29. Manè, Parisiis, Tubo Galileano, neque adhuc fulcrum idoneum ad sustentandum alium Eustachij Diuini, quia mense Maio solùm hûc aduenerat paratum fuerat, visa est species Saturni huiusce modi, nisi quòd ansæ non omninò tantumdem seiunctæ.



M. DC. LIV.

Eclipsis Solis ac Lunæ, &c.

ANNO 1654. Mense Ianuarij. Die 7. Manè, & Die 27. Manè, penè idem ☊.

Eclipsis Solis obseruata Menilij Habertini San-Dionysiani, in Castro illustris Viri Henrici Ludouici Haberti Mon morij,Libellorum supplicum Magistri,eiúsque loci Comitis, anno 1654.mense Augusto, die duodecimo, ante meridiem.

Est autem locus ille Parisiis leucis sex septemve ad occasum non omninò hyemalem cum latitudine Borea graduum 48. min.46. scilicet altitudo Poli deducta eiusmodi est ex altitudine Solis meridiana, quæ illo ipso die fuit obseruata grad.56. min.15. & ex Sole iuxta Tychonem supposito in gr.19.min.37. ♌ cum declinatione Borea grad.14.min.59. & parallaxi minutorum 2.

Descripta aliàs machina est,cuius vsus fuit in circumducendo,attollendo, deprimendo vnâ operâ Telescopio, cum opposito circulo traiectos Solis radios accuratè excipiente, ac simul perpendiculo vmbram in circulum immittente; idque intra obscuram scenam, constitutóque interea proximè & in clara luce Posterià, qui Quadrantem circuli moderatus, Solis altitudinem continenter sectetur, quotiesque rogatur, renunciet.

Itaque toto apparatu, ritúque obseruandi supposito, quidquid ex Eclipsi obseruatum, deductúmque fuit, exhiberi vno prospectu sic potest.

Phases

Phases defectus increscentis	Altitudo Solis	Tempora inde elicita	Semiarcus deficientis oræ Solis	Qualium diam. ☉ talium licitur diam. ☾	Heinc diam. ☉ sup. posita 30.m. 30.sec. deducitur diam. ☾	Ac ipsa proinde semidiameter ☾
Digiti	gr. m.	hor. min.	grad.		m. sec.	min. sec.
Initiū.	31. 0.	8. $0\frac{1}{2}$.				
$0\frac{1}{2}$.	31.25.	8. 3.	17.	801.	33.56.	16. 58.
1.	31.50.	8. 6.	24.	827.	35. 2.	17. 31.
$1\frac{1}{2}$.	32.20.	8. 9.	30.	831.	35.12.	17. 36.
2.	32.45.	8. 12.	34.	707.	29.57.	14. $58\frac{1}{2}$.
$2\frac{1}{2}$.	33.25.	8.16.	39.	816.	34.34.	17. 17.
3.	33.48.	8. 18.	43.	606.	34. 9.	17. $4\frac{1}{2}$.
$3\frac{1}{2}$.	34.15.	8. 21.	45. B.	724.	30 40.	15. 20.
4	34.45.	8. 24.	50.	797.	33.45.	16. $52\frac{1}{2}$.
$4\frac{1}{2}$.	35.20.	8. 28.	53.	774.	32.47.	16. $23\frac{1}{2}$.
5.	35.50.	8. 31.	55.	742.	31.26.	15. 43.
$5\frac{1}{2}$.	36 25.	8. 35.	58. B.	738.	31.16.	15. 38
6.	36.55.	8. 38	61.	741.	31.23.	15. $41\frac{1}{2}$.
$6\frac{1}{2}$.	37.44.	8. $41\frac{1}{2}$.	63.	723.	30.58.	15. 29.
7.	38. 0.	8. $43\frac{1}{2}$.	67.	738.	31.16.	15. 38.
$7\frac{1}{2}$.	38 55.	8. $51\frac{1}{2}$.	70.	749.	31.44.	15. 52.
8.	39.40.	8. $56\frac{1}{2}$.	73.	751.	31.49.	15. $54\frac{1}{2}$.
$8\frac{1}{2}$.	40.10.	9. 0.	75.	753.	32.19.	16 $9\frac{1}{2}$.
$8\frac{1}{2}$.	40.45.	9. 4.	75.	741.	31.43.	15. $51\frac{1}{2}$.
$8\frac{1}{2}$.	41.10.	9. 7.	78.	761.	32.19.	16. $9\frac{1}{2}$.
$8\frac{1}{2}$.	41.48.	9. 12.	78.	752.	31.51.	15. $55\frac{1}{2}$.
9.	41.55.	9. 12.	80.	718.	30.25.	15. $12\frac{1}{2}$.
9.	42.10.	9. 14.	80.	718.	30 25.	15. $12\frac{1}{2}$.
9.	42.15.	9. $14\frac{1}{2}$.	80.	7 8.	30.25.	15. $12\frac{1}{2}$.
9.	42.30.	9. 16.	80.	718.	30.25.	15. $12\frac{1}{2}$.
$8\frac{1}{2}$.	42.37.	9. 17.	80.	730.	30.55.	15. $27\frac{1}{2}$.
$8\frac{1}{2}$.	42. 5.	9. 10.	80	742.	31.25.	15. $42\frac{1}{2}$.
$8\frac{1}{2}$.	43.35.	9. 24	77.	764	32. 2.	16. 1
$8\frac{1}{2}$.	44. 0.	9. 27.	74	749	35.58.	17. 59.
8.	44.30.	9. $30\frac{1}{2}$.	72.	737.	31. 3.	15. $31\frac{1}{2}$.
$7\frac{1}{10}$.	45. 5.	9. 35.	70. B.	749.	31.44.	15. 52.
7.	45.38.	9. 39.	67.	738	31.16	15. 38.
$6\frac{1}{2}$.	46 10.	9. 43.	65.	767.	32. 9.	16. $4\frac{1}{2}$.
6.	46.40.	9. 47.	60.	721.	30.33.	15. $16\frac{1}{2}$.
$5\frac{1}{2}$.	47. 5.	9. $50\frac{1}{2}$.	58. B.	738.	31.16.	15. 38.
5.	47.30.	9. 54.	55.	742.	31.20.	15.40.
$4\frac{1}{2}$.	47.55.	9. 57.	50.	681.	28.53.	14. $2\frac{1}{2}$.
4.	48.15.	10. 0.	47.	714.	30 23.	15. $11\frac{1}{2}$.
$3\frac{1}{2}$.	48.50.	10. 5.	45.	724.	30.40.	15. 20.
3.	49.10.	10. 8.	42.	755.	31.59	15. $59\frac{1}{2}$.
$2\frac{1}{2}$.	49.35.	10. $11\frac{1}{2}$.	38.	740.	31.21.	15. $40\frac{1}{2}$.
2.	50. 0.	10. 15.	33.	682.	28.53.	14. $26\frac{1}{2}$.

Primùm defectus vestigium apparuit in circulo, gradibus 11. ab vmbra perpendiculi, eo quo heic exhibetur modo, M. DC. LIV. *Parisijs, Iuuario.*





Sub digitum quintum, ac ferè semissem diametrorum linea cum vmbra perpendiculi coaluit, seu verticalis fuit.

Cœpturus mox erat summus defectus decrescere, cùm diametrorum linea ad angulos rectos perpendiculum secuit.

M. DC. LIV. *Parisiis, Ianuario.*

Phases defectus decrescentis	Altitudo Solis	Tempora inde elicita	Semiarcus deficientis oræ Solis	Qualium diam. ⊙ 720. talium elicitur diam. ☾	Heinc diam. ⊙ supposita 30. m. 10 sec. deducitur diam. ☾	Ac ipsa proinde semidiameter ☾
Digiti	gr. m.	hor. min.	grad.		m. sec.	min sec
$1\frac{1}{2}$.	0.20.	10. 18.	19.	7·6.	30.4 .	15 $22\frac{1}{2}$.
1.	50.40	0. $21\frac{1}{2}$	23	672	28.28.	14. 14
$0\frac{1}{2}$.	50 55	0. 24.	16.	6 8	26.36.	13 $18\frac{2}{2}$.
Finis.	51.10.	0. $26\frac{1}{2}$				



Defit defectus qua diametrorum linea distitit à perpendiculo gradibus 48.

Maximus igitur defectus fuit digitorum 9 præcisè Initium contigit hora 8.min.0 sec.40. Finis hor. 10.min.26.sec.16. ac fuit proinde tota duratio hor 2. min.25. sec.36. & durationis dimidium hor 1.min.12.sec.48. sicque contigit Medium durationis hor.9.min 13 sec.28.

a Ea interceptis paribus tam incrementi, quàm decrementi digitis, digitorumque portionibus, pars maxima huiusmodi medium semi-minuto vix excedit; reliqua infra voum minutum consilit: solus digitus 7. ab eo deficit 2 min. 5.sec.

Operosiot, ac incertior est diametri Lunaris deductio ea Solari supposita proximè 30.min. 30.sec. adeò scilicet ardumn est in illa mobilitate inconiinentiaque radiorum Solarium intra circulum, ac penumbra illa circumductus Lunaris, & circularis oræ Telescopij adnotare vno eodémque momento tum adimpletionem exquisitam circuli; tum pareis vtrimque gradus circumferentiæ, quà gemini arcus se intersecant; tum digitum, digitive portionem, per quam maximus vmbræ tumor transit.

Primis certè, ac vltimis Phasibus non valdè fidendum, quòd deuiatio vel minima intersectionis arcuum, longe æquo maiorem minoremve induerat Lunæ ambitum, diametrumque. Quæ sunt iam crescendo, quàm decrescendo intermediæ, haberi quidem tutiores possunt; at nimia tamen adhuc varietas.

Et quanquam meminerim adnotare bene se habere, inter cætetas, quæ fuere crescente defectu digiti $3\frac{1}{2}$. & $5\frac{1}{2}$. at decrescente digit. $7\frac{1}{2}$. & $5\frac{1}{2}$. appater adhuc nihilominus in ipsis inconstantia; nisi quòd geminæ io idem conspirant, adeò vt cùm sint etiam aliæ quæ eodem, proximeve, collineent, videatur Lunæ diameter posse exinde colligi 31.min.16.sec.

An quia licuit per defectum maximum scrupulosius attendere, ac digitis nouem deficientibus visi sunt satis constanter deficere vtrimque ea circumferentia gradus 80 idcircò ea haberi potest, quæ & exinde deducta est ☾ diameter 30.min 25.sec. seu proximè tanta, quanta ipsius Solis? Obstare potest, quod residuus circuli illustrati arcus factus iam esset decurtatior, quàm vt ea coactis intra illum radiis liceret tutò colligere esse illum potiùs circuli, quim accedentis proximè ad circulum Ellipseos arcum. Quare in ea potiùs hæsendum videtur, ve fuerit, quod dictum mox est minutorum 31. secundorum 16.

Ecce quid de eadem Eclipsi memoratus Galterius Rocafulij Prior Aquis Sextiis observarit quodque mecum per literas communicârit,

Observatio deliquij Solaris Die 12. Augusti 1654. Aquis-Sextiis facta ab Honorato Galterio.

	Obscuratio Solis			Recuperatio luminis			
Digiti	Altitudo ⊙ gr. min.	V. gr. min.	Tempora hor. min. sec.	Digiti	Altitudo ⊙ gr. min.	V. gr. min.	Tempora hor. min. sec.
Imi ü.	35. 30	54. 57.	3 19. 12.	7.	49. 7.	34. 27.	2. 18.
.	36. 25.	53. 39.	3. 34. 9.		50. 20.	32. 15.	2. 9. 10.
$\frac{1}{2}$				6.	51. 10.	30. 58.	2. 4.
2.					52. 2.	29. 15.	1. 57.
$\frac{1}{2}$.				5.	52. 26.	27. 27.	1. 49. 6.
3.	38. 35.	50 32.	3. 22. 2.		53. 12.	27. 21.	1. 49. 2.
$\frac{1}{2}$.	39 45.	48. 50.	3. 15. 5.	4.	53. 50.	26. 8.	1. 44.
4.	41. 10.	46. 46.	3. 7.		54. 21.	25. 9.	1. 40.

Obscuratio

M. Pc. 21v. Parisiis, Ianuario.

Obscuratio Solis				Recuperatio lumiois			
	Altitudo ☉	V.	Tempora		Altitudo ☉	V.	Tempora
Digiti	gr. min.	gr. min.	hor. min. sec.	Digiti	gr. min.	gr. min.	hor. min. sec.
11/12				3.	54. 31.	24. 1.	1. 36. 1.
5.	41. 35.	46. 8.	3. 4. 8.		55. 20.	23. 9.	3. 32. 9.
11/12	42. 35.	44 40.	2. 58. 10.	2.	55. 35.	22. 42.	1. 30. 12.
6.	43. 6.	43. 55.	2. 55 8.		55. 58.	21. 50.	1. 27. 5.
1/12				1.	56. 18.	22. 14.	1. 25.
7.	45. 55.	40. 6.	2. 40. 6.		57.	19. 31.	1. 18.
11/12	47. 14.	37. 30.	1. 30.	Finis.	57. 20.	18. 45.	1. 15
8.	48. 10.	36. 1.	2. 24. 1.				

Initium hor. 8. min. 10. Medium hor. 9. min. 36. Finis hor. 10. min. 45. tota Dotatio hor. 2. min. 25.

Eclipsis Lunæ obseruata Menilij Habertini Ssn-Dionysiani, cuius siros aotè descriptus (nisi quòd est potiùs Parisiis ad occasum Æquinoctialem) ac in eodem illustri Moo-Morij Castro, an. 1654. Die Augusti 27. post meridiem.

Fuerat toto die aër nubilosus, ac pluuius, flante Africo; sub horam octauam facta aliqua spes Lunæ interuidendæ. Videlicet crassiores nubes cœpere nonnihil interhiscere; tametsi serenitas pura nusquam toto Cælo affulsit. Ac nulla quidem eiusmodi per totum deinceps deliquium est visa; sed quia tamen, dum crassæ nubes coospicuam Lunam relinquerent, quæ nubila supererant, erant plerumque satis reuia, vt præteruideri, ac diiudicari forma eius posset; idcò nisi ex omni, at aliqua saltem ea parte esse beatis licuit.

Etenim nullæ quidem Fixæ conspici prætet nubila, quæ dixi tenuia, potuerunt (nisi qoòd sub finem Capella commodum, satisque constanter transluait, & Lucida ♈ illicò post finem comparuit) at ♐ tamen præ sua granditate, satis habuit virium, vt radiis suis ea nubila perrumperet, & nunc parciùs, nunc pleniùs, se conspiciundum exhiberet, cùm, vt Lunæ ascensum prope meridianum minùs sensibilem suppleret, fuit opus. Quare & quoties licuit, eios altitudinem sum venatus, donec eius quoque propioris meridiano facti vices subire Capella potuit.

Quæ tempora ex Lunæ altitudinibos deduxi, suppooont eam fuisse sub medium Eclipseos io 4. grad. 31. min. ♌ (quemadmodum Sol fuit io 4. grad. 31. min. ♍) cum latitudine Borea 0. grad. 43. min. vnde & deducta eius Ascensio Recta fuit 335. grad. 42. min. cum declinatione Austrina 9. grad. 23. min. ac pari modo, parique proportione per momenta cætera durationis. Supponunt quoque fuisse visam Luoæ diametrum 0. grad. 34. min. dimidium scilicet illiua detrahendum fuit ea altitudine, quæ accepta semper penes partem limbi Lunaris supremam fuit. Sobducta etiam fuit refractio noo magna: cùm & vicissim fuerit addita vnius ptoximè gradus parallaxis.

Circa Stellas, fuit ♐ suppositos esse lo 20. grad. 15. mio. ♌ cum latitudine Austrina 1. gr. 33. min. vode dedocta Ascensio eios recta 351 grad. 15. m. cum declinatione itidem Austrioa 5. gr. 18. m. Et calculus qoidem ex ♐ duo ferè minuta mioùs, quàm aut Fixæ, aut ipsa quoque interdum Lona exhibet; sed cùm sit ipsi magis, quam Lunæ ob calculi ambages pauciores fidendum, tum videtur Fixis, magis quàm ipsi, ob notiorem locum. Ex Fiais potrò suppositi Capellæ Ascensionem rectam 72. grad. 48. min. & declinationem Boream 43. grad. 39. min. Lucidæ verò ♈ Ascensionem rectam 26. grad. 57. min. declinationem itidem Boream 21. grad. 49. mio.

Quo apparatu Telescopij, Eclipticarum Phaseon, Quadrantis, &c. ad Eclipseis Lunæ obseruandas comparare me soleam, dictum alibi. Exhibeo autem heic pro more vno prospectu totam seriem tum obseruationis tum deductorum temporum, & obseruationis quidem quatenus eam licuit per oobium pertinaciam, qui cum non sine patieotia, diligentiaque luctandum fuit, peragere. Quanqoam verò tam inirium, quàm finem prætercurrentes nubes ex crassioribus præripueruot; momenta tameo antecedentia, consequentiáque sic sum venatus, vt in vtriusque designatione vix vno, alterove miouto aberratum potem. Vtcumque sit, rem ipsam ecce,

M. DC. LIV *Parisijs, Ianuario.*

Eclipseos Phases	Mr. ☾ secundū superiorē limbum.	Tempora inde elicita	Altitudo ☽	Tempora inde elicita
Digiti	gr. min	hor. m.	gr. min	hor. min
Vmbrescebat iā limbus	24. 46.	9. 48.		
adhuc magis	25. 5.	9. 51.		
adhuc magis	25. 30	9. 56.	22. 36.	9. 54 1/2
adhuc magis	26. 0.	10. 2.		
Initium iam præteritum	26. 30.	10. 8.		
0 1/2. fere.	26. 41.	10. 10.		
0 1/2	27. 5.	10 15.	24. 45.	10. 12
amplius.	27. 10	10. 16.	25. 0.	10. 14.
1.			25. 10.	10. 16.
ampliùs.			26 0.	0 22.
1 1/2.			26. 25.	10. 26.
iterùm.			26. 35.	10. 27 1/2.
2.			27. 10.	10. 34.
amplius.	28. 55.	10. 42.		
2 1/2.	29. 15.	10. 48.		
iterùm.			29. 15.	10. 52 1/2.
minùs.			29. 38.	10. 56 1/2.
2.			30. 0.	11. 0.
minus.			30. 40.	11. 7 1/2.
2 1/2.			31. 0.	11 11.
iterùm			31. 10.	11. 13.
3.			31. 35.	11. 18
minùs.				
0 1/2.				
iterùm.				
fere Finis				
Finis iam elapsus.				
Lumbus perpicuè visus.				
Penumbra adhuc densa			33. 5.	11. 38.

Cœpit Eclipsis in hoc circitet ad horizontem positu

Desiit autem Eclipsis in hoc

Capeliæ altitudo grad. min.	Tempora inde elicita hor. min.
24. 0.	11. 20.
24. 30.	11. 24.
24. 50.	11. 26 11/12.
25 5.	11. 28 1/2.
25. 15.	11. 32.
25. 25.	11. 35 1/2.
Lucidæ ♈ 37. 50.	11. 38.

Etsi vt prænoui momentum initij (seu visi primùm Telescopio temerati limbi) captare ob crassiores nubeis tum Lunæ obducta non licuit; quoniam id tamen contigit inter 2. & 8. minuta post horam 10. idcircò per-parùm à veto abluderut, si referatur initium ad hor. 10. min. 5. Et quamuis etiam momentum Finis seu visi primùm Telescopio restituti limbi, adoo tare ob causam similem licitum non fuit; quia nihilominus id euenit inter minuta 32. & 35 1/2. post horam 11. eaproptet aut nihil, aut parum omninò abertabitur, si finis refetatur ad hor. 11. min. 34. aut fortè etiam 35. adeò malignè scilicet statim pòst detectus est limbus.

Hac proinde tatione fuerit tota Eclipseos dutatio hor. 1. min. 29. seu 30. dimidium hor. 0. min. 45. ac medium adeò contigit hora 10. min. 50. cùm defectus maximus foret digitorum 2 1/2.

Prætereo defectum citra Telescopium, sine nudo visu, digitorum saltem trium apparuisse.

Prætereo & tam nudo visu, quam Telescopio Terrenæ vmbræ arcum visum fuisse portionem circuli, qui non foret prorsus diametri ad Lunarem duplæ. De his nempe, & pluribus aliàs.

MENSE

MENSE OCTOBRI, Die 7. Manè, horæ semiquadrante ante natam auroram visa est coniunctio ☾ & ♃ in eadem recta cum Borealiore duarum, quæ in recta linea cum dorso, & inguine ♌ ac distantia cornu Borei, vicinique ☾ à ♃ paulò maiore, fortè quæ primæ occurrunt ad Boream semiquadrante gradus, quàm appareret distantia inter extremas Balthei Orionis.

M. DC. LV.

Eclipsis Solis, Saturni rotundi forma, & Coniunctio Lunæ cum illo, &c.

ANNO 1655. Parisiis Mense Februario, Die 6. Eclipsis Solis frustra fuit omnis apparatus; semel enim ac in transcursum transeuntem per hiatulum nubium interuidere ☉ licuit, ac obseruare eius defectum duorum circiter digitorum ex parte Orientis, neque potuit esse satis temporis vt trans Telescopium transmitteret in circulum oppositum radios; conuertere solùm statim licuit Quadrantem ad splendorem hiatuli ex Solis transitu superstitem, ac obseruare ipsius altitudinem graduum $16\frac{1}{2}$. vndè fuisse iam elapsam horam sesquisecundam. Accipio ecce quid memoratus antè Rocafulij Prior Aquis-Sextiis obseruarit,

Eclipsis Solis Aquis-Sextiis obseruata Die 6. Februarij 1655. ad eleuationem Poli 43. grad. 32. min. ab Honorato Galterio.

Digiti	Altitudo ☉ grad. min.	V. grad. min.	Tempora hora min.
Initiũ	27. 30.	22. 33.	1. 30.
$\frac{1}{2}$.	27. 20.	23. 6.	1. 32.
1.	27. 5.	23. 51.	1. 35.
$\frac{1}{2}$.	26. 30.	27. 33.	1. 50.
2.	25. 38.	28. 4.	1. 52.
$\frac{1}{2}$.	24. 50.	30. 11.	2. 1.
3.	24. 30.	30. 54.	2. 4.
$\frac{1}{2}$.	23. 38.	33. 15.	2. 13.
4.	22. 35.	35. 38.	2. 22.

MENSE IVNIO, Die 27. Vespere, Telescopio Galileano Saturnus visus proinde modum est huiusce modi, nisi quod ansulæ minores erant.

DIE 29. Saturni dextra ansula visa est adhuc minor, & propinquior, sicuti & Die sequentis Mensis Iulij quinta.

Cum

Cùm Auctor ſub Auguſti medium ad Octobris finem extremo laborarit morbo, nec potis abſolaere quæ in votis habuerat (uberiùs ſcilicet de mutationibus iſtis Saturninis ratiocinari, & Poſteris ſuo Amanuenſi præceperit vt ſub finem Octobris aut Nouembris initiam ad Saturnum manè attenderet illiuſve obſeruationem his adiungeret poſteris quodammodo vt gratificaretur, ipſam qualem extorſerit qualem-ve peregerit, non ipſemet anno Patroni ob obitum) taſperata-ve negotia, verùm ſequenti, ecce, Anno M. DC. LVI. Menſe Ianuario, Die 16. hor. II. min. 10. Veſperi Pariſius Saturnus rotandus apparuit ſine Satellitibus Clariſſimo Viro Iſmaeli Bullialdo, quemadmodum etiam ſolitarius deprehenſus fuit ab ipſemet Amanuenſi Menſibus Februario ac Iunio Teleſcopio matore Dygbeano videlicet, & minore Galileano, Pariſius in ædibus illuſtris Mommory, Libellorum Supplicum Regij Magiſtri.



FINIS.

APPENDIX

APPENDIX.

Obſeruationes variis in locis habitæ circa Cometam, qui anno 1652. fine Decembris, & 1653. initio Ianuarij apparuit.

MENSE DECEMBRI, Die 18. Aquis-Sextiis, Honoratus Galterius Rocafulij Prior detexit primus Cometam paulò ſupra Stellas Columbæ infra Orionem. Magnitudinem eius comparauit Quadræ menſali. Caudam verſus ortum directam eſſe cenſuit longitud. 7. pedum circiter, adiecitque fuiſſe valdè nebuloſam. Ex literis 3. Ianuarij datis

Adiecit fuiſſe horam Veſpertinam 10. vti & fuit eadem, qua adnotauit memoranda ſequentibus diebus. Non credere ſe potuiſſe videri Cometam die ſuperiore, qua in multam noctem ad Lunam attenderat, neque quicquam tale oculos euocârat; fuiſſe illi metidianam altitudinem graduum 10. aut 12. præter-propter. Non potuiſſe ſe vti Radio ad emetiendum eius locum ob ſitum domus incommodum; ſed & hoc Veſpere & ſequentibus loca Cometæ obſeruaſſe comparata ad Stellas vicinas, ac provt in globo Tychonico repræſentantur. Cùm ſemper reputauerit motum diurnum à Die 19. in 20. fuiſſe 11. graduum; diurnum ab hac 18. in 19. exſtitiſſe multò maiorem.

Poſterioribus literis ſcripſit Cometam fuiſſe ſupra Borealiorem duarum Columbæ deflectendo in ortum ac tanta diſtantia quanta ipſæ Stellæ inter ſe ſunt. Habuiſſe ſe diametrum Capitis Cometæ quantam eſt Lunæ Plenæ; fuiſſe id exquiſitè rotundum, & partem eius occidentalem fuiſſe quaſi primus Lunæ quadrans. Clarius aliunde (candidius, planiuſque, opinor, voluit dicere) quàm ipſæ Stellæ. Caudam obuerſam fuiſſe Stellæ Eridani, omnium maximè Orientali intelligo in eadem linea cum Capite: nam alioquin Cauda à Capite verſus ortum contendit longitudinem eius fuiſſe, quanta eſt diſtantia inter armum, & poplitem Leporis, hoc eſt trium circiter graduum.

Aliis literis recepit ſe meliùs, attentiuſque reſpectaturum in Stellas Columbæ; ſuſpicari enim ſe iuxta meam admonitus earum ſitum in globo non bene ſe habere, ac fieri poſſe, vt Conſtellatio & Borealior, & alio modo diſpoſita ſit, quàm in illo repræſentatur. Cometæ Caput Teleſcopio fuiſſe deprehenſum rotundum, ſecus, quàm nudo viſu. Nihil reſpondit an quidam quaſi nucleus in medio diſco videretur; ſed, vt conſtaret tum quod ſcripſerat de prima quaſi Lunæ quadra, tum qui ſe haberet Caput reliquum, tum ipſa quoque Cauda, hocce iconiſmo rem repræſentauit adiecitque Meniſcum illum ABCD fuiſſe illam Capitis partem, quæ eſſet lucidior, quàm Luna niſi quod lux ſenſim obfuſcabatur verſus D hinceque à D vſque ad E fuiſſe colorem, quaſi griſeum, fuſcumve ſatis clarum; ab E autem vſque ad F fuiſſe obſcuriorem, & aliquatenus fubeſcentem Caudam ad latera extrema AG, CH fuiſſe clariorem quàm ad medium (ſiue ad axem) dixetat etiam ſuperioribus literis fuiſſe eam rubotis obſcuri, & qualis eſt ferri cùm refrigeſcere incipit (puta cùm incanduerit)



Adiecit Caudam ita fuiſſe exporrectam in ortum, vt terminaretur ad eandem altitudinem cum Stella illa Eridani, de qua ſuperioribus literis: id videlicet innuere voluiſſe.

DIE 19. Aquis-Sextiis, Galterio fuit Cometa proximè Caput (Stellam opinor, quæ in Capite) & Auſtralior quidem vno gradu, pertranſiturus illi ad ortum, & ad vnum quidem circiter gradum, iuxta literas poſteriores.

Arauſione, Samuel Sorberius Doctor Medicus, & Gymnaſiarcha detexit primùm Cometam intra Caput Lepotis, ſub maxilla. Non adſcripſit aliud & ne horam quidem, quam coniector tamen fuiſſe circiter veſpert. vti & in dies inſequentreis; quibus definiit etiam loca ex comparatione cum globo inſtituta. Ex literis vltima Decembri datis.

Bononiæ in Italia, Patres Societatis IESV, ac imprimis P. Ricciolus, vt accipio ex literis quas ad me dedit P. Bertetus Lugduni Theologus, qui & miſit exſcriptum Theſeon circa

M. Pc. 111. *Dinie, Decembri.*

hunc Cometam Bononiæ defensarum, detexate primùm obseruauerèque Phænomenon. Præmittitur in illis visum etiam Romæ, Florentiæ, Mediolani, Ferrariæ, Mutinæ, Mantuæ, Genuæ, Rhegij. Ac demum ita subiicitur, Die 19. Decembri anni 1652. triduo ferè ante Brumam, obuertis in plagam Australem oculis bora prope 5. post occasum Solis, apparuit nobis prægrande, & comarum Sidus paulò infra Lucidam illam 3. magnitudinis Stellam, quæ sita est in armo dextro Leporis, malignissimo albore, ac Saturnino liuore (an timida potiùs, ac leporina radiatione) sublucens. Eius Caput Lunari ferè disco æquale, hoc est 25. circiter minutorum existimabamus; in cuius medio tullio nucleus quidam fortioris lucis conspicuus emicuit. Cauda eius in partem à Sole iamdudum occasu auersam, modicè inflexa sursum versus, & ad orientem quinque, aut plus diametros Cometici Capitis sua longitudine exæquabat. Heine versus Borealem plagam, ad Lucidam 3. magnitudinis, quæ in femore Cassiopeiæ est sum direxit.

Propositio 2. sic habet. Si Cometa hic ab initio sui exortus analogiam motus quoad speciem, & quantitatem seruauit, quam postea, non potuit in horizonte nostro videri ante diem 17. Decembris proximè elapsi. Nam prima die obseruationis, nempe 19. ad 2. diurnus ipsius motus non fuit minor gr. 12. primò autem est visus paulò infra Lucidam armi sinistri Leporis, quæ in sua maxima altitudine non eleuatur ab horizonte Bononiensi plusquam gradibus 22. at computatis omnibus, quæ in prædicta analogia concluduntur, debuit antè duos præcedentes dies esse in transitu meridiani infra prædictam Stellam per gradus plusquam 24. adeóque asse infra horizontem nostrum. Adstipulatur huic Thesi consensus aliorum obseruatorum, ex quorum literis habemus neminem, quamuis præcedente multorum dierum serenitate conspexisse hoc Phænomenon ante diem 19. Decembris.

Cùm porro in his Thesibus numerentur horæ ab occasu Solis, ex clariores intellectus gratiâ referendæ sunt ad horas à meridie. Et quia latitudo Bononiæ debet esse 43. gr. 49. min. proxima nempe, & quasi media inter Dinensem & Aquis-Sext. ideireò assumi potest arcus semidiurnus, seu bora occasus ☉ per dies Brumæ hor 4. min. 21. Die 31. Decembris & prima Ianuarij hor. 4. m. 22. Die autem 3. Ianuarij hor. 4. m. 23 Et cùm differentia temporaria Meridianorum sit iuxta Clauium (conferendo Bononiam cum Massilia, &c. quæ ille, & Massiliam cum Dinia ex propriis obseruationibus) est minut. 25. iuxta Bullialdum minut. 16. eapropter parriendo hanc quasi differentiam assumi possunt min. 21. atque id quidem respectu Diniæ. Respectu verò Aquarum Sextiarum quæ ex Clauio differentia est (habendo Massiliam & Aquas-Sextias pro eodem) est min. 28. & iuxta Bullialdum min. 19. ideò potest assumi differentia minut. 24. Hoc itaque modo reductione temporis facta, pro hac & sequentibus diebus, ita attexi tempori poterit quæ series longitudinum, latitudinumque Cometæ in fine Theseon apponitur. Die 19. hor. ab occasu ☉ 4. min. 30. hoc est à meridie hor. 8. min. 51. vel nostra 8. min. 27. fuit Cometæ Longitudo 14. grad. 0. min. ♊ Latitudo 42. grad. 0. min. A.

D 1 a 20. Aquis-Sextiis Galterio interceptus fuit Cometa duabus Stellis Eridani, quæ sequuntur versus occasum paruulam illam quæ est proximè Rigel. Dicere eas voluit, quas Tycho sequentem, & præcedentem habet.

Arausione Sorberio fuit Cometa inter Stellas 3. & 4. Eridani. Sed dicere nempe eadem voluit.

Bononiæ, ex iisdem Thesibus. Die 20. hor. $3\frac{1}{4}$. post occasum Solis, visum, est nobis Cometæ Caput in recta linea ex Lucido Orionis humero ducta per prima Eridani supra Calcaneum Orionis; & æquè distare à Rigel quantum Rigel ab eadem prima Eridani: Cauda interim ipsius occultante nobis tertiam Eridani iub Orionis planta collocatam. Sed non acquiescentes oculari huic rudimento, ope sextantis vidimus centrum Capitis Cometici distans ab Orionis humero præcedente grad. 15. min. 17. ab humero autem sequente 20. grad. 10. min. Sed bor. $5\frac{1}{4}$. post occasum Solis adeò promouerat, vt esset iam in recta linea ducta ex media cinguli Orionis & prædictam primam Eridani. Demùm hor. $6\frac{1}{2}$. Meridianum attingens visum est in alia recta linea per prædictam primam Eridani, mediumque inter Australiores cinguli Orionis ctaducta. Qua vtraque obseruandi methodo adiunctis altitudinibus tum Fixarum ad eruendum tempus idoneatum, tum ipsius Cometæ reliquæ obseruationes peractæ sunt.

Ab occasu ☉		A meridie		Aquis-Sextiis		Longitudo		Latitudo	
hor.	min.	hor.	min.	hor.	min.	grad.	min.	grad.	min.
3.	34.	7.	55.	7.	31.	8.	25. ♊	30.	25. A



« Cometa
A Orionis pes, Rigel
B Tertia Eridani
C Cinculum Orionis
V Z Æquatoris portio

D 1 a 21. Aquis-Sextiis Galterio fuit Cometa prope Stellas Clypei Orionis versus occasum. Constituit autem Triangulum æquilatetum cum duabus illis inter se distantioribus.

Dicere

Dicere voluit 7.& 8. in Catalogo Tychonis. Posterioribus literis, agnouit, dimetiendo locum in globo notatum fuisse Triangulum Isosceles puntiùs, quàm æquilaterum. M. DC. LII. Decembri:

Aranſione Sorberio fuit Cometa ad latus Clypei Orionis constituens Triangulum æquilaterum cum 2.& 3. Stellis illius. Sed dicere nempe eâdem 8.& 7. voluit.

Parisiis Becbetus in Collegio Graſſinorum, ex literis Bullialdi de quibus die ſequente vidit Cometam extra Clypeum Orionis ad occidentem, conſtatuentemque Triangulum Isoſceles cum humero,& pede ſiniſtris Orionis.

Bononiæ, ex iiſdem Theſibus, Die 21. quantum ex præcedenti, & ſubſequenti motu conijcere licuit 5. circiter hora antè occaſum Sulis, peruenit ad Æquatorem, hora autem 6. poſt occaſum, tranſgreſſa æquatorem toto Orionis ſcuto fuit in recta linea cum duabus lucidis vtriuſque humeri Orionis.

Ab occaſu ☉		A meridie.		Aquis Sextiis		Longitudo		Latitudo	
hor.	min.	hor.	min.	hor.	min.	grad.	min.	grad.	min.
2.	40.	6.	51.	6.	27.	3.	48. ♊	19.	4. A.
5.	32.	9.	53.	9.	29.	3.	25. ♊	18.	2. A.

β Cometa
D Humerus præcedens Orionis.
E Humerus ſequens Orionis
V Z Æquatoris portio

D 12 22. Diniæ, vidi ipſe Cometam primùm. Hora inter 6.& 7. Veſpertinam fuit. Specie ipſa,& nudo viſu, nihil aliud apparebat Cometa, quàm albor quidam ſub-pallidus, & fuſcus; niſi quòd ſub medium apparuit quaſi nucleus denſior, nonnihilque candidior, qui haberi potuit quaſi Stella, ſeu Caput Cometæ. Diameter huius Capitis habita fuit paulò maior quàm Diameter Aldebaræ, trium circiter, aut 4. minutorum. Id tamen indiſcretè terminabatur, ſed abibat confusè in tenuiorem ſubfuſcumque alborem, qui haberi potuit quaſi Capillitium Capillitium hoc nucleo comptehenſo viſus eſt diametro, quaſi Bes, aut dodrans diametri Lunaris. Erat tamen penè interminatum, ac in tenuitatem imperceptibilem deſinens. Non fuit vero rotunda ſpecie, ſed aliquanto protenſius verſus Orium, potuitque hæc protenſio huiuſmodi non quaſi Cauda, ſed quaſi barba, eaque non in mucronem abiens; ſed apicem obtuſiorem. Diameter tranſiens per hunc apicem videbatur aliquanto maior Lunari; ſed ita tamen confusè ad ſummum,& ad latera deſinens, vt quà deſineret non conſtaret,& directè præſertim, attentéque ſpectanti. Quippe cùm obliquè & paulò negligentiùs ſpectaretur, albor apparebat,& ad latera præſertim diffuſior. Teleſcopio interior nucleus, ſeu Stella & Caput Cometæ ſuperficie quaſi plana, eaque perfectè polita apparuit; non candeſcente, aut ſcintillante quidem vllo modo, ſed non omninò tamen pallida, aut fuſca; ac videbatur quidem leuiter diſcriminari à Capillitio; ſed ſatis confusè nihilominus maximéque ex parte barbæ.

Non habui tunc Radium, aliudve organum ad manum; quippe eo Veſpere duntaxat Phenomeni admonitus; quare vſurpare volui filum, ad intercipiendum Cometam aliquot cum Stellis Fixis decuſſationibus (Mæſtlini videlicet inſtar) ſed ob debilitatem iam viſum, ne chorduła quidem ſatis craſſa eſſe mihi viſui potuit. Aſſumpſi ergo Regulam nuceam ſatis longam, & craſſam, quam variè in binas Stellas Cometamque collinearem. Hacque ratione fuere mihi proximè in eadem recta linea

Siniſtet humerus Orionis, Cometa, & Pectus ♉. Hæſi poſteà cùm ex Xyſto exſcendiſſem, an non accepiſſem humerum ſiniſtrum Orionis pro dextro. Et cùm iterum conſcendiſſem, vt rem exploratem, tota orientis facies obuelata nubibus fuit, quæ paulò antè videbamur ſatis humiles ſuper horizontem conſiſtere. Constantior tamen fuit ſententia, quod extiſtiſſet humerus ſiniſter.

Humerus dexter Erichthonij, Aldebaran, & Cometa; Pollux, Prior Pedis antecedentis ♊; & Cometa. Niſi quod Stella Pedis ♊ videbatur remanere inſenſibiliter orientalior, atque adeò etiam Auſtraliot, Caſtor, extremum cornu Auſtrinum ♉ & Cometa. Niſi quod extrema cornu videbatur tantillum orientaliot Auſtraliorque remanere. Hæſi & poſteà an non potiùs Boreali or, & occidentalior, neque explorare rem licuit; Capella, medium interſtitium Hædorum, niſi quod linea tranſiit potiùs ea parte ſequentis, quàm ea parte præcedentis, & Cometa.

Aquis Sextiis Galterio fuit Cometa in Femore ſiniſtro ♉ ac in ipſo meridiano Ecliptiæ (dicere volui circulum, qui in globo diſcernit ♉, ac ♊) diſtans duobus gradibus à genu ſiniſtro, & ſex gradibus ab Aldebaran, partim ex iiſdem lucris, partim ex datis poſterioribus.

Aranſione Sorberio fuit Cometa in femore Tauri ſupra meridianum Ecliptiæ. Sed dicere ſiempe idem voluit.

Pariſiis, vidit etiá primùm hoc Veſpere Bullialdus Cometá à memorato Becheto admonitus hor. 7. fuit, cùm illû deprehendit nônihil ſub linea ducta à ſuffragine dextra ingeno dextrû ♉, & quaſi in recto angulo ad ♉ Hyadum in naribus, & genam dextram ♉, ſorte geniu dexterum, Viſus illi fuit coloris & luminis ſubluuidi & alboris nô clari. Viſus eſt hoc veſpere repræſentate coloré plurimum partiû viæ lacteæ. Vidit Teleſcopio inter parteis tenuiores luminis exeuntis è medio (cuius materia & viſa eſt condenſior) quandá Stellulá; vnde & 1. ſpecie coniecit fore

M. DC. LII. *Diniæ, Decembri.*

hoc corpus nouum compaginem quandam partium ætherearum ; sed paulò pòst non vidit ampliùs Stellulâ, & sub hor 7 ½. nubes, pluuiâque superueniſſe, ex literis datis Die 27. Decemb. quibus & datis 3. Ianuarij ante meas primas acceptas, non Cometa, sed nouum Astrum dixir.

Bononiæ, ex iiſdem Theſibus, Die 22. progreſſus Cometes verſus Boream tam hora ... ½. noctis, quàm 6. & ½. erat adhuc infra Hyadas ad orientem relictas, &c.

Ab occaſu ☉		A meridie		Diniæ		Longitudo		Latitudo	
hor.	min.	hor.	min.	hor.	min.	grad.	min.	grad.	min.
2.	4.	6.	25.	6.	4.	1.	4	11.	7.
6.	28.	10.	49.	10.	28.	0.	35. ♊	9.	10. ♌



Die 23. Diniæ, Volui quidem Manè ad Cometam attendere, ſed perſeuerantes à ſuperiore Veſpere nubes, attenuatæ licet, videre ipſum non permiſerunt. Veſpere itaque ſub horam 7. Cælo ſerenato, Cometæ ſpecies qualis die ſuperiore apparuit, niſi quod viſus eſt, ſed inſenſibiliter imminutior. Productio illa quaſi barbæ videbatur eſſe nonnihil dilatatior, ſed albore tamen penitus confuſo, ac interminato ; adeò vt appareret quidem eodem verſum exportigi, ſed quonam tamen, non ſatis præciſè. Vtcumque definire licuit, viſa eſt tendere verſus Oculum Boreum ♉.

Quæſitum miſeram, ac pataueram Radium, vt illius diſtantiam à certis Fixis acciperem: verùm Cometæ albor tam fuit tenuis (quippe non magnopere excedens parteis candidiores viæ lacteæ, aut nebuloſum gyrum Cancti) ac fuit mihi aliunde ea viſus imbecillitas, vt collineanti per pinnacidia oculo penitus euaneſceret, & maximè quia inetuidendis pinnacidiis tantilla lucula opus erat, qua ex pinnacidiis reflexa affectus oculus diſcernere omnino alborem non potuit. Quinetiam idem contigit quod ſuperiore Veſpere circa filum, & chordulam, vnde & Regula fuit reſumenda. Vtenti ipſa igitur fuere in eadem proximè linea.

Lucida Pleiadum, Cometa, & Prima Hyadum, quæ in natibus, Lucida ♈ Cometa, & Aldebaran. Lucida mandibulæ Ceti, Tertia in ſectione ♉ & Cometa; Cometa & tres Stellæ Baltei Orionis ſed duæ Borealiores præſertim.

Aquis Sextiis Galterio fuit promotus Cometa verſus Pleiadas, ad vnum vſque gradum prope Eclipticam. Et literis poſteriotibus diſtitit 7 ½. gradibus ab Aldebaran, & 6 ½. ab angulo orientali Pleiadum.

Arauſione Sorberio fuit Cometa in maxilla ♉ conſtituens Triangulum æqualaterum cum Oculo Boreo ♉, & Stellæ quæ ad nareis. Dicere voluit primam Hyadum, quæ in natibus.

Lugduni Fr. B. primùm vidit Cometam. Erat hor. 11 ½. Veſpertina. Fuit illi inter Pleiadas, & Aldebaran ; ſed ita vt Triangulum conſtituerat penè æqualaterum cum duabus Stellis, quæ ſunt vna ad maxillam ſiniſtram, & altera tendente verſus Pleiadas. Viderur eaſdem Stellas cum Sorberio intellexiſſe. Viſus eſt illi eſſe vno gradu infra Eclipticam, ſeu ad Auſtrum, & eſſe in grad. 27. min. 45. ♉, intellige in globo, cuius eriam ſola comparatione vſus eſt.

Pariſiis Cælum obductum.

Bononiæ, ex iiſdem Theſibus, Die 23. hora quidem prima poſt occubitum Solis apparuit in recta linea ab occidentaliſſima Pleiadum ad occidentaliſſimam Hyadum in ♉ natibus coruſcantem : adhuc tamen vltra Eclipticam paulò pluſquam duobus minutis Auſtralior adeò vt ſub horam 7. in ipſamet Ecliptica fuerit.

Ab occaſu ☉		A meridie		Diniæ		Longitudo		Latitudo	
hor.	min.	hor.	min.	hor.	min.	grad.	min.	grad.	min.
1.	3.	5.	24.	5.	13.	28.	30.	1.	21.
2.	30.	6.	51.	6.	30.	28.	20. ♉	0.	43. ♌
6.	31.	6.	30.	10.	31.	28.	6.	0.	44.



Die 24. Diniæ, adſui manè obſeruaturus inter 2. & 3. horas. Tentare iterùm Radio volui ſi quam poſſem diſtantiam aliquarum Fixarum à Cometa accipere, ſed irritus labor. Præſumpſeram fore, vt lucula (poſtico faueret, ſed ea potiùs obfuit, quatenus lucula Cometæ facta eſt exinde extenuatior. Obſtinatò tamen inſtiti ; & vtcumque collineanti per pinnacidia lucula Cometæ euaneſceret, pinnacidia præter propter qua erat Cometæ direxi ; viſuſque eſt mihi Cometa,

Diſtare

L. 85

Distare ab { Aldebaran 1730—1200. hoc est 8.grad. 26.min.
Extremum cornu Buteum ♉ 2125—1420. hoc ast 20.grad.5.min.

v. Dec. 1 5 1. Diuia, Decembri.

Verum id coniectando magis,quàm discrtè alborem videndo.

Cùm nubes interea variè spargerentur, assumpsi Regulum; & raptim solùm visus sum videre proximè in eadem linea,

Lucidam Pleiadum, Cometam, & Borealem triumBaltbei Orionis,

Humerum dexterum Orionis mediam inter primá Hyadum & oculum Boreum ♉,& Cometam. Hæsi tamen posteà an humerus dexter pro sinistro acceptus neque approbare licuit: Non licuit etiam denuò explorare, quod visum fuerat, quod videbar mihi vidisse in eadem linea Canem maiorem, Australem trium Baltbei Orionis & Cometam.

Vespere autem, sub hor.7. discussis ad exortum nubibus, species Cometæ eadem adhuc, sed extenuatior perseuerauit, productióque illa quasi barbæ adeò fuit confusa interminata, debilis,vt discerni satis discrtè, quo directè vergeret non potuerit. Præter propter tamen visa est tendere non præcisè in extremum cornu Australem ♉, sed nonnihil ipsi ad Boream,hoc ast versus alterum & extremum cornu Boreum ♉.

Dimisso Radio & assumpta Regula fuere in eadem proximè linea.

Lucida Pleiadum (quibus Cometa satis vicinus erat) ipse Cometa, & lucida Pedis ♊.

Sinister humerus Orionis,Aldebaran, & Cometa

Pollux, extremum cornu Boreum ♉, & Cometa

Cometa, Pectus ♉, & suffrago dextra ♉.

Aquis-Sextiis, Galterio fuit Cometa propè Pleiadas, ex parte ortus distans ab illis vno gradu, & supra Tropicum, dicere opinor voluit in Tropico ipso. Posterioribus literis, distitit ab orientalissima Pleiadum vno gradu, visusque est velle ipsi transire ad ortum.

Arausione, Sorbetio fuit ad latus Pleiadum, supra Tropicum (vel, opinor in Tropico) Cancri.

Parisiis Cælum obductum, Lugduni consimiliter.

Bononiæ, ex iisdem Thesibus. Die 24. hor.t$\frac{1}{4}$. post Solis occasum sic reliquit ad occidentem Pleiadas, vt inferiore limbo Capitis pertigerit rectam lineam ductam per occidentalissimam,& orientalissimam ipsarum Pleiadum,& ab eadem orientalissima tantum distitit,quanta est longitudo Pleiadum, aut vix paulò plus. Reliquæ, quæ hac nocte pro parallaxi discernenda inferiùs exponemus.

Ab occasu ☉ hor.	min.	A meridie hor.	min.	Diniæ hor.	min.	Longitudo grad.	min.	Latitudo grad.	min.
t.	27.	5.	48.	5.	27.	27.	18.	2.	42.
3.	10.	7.	31.	7.	10.	27.	14. ♉	2.	53. B.
9.	2.	13.	23.	13.	2.	26.	56.	3.	48.

E Cometa
I Pleiadum orientalissima
K Pleiadum occidentalissima
S T Ecliptiæ portio
λ μ Parallaxis de qua proposit.7.



D t a 25. Diniæ Cælum obductum,& sub Vesperam etiam totaque nocte pluuium, quin ninxit etiam leuiter.

Aquis-Sextiis, Galterio fuit Cometa sub Calcaneo Persei distans ab eo duobus circiter gradibus. Posterioribus literis, fuit Australior Calcaneo Persei vno gradu, visua velle ipsum contegere, aut transire ipsi nonnihil ad occasum.

Arausione, Sorberio fuit Cometa in collo ♉,constituens Triangulum Isosceles cum duabus Stellis Pedis (supple sinistri) Persei.

Parisiis Bullialdo fuere in eadem recta linea Septentrionalior Pedis Persei, nouum Sidus, & lucida Pleiadum, idque Oculo ♉ alto 32.grad. 18.min. & alto sinistro Pede Orionis 13.grad. 42.min. Fuere in eadem recta linea eadem Pedis Persei, noua Stella, & angulus occiduus Pleiadum. Posteà explicatiùs. sic

Alio Aldebaran 32.grad. 18.min. hoc est hor.6.min.33. erant in eadem recta linea Stella,quæ in sinistro Calcaneo Persei, noua Stella, & lucida Pleiadum.

Alto eodem Aldebaran 37.grad. 21.min. hoc ast hor.6. min.33. erant in eadem recta Calcaneus, noua Stella, & Butealis Quadranguli Pleiadum.

Alto sinistro Pede Orionis 13.grad. 42.min. hoc est hor.6. min.47. erant in eadem recta linea Calcaneus, noua Stella, & Butealis Quadranguli Pleiadum.

Distabat nouum Sidus à Calcaneo duplo fere distantiæ, qua distant Calcaneus, & sequens in eodem Pede. Apparuit hodie Astrum &c. minùs candidum,& diminutum.

Lugduni Cælum obductum, Bononiæ similiter.

D t a 26. Diniæ Vesperi paulò ab hor.5. circiter min.$\frac{1}{4}$. (nam manè quidem pluit, nitaitque)

Ab oc.. u ☉ hor. ..min.	A meridie hor.	min.	Diniæ hor.	min.	Longitudo grad.	min.		Latitudo grad.	min.	
☉.	2.	10.	23.	10.	2.	23.	2. ♉.	17.	4.	B.

M. DC. LII. Diniæ, Decembri.

♌ Cometa G

M Caput Algol Y *.....* M L *

R Y Lucida humeri sinistri Persei, sed alia hora alium situm habens de qua proposit. 4. ♀ *

G ♀ Parallaxis exclusa Vnde M Y eadem cum S N R (de qua Die 3. Ianuarij) sed alia hora eandem situm habens.

L Capella

Die 29. Diniæ, Manè, hor. 2. cùm ab horæ solùm dimidio occœpissent nubes interhiscere, visus est Cometa tametsi obscurè, ac instar tenuis nubeculæ, diametro adhuc quanta est pars quinta, aut sexta diametri Lunaris: maior certè longè, quàm sit Stella primæ magnitudinis. Fuere autem proximè in eadem rectâ linea,

Aldebaran, Cometa, & lucida Cathedræ Cassiopeiæ,

Cometa, Caput Medusæ (quod paulò altius remanserat in superiore linea, quàm in hac) & Pectus Cassiopeiæ. Satis obscurè tamen.

Vesperi hor. 6. dehiscentibus qua parte Persei constellatio erat, nubibus ægerrimè detegi poterat Cometa, ita vt reputatem vix ferè, vt die sequente conspici posset. Visus est autem sub Capite Medusæ, & tantâ quidem distantiâ, quanta diameter ☾ est.

Dehiscentibus verò etiam mox, quâ parte esse reputaui Tauri cornua nubibus, visa mihi est eadem linea capiens

Caput Medusæ, Cometam, & exttemum cornu Austrinum ♉ id tamen solùm in transcursu; mox scilicet nubes iterum cœpere solum Cælum obducere. Æstimatio porrò illa fuit diametri ☾ maximæ, hoc est dum Perigeia est: attendi autem ad centrum Cometæ.

Aquis-Sextiis, Galterio fuit omninò factus Cometa lucidæ Algol proxima. Et posteriorib⁹ literis, constituebat Cometa Triangulum æquilaterum cum Capite, seu lucida Medusæ, & Stellæ, quæ sub ipsa, ipse ad angulum orientalem exsistens.

Arausione, Sorberio fuit Cometa in Nare Medusæ.

Lugduni, B. fuit Cometa sub hor. 9. in Capite Medusæ, inter Ras-Algol, & trium vltimam, seu Gorgoneam I V. tendendo versus illam, quæ est in dextro femore, ac in longitudine circiter eadem, & latitudine grad. $11\frac{1}{2}$.

Parisiis, Bullialdo alto ad ortum Cotde ♌ 30. grad. 56. min. hoc est hor. 11. min. 27. Stella noua attigerat Caput Medusæ, & ab ea distabat, quantum lucida Pleiadum ab angulo occiduo Quadrilateri, id est 34. min. erat Stella noua supra horizontem altior Capite Medusæ, & in Azimutho orientaliore semisse totius distantiæ inter ambas, id est 17. min. & altitudo supra horizontem maior nouæ, quàm lucidæ Capitis Medusæ, 1. min. & sec. aliquot. Distabat etiam à paruula sub Capite Medusæ quantum sequens lucidam Pleiadum, distat ab angulo occiduo Quadrilateri. Oculo nudo non apparebat maior Stellâ quartæ magnitudinis propter lumen debile, & extenuatum valdè. Telescopio verò apparebat satis magna, & lata, adeò vt magnitudinis primæ Stellas excederet. Scintillabat adhuc, sed debilissime. Ex literis 3. Ianuarij.

Ex aliis Diei 10. deducta tota supputatione colligit Cometam fuisse tunc in 21. grad. 58. m. 20. sec. ♉ cum latitudine Borea 12. grad. 8. min. 30. sec.

Bononiæ, Cælum obductum.

Die 30. Diniæ, Manè, hor. 2. serenatum fuit Cælum ad occasum, cùm intuenti in Caput Medusæ, visus est prima specie Cometa prorsus euanuisse, donec patienter respectanti visum est supernè, seu ad ortum superesse renue illius vestigium, quod interdum quidem euanescere, interdum rursus comparere videbatur. Sed constanter tamen visum est quidpiam adhuc ea parte hærere. Id distitit

A Capite Medusæ, quasi bessis diametri ☾, ac ita fuit situm, vt interciperetur à linea tendente à Capite Medusæ in cubitum, sinistrumve latus Erichthonij. Neque enim attingebat lineam tendentem in humerum dextrum.

Probabile credidi fore, vt insequente Vespere inconspicuus euaderet.

Vespere tamen horâ 6 visus adhuc est perinde ac manè. Abfuit à Capitè Medusæ in Boream ampliùs, quàm sesquidiametro ☾ etsi non omninò quantum Lunæ duæ. Fuit distantia, quàm inter Hœdos maior, sed minor quàm inter Caput Medusæ, & minutulam quæ proximè sub ipso.

Linea à Cometa in hanc relinquebat Caput Medusæ paulò occidentalius; fuerèque magis præcisè in eadem linea

Cometa, Caput Medusæ, & Pectus ♉.

Nihil præsumere ampliùs ausus sum de fututa breui desitione Cometæ. Quin etiam cœpi subdubitare, spatsa-ne manè tenuia, atque inconspicua per aërem nubila illius speciem imminuentia, fuissent.

Aquis-Sextiis, Galtetio promotus fuit Cometa versus cubitum Persei. Posterioribus literis

M. DC. LII. Diniæ, Decembri.

literis. Distitit Cometa ab eadem lucida (supple Medusæ) vno gradu. Quod verò addit fuisse Cometam ex parte ortus & parum Australiorem, situm Stellæ potiùs intelligere, vt opinor, voluit.

Araufione, Sorbetio fuit Cometa in Oculo Medusæ. Heic desinunt, quæ ille ad me hactenus scripsit.

Lugduni B. fuit Cometa hora 11. supra lucidam Capitis Algol in eadem ferè longitudine, verùm in distantia ab Ecliptica graduum 24.

Heic etiam desinunt, quæ ille ad me scripsit postridie Epiphan. seu 7. Ianuarij, addens, Cælum fuisse exinde obductum: nisi quod cùm serenum fuisset superiore Vespere (seu Die 6. Ianuarij) quo tamen discernere Cometam ampliùs non potuisset.

Parisiis Bullialdus scribens ad Valesium 3 Ianuarij. Postremus Dies quo videre Stellam hanc nouam potuit Dies 30. fuit. Erat tunc illius motus adeò imminutus, vt à Medusæ Capite recessisset per-parum. Non maior erat inter vtramque distantia, quàm, quæ est inter eam, quæ sequitur lucidam Pleiadum, & angulum occidentalem earumdem hoc est circiter 37. min.

Bononiæ Cælum obductum.

Die 31. Diniæ, Manè, hora 2. Visum adhuc est Cometæ vestigium ad Boream Capitis Medusæ, distansque ab eo paulò ampliùs, quàm ab eodem distat minutula illa sub ipso, & de qua heri Vesperi; verumtamen minùs quàm ab eodem distat Stella paulò maior, quæ istam præcedit. Linea ab illa seu paruula in Cometam relinquebat iam Caput Medusæ nonnihil, ac penè insensibiliter occidentaliorem. Linea verò ab hac, seu præcedente, in Cometam, relinquebat idem Caput cum sensibiliore inflexione orientaliorem. Fuere autem rursùs in eadem proximè linea

Stella illa minutula sub Algol, Cometa, Crus Cassiopeiæ; videbatur autem tunc Caput quoque Medusæ proximè eadem intercipi.

Cometa, Hœdus orientalior, & quæ est orientalior duarum in dextro cubito Etrichthonij.

Non est visa vestigij species, quam heri manè imminurior.

Vesperi Cælum planè obductum. At

Aquis Sextiis, Galterio fuit Cometa promotior versus cubitum Persei grad. 1 ½. Posterioribus literis proiectus fuit Comera vno gradu à lucida, distitique à lucida Persei (lateris puro) 8. gradibus.

Bononiæ, ex Thesibus Die 31. hor. 5 ½. post Solis occubitum, apparuit crinitum hoc Sidus, quantumuis serenissimo Cælo, adeò tamen magnitudine, ac luce diminutum, vt Capitis diameter tria prima minura non æquaret, cum nucleo tamen lucis circa meditullium valdè extenuato. Processerat autem versus Scutum Persei, sic vt ad occidentem Medusæi Capitis lucida, ab eaque in transitu distans ad orientem, vt summum per 12. gradus vnius partem peruenerit ad Australem limbum clypei Persei. Hora verò 9. eodem limbo superato peruenit ad rectam lineam, quæ ducitur à lucida flexura lateris Persei per lucidam cubiti sinistri eiusdem Persei: cum qua recta linea, angulum iam rectum faciebat linea proprij motus huius Cometæ.

Ab occasu ☉		A meridie		Diniæ		Longitudo		Latitudo	
hor.	min.	hor.	min.	hor.	min.	grad.	min.	grad.	min.
5.	33.	9.	54.	9.	33.	19.	55. ♉	25.	38. B.
9.	0.	13.	22.	13.	1.	19.	51	25.	50.



Anno 1653. ac Die Ianuario 1. Diniæ, fuit adhuc manè Cælum obductum.

Vespere autem sub hor. 6. serenato Cælo, visum adhuc est Cometæ vestigium, ac fuere in eadem proximè linea,

Caput Medusæ, Cometa, & sinister humerus Persei. Minor autem fuit distantia Cometæ à Capite Medusæ, quàm à sinistro humero.

Pes Andromedæ, Cometa, & quæ in cubito, seu latere potiùs sinistro Etrichthonij.

Prior illa linea continuata cepit proximè angulum occidentalem Pleiadum.

Aquis-Sextiis, Galterio promotior fuit Cometa versus Septentrionem grad. 1 ½. Posterioribus literis, distitit Cometa à Capite Medusæ 3. gradibus à lucida verò Perse 6.

Bononiæ, ex Thesibus Die 1. Ianuarij 1653. hora 1. & ½. post occasum Solis Phænomenon idem eadem magnitudine, figura, ac luce, cum tantilla Cauda in partem à Sole auersam porrecta conspeximus, & eandem sui motus lineam; per quam heri, progressum; adeo vt distaret à Capite Algol magis, quàm præcedenti nocte tantò, quanta est semidiameter Lunæ.

Ab

Ab occasu ☉ hor.	min.	A meridie hor.	min.	Diniæ hor.	min.	Longitudo grad.	min.	Latitudo grad.	min.
1.	32.	5.	54.	5.	29.	19.	46. ♉.	26.	38. B.

M. DC. LII. *Diniæ, Decembri.*

◊ Cometa
M Caput Meduſæ
N Cubitus ſiniſter Perſei
P in Fleaura lateris Perſei
Q Perſei lucidum latus
X Andromedæ Pes

Die 2. Diniæ fuit rursùs manè obductum Cælum.

Veſpere autem, ſub horam 6. viſum adhuc eſt Cometæ veſtigium, inter eaſdem duas Stellas; ſed tantùm iam, provt memoria iuuit, accedens magis ad ſiniſtrum homerum Perſei, quantò minus heri à Capite Meduſæ. Fuere autem proximè in eadem linea,

Capot Meduſæ, Cometa, & ſiniſter humerus Perſei; niſi quod Cometa deflectebat tantillum quidem, verumtamen penè inſenſibiliter ad ortum.

Pes Andromedæ, Cometa, & qoæ eſt ad flexuram dextri lateris Perſei tertiæ magnitudinis; niſi qood Cometa videbatur inſenſibiliter deflectere in meridiem.

Flabat tum Corus vehementiſſimus; & cùm Cælum foret ad eam partem ſurſum; alias tamen, & qua præſertim ☾, nubila crebra tranſuolabant.

Ie Aquis-Sextiis. Galterio fuit adhuc promotior Cometa, vt heri (vt putà grad. $t\frac{1}{2}$.) idque tendendo ſemper verſus nouam Caſſiopeiæ Stellam. Poſterioribus literis, diſtitit à Capite Meduſæ grad. $4\frac{1}{2}$. &c. gradib. 6. à lucida Perſei.

Bononiæ Cælum obductum.

Die 3. Diniæ, Manè, hora 1. Detectum adhuc Cometæ veſtigium, viſomque iam eſt ſenſibiliùs in occaſum deflectere, à memorata linea ducta à Capite Meduſæ in ſiniſtrum humerum Perſei. Fuere autem in eadem linea paulo exquiſitiùs, quàm ſuperiore Veſpere

Pes Andromedæ, Cometa & flexura dextri lateris Perſei.

Genu Caſſiopeiæ, Cometa, & lucida Pleiadum.

Linea à Capella in Pedem Andromedæ relinquebat Cometam inſenſibiliter Borealiorem; ſenſibiliùs autem flexuram lateris Perſei.

Superuenere nubes, remiſſiore iam vento; eùm iam videretur vna linea capete Aldebaran, Cometam, & vnam Stellarum Caſſiopeiæ, quam deinceps non licuit à cæteris diſcernere.

Aquis-Sextiis, Galterio poſterioribus literis, fuit Cometa diſtans à Meduſæ Capite 4. gr. & à lucida Perſei 6. neſcio an hunc diem cum ſuperiore confuderit.

Bononiæ, ea Theſibus tandem Die 5. Ianuarij hora 1. poſt Solis occaſum, iterum ſe in conſpectum dedit Cometa, paululò exilior, quàm prima nocte Ianuatij, nec facilè obſeruabilis volgò, aot illis, qui non exactè anteà ſemitam ipſius, & interuallo progreſſuum denotaſſent, & ea indagine poſſent certiùs in ipſius locum collineare, illamque à minutulis, & ſemi-nebuloſis Stellis ioternoſcere. Fuit aotem tunc temporis in recta linea ducta ab Auſtraliſſima Pleiadum per Caput Algol. Deinde hora 6. perſtringebat iam rectam lineam à lucido Perſei latere ad Auſtralem Andromedæ Pedem productam: propior tamen erat lucido lateri Perſei, quàm Pedi Andromedæ 1. circiter gradu; ita vt Cometa limbo ſuo orientali ingrederetur iam occidentalem marginem viæ lacteæ, vbi poſtrema ipſius Phaſis nobis appatuit.

Nam nocte 4. & 5. inſerenum ſoit Cælum; nocte verò 6. & ſequentibus ſioe oh Galaxiæ candorem, ac Lunæ iam dichotomiæ fulgorem: ſiue quod Cometa exſtinctus iam fuerit, aut in profundom ætheris ſe receperit, certè ampliùs nec nudo viſu, nec Lynceis Teleſcopiorum oculis nuſquam apparuit.

Quamobrem totum tempus à prima noſtra ad vltimam obſeruationem 16. dierum fuit; quo tameo tempore quotieſcumque licuit intueri Phænomenon, maiori, ac maiori diſpendio velocitatis, lucis, ac magnitudinis appatentis ita decreuit, vt ſemper tamen eandem in partem à Sole auerſam proiecerit.

Ab occaſu ☉ hor.	min.	A meridie hor.	min.	Diniæ hor.	min.	Longitudo grad.	min.	Latitudo grad.	min.
2.	4.	6.	27.	6.	2.	19.	33. ♉.	28.	34. B.
5.	59.	10.	21.	9.	57.	19.	35.	28.	45.

a Cometa
R Lucida humeri ſiniſtri Perſei eademque quæ Y
Q Perſei lucidum latus
X Andromedæ Pes Auſtralis

Die 4. Diniæ, Veſperi, hor. 11. (nam à meridie quidem ſuperioris diei cœptum obduci Cælum, tota deinceps nocte pluerat, ninxeratque, & dies hæc tota fuerat per-obſcura, quouſque ſub 10. horam cœpere nubes rareſcere) detegi adhue potuit Cometæ veſti-

M. Dc. L 11. *Diniæ, Decembri.*

gium, satis promotum, sed ad occasum versus sinistrum humerum Persei, ac fuere in eadem proximè linea,

Caput Medusæ, Comera, & Genu Cassiopeiæ,

Humerus dexter Persei, Cometa, & Borea baseos τῦ Ἡνιόχου.

Aquis Sexiis, Cælum obductum.

Die 5. Diniæ, Manè, Vesperegue torum Cælum obductum. At

Aquis-Sexiis, Galterio distitit Cometa à Capite Medusæ 7. gradibus & à lucida Persei gradibus $6\frac{1}{2}$.

Die 6. Diniæ, Manè, hor. 1. serenato Cælo, & flante satis vehementer Coro, visum est Cometæ vestigium adeò extenuatum, vt discerni ægrè potuerit. Apparuit tamen, & promotiùs quidem quàm nudius-tertius Vesperi, versus sinistrum humerum Persei, & adhuc à memorata linea inter Caput Medusæ, hunequæ humerum occidentaliùs. Fuere autem in eadem linea, aut certè quam-proximè

Sinister humerus Persei, Cometa, Australis baseos Trianguli,

Pectus Cassiopeiæ, Cometa, & quæ in Cruce sinistro Persei.

Hæc à meo globo abest; est tamen loco proximè medio, inter lucidam Pedis & Poplitem

Visus est aliunde Cometa tantum distare à sinistro humero, quantum lucida Pleiadum, à vicino angulo orientali; sed minus tamen potius-quam amplius.

Vesperi fuit Cælum obductum. At

Aquis-Sextiis, Galtetio fuit Cometa proximè admotus ad humerum sinistrum Persei; vīsusque est velle transire ipsi ad occasum. Defuit heic Galterius videre Cometam.

Die 7. Diniæ, Manè, hor. 1. sereno iam & placido cælo. Visum adhuc est Cometæ vestigium, maximopere licet extenuatum; & tantum quidem factum promotius (quatenus iuuit memoria) ad dextrum, seu in Boream à sinistro humero Persei, quantum fuerat heri remotiùs ad læuam, seu in meridiem ab eodem, perpendiculove ipsius. Fuere autem in eadem proximè linea

Comera, sinister humerus Persei, & ea, quæ est proximè infra dextrum latus eiusdem. Nam quæ est quidem ad flexuram dextri lateris, relinquebatur paulò superior. Videbatur eadem linea posse proximè capere occidentalem Hœdorum.

Poples sinister Persei, Cometa, & prima in Capite Cassiopeiæ, nisi fortè Cometa fuit insensibiliter orientalior.

Paulò sensibiliùs visus est orientalior lineâ à lucida Pleiadum in Genu Cassiopeiæ.

Visa rursus est eadem præter-propter distantia Cometæ à sinistro humero, quæ lucidæ Pleiadum ab angulo orientali earumdem.

Vespere, serenum quidem Cælum; verùm Cometa detegi claritate Lunæ obstante non potuit.

Die 8. Diniæ, Manè, cùm non modò claritas ex præsentia Lunæ detectioni Cometæ obstitisset; sed illius Crepusculum, quandiu vel minimum ipsius vestigium supra dorsum montis occidui superfuit; inter horas tamen secundam & tertiam obliterato iam penitus Lunari Crepusculo, detegi adhuc potuit Cometæ vestigium non longè ab eo loco, in quo heri. Ægrè id tamen, ac ita vt per vices sese obtutui subduceret, ac potissimum, cùm directè, potiusquam obliquato nonnihil visu tespectaretur. Quantum autem liebit, fuere in eadem proximè linea

Sinister humerus Persei, Cometa & Cingulum Cassiopeiæ; nisi fortè Cometa fuit nonnihil relictus occidentalior,

Dexter humerus Persei, Cometa, & Pes Andromedæ præter montem mox occasurus; nisi quòd Cometa relictus est tantillum Borealior.

Visa est aliunde distantia Cometæ à sinistro humero aliquanto maior, quàm sit Lunæ diameter, aut quàm apparuerit distantia inter lucidam Pleiadum, & angulum Australium earumdem.

Atque hoc quidem manè detegere Cometam desij. Nam manè quidem insequente, partim Lunæ Crepusculum, partim crassiores paulò vapores videre amplius nihil permiserunt.

Quæ aëris constitutio sequuta totis sequentibus diebus, fuit Cælum admodum tranquillum, & serenum, quousque diebus 17. 18. 19. fuit obductum. Nocte sequente & Die 20. toto effusissima pluuia, 21. serenum, 22. obscurum, nocte sequente & Die 23. effusissima iterum pluuia, 24. obscurum, 25. varium, nocte sequente, & Die 26. pluuium, etiam 27. 28. obscurum, 29. pluuium, 30. & 31. sereuitas eximia.

Fuit etiam Februarij Diebus 1. & 2. Cælum eximiè serenum, 3. obscurum, & pluuium, nocte sequente vbertima pluuia, 4. toto obscurum, 5. varium 6. pulcerrimum, itemque 7. 8. 9. 10. at 11. obscurum, 12. pluuium, 13. pulerum, 14. similiter, 15. varium, 16. pluuium, & nimosum, itemque 17. 18. 19 20. at 21. pulcrum, itemque 22. 23. 24. 25. 26 27 28. Martij quoque 1. 2 3 4 5. 6. secus 6. quo non valdè clarum; cùm & nocte sequente nimxerit, 7. pulcrum quidem, sed perfrigidum, itemque 8. 9 10. 11. at 12 mitius, sed obscurius, 13. similiter.

Nocte autem sequente cuius manè, hoc est ab hora matutina in 6. Dici 14. Luna Eclipsin passa est ita obductum, vt ne coniici quidem vlla ratione potuerit, qua parte Cæli esset (, tantum abest vt obseruare partem vllam Eclipseos liuerit; pluit etiam, sed leuiter tam per Eclipsin, quàm reliqno manè.

Reliquo

Reliquo etiam die obſcurum 15. varium 16. & 17. ſatis pulcrum, 18. pluuium. Inſequentes dies nunc hac, nunc alia ratione affecti, maiore tamen ex parte ſereni, Die 3. Aprilis tonuit, ac pluit, Die 5. pluit ſatis copioſè manè. Die 6. apparuit ſub meridiem Halos circa Solem, & Veſpere ſub horam 8. Halos circa Lunam. M. DC. L II. *Diuia, Decembri.*

SIT iam aliquid adnotetur circa Obſeruationes primùm quidem prioribus diebus à Galterio, & inſequentibus à me factas.

CIRCA DIEM 18. Decembris Veſpere hor. 10. quia Cometa dicitur à Galterio fuiſſe patum ſepoſitus ſupra Columbam, itemque fuiſſe ſupra duarum lucidarum Septentrionalem ex parte orientis, & tamen ab ea diſtans, quantum lucidæ ipſæ inter ſeſe: ideò Stellarum Columbæ ſitu, quatenus in globo repræſentatur ſuppoſito, forer Cometæ Longitudo in 24. grad. 0. min. ♊ circiter; & Latitudo 57. vel 58. grad. 0. min. Auſtralis.

At quia neque Conſtellatio, neque Stellæ habentur in Tychonis Catalogo ac veriſimiliter ſitus Conſtellationis non rectè ſe habet, Conſtellatioque, aut habenda eſt occidentalior, aut fortè Galterius loco deflexionis Cometæ ex parte orientis, debuit dicere ex parte occidentis; tum, quoniam Cometa fuerit quaſi ſub ea Stella, quæ in ſiniſtra Columbæ ala; ideò ſuppoſitus ibi Cometa (ſuppoſito aliunde eodem ſitu globi) haberi poteſt Cometa in 20. aut etiam 18. gradu ♊.

Cùm montes mihi in hac vrbe Columbæ conſpectum præpediant, vt certus de ſitu Stellatum illius euadam, quem etiam diſpoſitio Schilleriana ſuſpectum facit, quatenus tribuit ſuperiori longitud. 17. grad. 25 min. inferiori 20. grad. 25. min. ♊ & latitud. ſuperiori 57 grad. 40. min. inferiori 59. grad. 40. min. ideò petſcripſi ad Galterium, vt adnotet quicquid id eſt. Ac ſi fieri poſſit capter etiam diſtantiam earum Stellarum à notis quibuſdam, & inſignibus Stellis, vt explicetur, quod etiam vereor. an non Columba ſit habenda Borealior, quàm globus exhibeat; maximéque, cùm diſcrepantia in proportione motus Cometæ inter hunc diem, & ſequentem reſpectu conſequentium tanta ſit, vt probab-liſſimum ſit minorem eſſe diſtantiam inter Columbam, & Leporem quàm in globo repræſentetur.

Interim verò vtcumque ſit, quia Galterius ſcripſit ſe reputaſſe motum à Die 19. in 20. fuiſſe graduum 11. & motum à 18. in 19. fuiſſe longè proliziorem (ramerſi fortaſsè, non tam ad Cælum, quam ad globum attendit) dicireò donec omnia meliùs explorata ſiant haberi poteſt Cometæ hor. 10. Longitudo in 19. grad. 0. min. ♊, Latitudo 57. grad. 0. min. A.

CIRCA DIEM 19. Decembris Veſpere, quia Cometa dicitur fuiſſe ingreſſus in Leporis Caput, in maxilla & vno gradu infra Stellam, quæ in Capite ſextæ magnitudinis, & tranſiturus quidem illi ad ottum. Ac aliunde ea Stella eſt longitud. 69. grad. 49. min. latitud. 59. grad. 4. min. Portuitque proinde longitudo Cometæ vix eſſe gradus quadrante maior & latitudo vno proxime gradu, ideò hoc caſu fuerit Longitudo Cometæ 10. grad. 48. min. ♊. Latitudo 40. grad. 4. min. Auſtrina.

Aut quia partim abertare æſtimario vno circiter gradu potuit, partim vt compenſatio quædam fiat inter exorbitantiam motus à die ſuperiore in hunc, & modicitatem huius in ſequentem comparatum ad cæteros, poſſet fortè haberi Cometæ hor. 10. Longitudo 11. grad. 50. m. ♊. Latitudo 41. grad. 0. min.

CIRCA DIEM 20. Decembris Veſpere, quia Galterius tetulit fuiſſe Cometam inter duas Stellas Eridani quas eſſe eas intellexi quæ tertio & quarto loco à Tychone recenſentur: ideò Cometa ſuppoſito quanto, in medio harum duarum Stellarum deducitur calculo fuiſſe Cometæ Longitudo in 7. grad. 5. min. ♊. Latitudo 29. grad. 7. min. A.

Et quia tamen Galterius ſtatuit fuiſſe tum diſtantiam Cometæ à Pede Orionis 4. grad. addiuque etiam motum à Die ſuperiore (ſuppoſito Cometa vno gradu infra Caput Leporis) in hunc fuiſſe grad. 15. ideò intellexi fuiſſe Cometam propiorem ſequenti huiniſmodi Stellarum quàm præcedenti vnde & aſſumpto trienie diſtantiæ, ideò videtur haberi poſſe Cometæ hor. 10. Longitudo in 7. grad. 31. min. ♊. Latitudo 29. grad. 22. min. A.

CIRCA DIEM 21. Decembris Veſpere, quia Cometa dicitur conſtituiſſe Triangulum æquilaterum cum duabus Stellis Clypei Orionis, quæ ſunt omnium inter ſe maximè diſtantes, ex puta quæ 7. & 8. Tychoni ſunt; ideò hoc ſuppoſito fuerit Cometæ Longitudo in 4. grad. 15. min. ♊. Latitudo 18. grad. 56. min. A.

Et quia iuſſus Galterius circumſpicere an non fuiſſet ſolùm Triangulus Iſoſcele, diſtantiore nempe Cometa à Stellis, quàm ipſæ ſint inter ſe; ac aliunde eſſe facilè hallucinatio viſus potuit, quando Stellæ reſpectatæ ſecundum perpendiculum, vt fuere tunc duæ illæ in meridiano conſtituræ, apparent diſtantiores, quàm ſi reſpectu parallelæ horizonti, qualis præter-propter fuit illis Cometa; ideò poteſt quidem Cometa haberi latitudinis circiter deductæ, quatenus Cometa quoque nonnihil depreſſior viſus fuit; at longitudinis tamen dimidio circiter gradus citerioris, ſeu minoris; quo pacto etiam meliùs congrueret proportio decremento motus ſecundum longitudinem. Hac itaque ratione haberi poteſt hor. 10. Longitudo 3. grad. 48. min. ♊. Latitudo 18. grad. 47. min. A.

CIRCA DIEM 22. Decembris Veſpere, ex deculſatione linearum, ad hunc diem memoratarum primæ & ſecundæ, elicitur Longitudo 1. grad. 40. min. ♊. Latitudo 10. grad. 0. min. A.

M. DC. XII. Dimis, Decembri.

Ex decussatione linearum 1. & 2. elicitur Longitudo 1.grad. 48.min. Latitudo 10.grad. min.42.

Ex decussatione linearum 2. & 3. elicitur Longitudo 0. grad. 57. min. Latitudo 11.grad. 8.min.

Ex decussatione linearum 2. & 4. elicitur Longitudo 0.grad. 16.min. Latitudo 11.grad. 26.min.

Ad hasce duas posteriores decussationes detraxi 3. minuta ex distantiis inter humerum dextrum Erichthonij, & Pedis ♊, ac inter humerum eundem, & extremum cornu Australium ♉, quod tam Pes ♊, quàm cornu ♉ Australiores seinqoerentur lineâ, qoarta est circiter diametri Stellæ primæ magnitudinis. Fortassis autem noo satis detraxi, maximéque qnoad postremam decussationem attinet, quam cùm sopputassem minutis nullis detractis, deprehendi Cometæ Longitudinem 0.grad. 4.min. Latitudinem 12.grad. 52.min.

Prætereo autem cùm exploratem quid sequeretur si in prima linea acceptus fuisset non sinister, sed dexter humerus Orionis deprehensam fuisse Longitudinem 1.grad. 48.min. Latitudinem 9.grad. 38.min.

Vtcumque sit, quia ex prædictis quatuor decussationibus potiores mihi semper visæ sunt prima & tertia. Ideò accipiendo illarum medium, haberi potest, & maximè donec omnia scrupulosiùs expendantur Cometæ, sub hor.6. in 7. Longitudo 1.grad. 8.min. ♊, Latitudo 10.grad. 34.min. A.

Circa Diem 23. Decembris Vesperæ, ex decussatione linearum ad hunc diem notatarum primæ & secundæ. Longitudo 28.grad. 56.min. ♉. Latitudo 2.grad. 35.mio. A.

Ex decussatione linearum secundæ & tertiæ Longitudo 28.grad. 10.min. Latitudo 2.grad. 13.min.

Ex decussatione linearum primæ & tertiæ Longitudo 28.grad. 55.min. Latitudo 2.grad. 27.min.

Ex decussatione linearum tertiæ & quartæ Loogitudo 27. grad. 9.min. Latitudo 3.grad. 34.min.

Quarta harum decussationum nimis haud-dubiè exorbitat. Quare & standum potiùs videtur primæ & tertiæ, quæ in longitudine vnico, in latitudine 8.solùm minutis discrepant: adeò vt ipsarum accipiendo medium esse possit Longitudinis 28 grad. 55.min. Latitudinis 2.grad. 31.min.

Et qoia tamen attendendo ad proportionem decrementi motus longitudinis comparati ad decrementum motus latitudinis videtur retinenda quidem latitudo illa decussationis primæ: at bipartienda tamen eius longitudo cum longitudine decussationis 2. vt sit proinde, donec omnia melùs, hor.7. Longitudo 28.grad. 58.min. Latitudo 2.grad. 35.min.

Circa Diem 24 Decembris parum est morandum, quod præstitum est manè: nam decussationes qoidem dubiæ; illæ verò per Radium acceptæ distantiæ coniectura potiùs quàm collineatione exquisita niruntur. Qoanquam & nihil noceat adnotasse heic, ex huiuscemodi distantiis elici fuisse, manè hor. 2½. Longitudo 28. grad. 22.min. ♉. Latitudo 0.grad. 25.mio. A.

Vesperi ergo potiùs, ex decussatione linearum 2. & 3. elicitor fuisse Longitudo 26.grad. 32 min. Latitudo 5.grad. 37.min.

Ex decossatione linearum 2. & 3. elicitur fuisse Longitodo 26. grad. 31. min. Latitudo 3.grad. 31.min.

Qoniam verò adhibita ad decussationem linea 3. reducit Cometam citra Pleiadas, qui fuerit potiùs aliquantulum abducendus vbra locum qui ex his duobus elicitur; ideò præstat coosistere in hisce duabus; adeò inter se conspirantibus, & accepto quidem inter vtrasque medio adeò proinde vt haberi possit Cometæ, Vesperi hor.7. Longitudo 26.grad. 31.min. ♉. Latitudo 3 grad. 34.min. B.

Circa Diem 25. Decembris Vesperi, quia mihi fuit Calum obductum, nihilque haberur ex Galterio constans: qnando nunc ait Cometam distitisse à Calcaneo Persei, nunc vno, nunc duobus gradibus (& debuit sanè etiam distitisse amplius) aliud nihil licet, quàm proportionem motuum à die præcedente 24. io sequentem 26. ita partiri, vt donec omnia plenius explorentur habeatus Cometæ, quasi hor.7. Longitudo 24.grad. 55.min. ♉. Latitudu 8 grad. 40.min. B.

Circa Diam 26. Decembris Vesperi, cùm ab observatione discessissem, neque nubes me iterum rem explorare paterentur, hærere cœpi illam ne æquam, aut proximè æquam distantiam inter Cometam & præcedentem Pedis siniistri Persei, & an inter istam & sequentem seu Calcaneum accepissem secundum oram ipsius Cometæ extremam siue orientalem; an secundum ipsius centrum. Quare supposita distantia inter duas Stellas 1.grad. 10.min. largitus sum primùm 5.m. amplius distantiæ inter Cometam & proximam Stellam; quasi complectendo tum vnam, alterumve minutum, quo repetata insensibiliter maior distantia, tum tria, aut quatuor pro Cometæ semidiametro; sicque deprehendi haberi posse Cometæ Longitudinem 24 grad. 10.mio. ♉. Latitudinem 13.grad. 0 min. B.

Et quia tamen deinde compatando Cometam cum aliis Stellis penè in dubius fui acceptse me non oram, sed centrum Cometæ; ea de causa censui largienda ad summum 3.min. eoque casu habenda fuit Cometæ Longitudo 24. grad. 13. min. ♉. Latitudo 12. grad. 59.mio.

Quin

Quin etiam quia tam insensibilem memini distantiarum differentiam censui abundè esse largiri vel unum minutum, quanta nimirum est diameter Stellæ 3. vel 4. magnitudinis; sicque reputaui potiùs habendam Cometæ hor. 5 ¼. Longitudinem 24. grad. 14. min. ♉ Latitudinem 12. grad. 58. min. M. DC. LII. *Dinis, Decembri.*

Circa Diem 27. Decembris Vespere, cùm mihi fuerit Cælum obductum, & nihil certi habere ex Galterio liceat quatenus illa 7. grad. à Calcaneo Persei nimis abducit Cometam aut in ortum, aut in Boream, si graduum 5. distantiam à Capite Medusæ in eundem accipias (addo quod die insequente facit eandem à Calcaneo 7. graduum distantiam) ideò nihil quàm accipi potest locus Cometæ ex proportione decrescentium motuum à die superiore in sequentes, maximoque 30. adeò vt fuerit præterpropter Cometæ, quasi hor. 7. Longitudo 23. gr. 28. min. Latitudo 16. grad. 21. min.

Circa Diem 28. Decembris Manè, Quoniam non licet fidere decussationi illi vespertinæ ob non tutam lineam per Cometam, & Stellas ♈ ob quam alioquin exhiberet ur Cometæ Longitudo 24. grad. min. 5 ½. Latitudo 17 grad. 14. min. ideò deligere præstat vnam decussationum manè observatarum; eam nempe quæ est linearum, 1. & 2. quæque propiùs verò exhibet, Cometæ hor. 2. à media nocte Longitudinem 24. grad. 48. min. ♉, Latitudinem 17. grad. 46. min. B.

Circa Diem 29. Decembris Vesperi quia nihil tuti potest ex decussatione illa maturina haberi ob exilitatem anguli ad Aldebaran creati ex eo quod Trianguli ex ipso, Lucida Cathedræ Cassiopeiæ & Caput Medusæ duo latera, nempe à lucida Cathedræ in Caput Medusæ & ab hoc in Aldebaran) vix excedunt latus 3. puta à Lucida Cathedræ in Aldebaran vno minuto, aut alteroideò præstat attendere ad Vespertinam obseruationem. Itaque, habita ratione æstimationis distantiæ Cometæ à Capite Medusæ comparatæ ad diametrum ☾ esse eam reputaui minutorum 37. deduxique adeò illius, hor. 6. Longitudinem 21. grad. 53. min. Latitudinem 21. grad. 59. min.

Considerans deinde quod ait Galterius Cometam Triangulum æquilaterum, cum Capite Medusæ, & Stella, quæ sub ipso, idque cùm obseruando posteriùs, Cometa propiùs accessisset ad Caput, quam obseruationis meæ tempore; hæsitare cœpi, an illa mea æstimatio fuisset fortassis æquo minor, maximéque cùm illa Stella distitit à Capite Medusæ 1. gr. 28. min. Vtcumque sit hæsi postea minus, cùm habita ratione proportionis motuum à Die 26. Vesperi in 30. manè deductus est habere Cometa Longitud. 22. grad. 16. min. Latitud. 21. grad. 37. min.

Circa Diem 30. Decembris Manè & quidem ex æstimata Cometæ distantia à Capite Medusæ quasi esse diam. ☾ computata etiam Cometæ semidiametro, atque adeò habita minut. 25. deducta est, Cometæ hor. 2. à media nocte Longitudo 21. grad. 45. min. ♉, Latitudo 22. grad. 22. B.

Vespere autem, quoniam existente Cometa in eadem recta cum Capite Medusæ, & pectore ♉ distantia eius à Capite Medusæ, æstimata fuit paulò minus, quàm duabus Lunæ diametris; idcircò illa habita quasi 1. grad. 0. min. fuerit Cometæ hor. 6. Vespertina Longitudo 21. grad. 11. min. Latitudo 23. grad. 21. min.

Circa Diem 31. Decembris Manè ex decussatione linearum manè adnotatarum colligitur quidem longitudo non admodum differepans; at latitudo tamen haud dubiè æquo maior. Vtcumque sit tamen fuit iuxta ipsam Cometæ hor. 2. à media nocte Longitudo 21. grad. 3. min. Latitudo 25. grad. 39. min. quare & videndum deinceps erit quid datura propottio congruentior.

Circa Diem 1. Ianuarij 1653. Vespere ex decussatione linearum adnotatarum elicitur fuisse Cometæ, hor. 6. Longitudo 20. grad. 40. min. Latitudo 26. grad. 26. min.

Circa Diem 2. Vespere quia neutra linearum decussationis fuit exquisita; idcircò colligitur quidem, sed non satis tutò Cometæ, hora 6. Longitudo 20. grad. 44. min. ♉. Latitudo 37. grad. 16. min. B.

Vbi mirum, videri nimium additum longitudini, compatatione saltem diei superioris, cùm Cometa fuerit etiam aliquantulum orientalior; & nimium detractum latitudini, cùm fuerit etiam nonnihil Australior: sed res nempe est expendenda attentiùs.

Circa Diem 3. Manè, ex decussatione linearum ad hunc diem adnotatarum videtur quidem longitudo præsertim facta nonnihil abbreuiatior; vtcumque tamen fuerit, ecce ex ea deducitur Cometæ, hor. 1. Longitudo 19. grad. 32. min. Latitudo 27. grad. 54. min.

Circa Diem 4. Vespere idem quod die superiore dicendum; vtcumque tamen etiam sit, ecce ex decussatione linearum ad hunc diem adnotatarum deducitur Cometæ hor. 11. Longitudo 19. grad. 0. min. Latitudo 30. grad. 16. min.

Circa Diem 5. Vespere quòd mihi fuerit Cælum obductum, & Galterio tamen visa fuerit Cometæ distantia ex æstimatione ope globi facta, à Capite Medusæ grad. 7. min. 0. à Lucida Persei (dextro vt puto, latere) 6. grad. 15. min. idcirco apponi heic posset deduci exinde Cometæ hor. 10. Longitudo 19. grad. 54. min. ♉ Latitudo 29. grad. 11. min. B.

Circa Diem 6. Manè ex decussatione illa qualicumque elicitur Cometæ Longitudo 19. grad. 7. min. Latitudo 30. grad. 53. min. quia tamen hæreo de Stella in sinistro Crure Persei, non tam quia in meo globo non repræsentatur, quàm si repræsentetur iuxta Caralogum Tychonis, & longitudine euasura sit vltra Crus, & latitudine breuior, quàm exhibeatur in Cælo; eapropter, quia exsistente aliunde Cometa intercepto, linea ab humero sinistro Persei in

M. DC. LII. *Diuia, Ianuarie.*

Australem baseos Trianguli distantia eius ab humero æstimata fuit, quanta Lucida Pleiadum ab angulo orientali earundem, quæ est 0.grad. min.$23\frac{1}{2}$. (sed minùs tamen potiùs quàm amplius,) atque idcircò computata Cometæ semidiametro haberi potuit distantia 0.grad.25.min. deducitur exinde, cui potiùs fidatur, Cometæ, hor.1. à media nocte Longitudo 19.gr.29.min. ♉, Latitudo 31.grad.16.min.

Circa Diem 7. Manè ex illa rursus qualicumque decussatione elicitur Cometæ Longitudo 19. grad.20. min. Latitudo 31. grad. 24. min. sed quia posterior præsertim linea non fuit satis exquisita; ideò fidendum potius videtur æstimationi distantiæ Cometæ eiusdem quæ die superiore, ac exsistente aliunde Cometa, & sinistro humero Persei cum Stella quæ est proximè infra dextrum latus eiusdem. Vnde & illa distantia suppositа quoque 0.gr.25.min. elicitur fuisse Cometæ hor. 1. à media nocte Longitudo 19.grad.22. min. Latitudo 31. grad. 45 min.

Circa Diem 8. Manè ex illa demùm qualicumque decussatione elicitur fuisse Cometæ Longitudo 19. grad. 15. min. Latitudo 32. grad. 19. min. verumtamen quia lineæ non fuere satis exquisitæ, visum est quoque magis fidendum æstimationi distantiæ Cometæ, quæ quatenus habita fuit aliquanto maior quàm Lunæ diameter, reputari potuit 0. grad.37. min. exindeque elicitur Cometæ Longitudo 19.gr.22.min. & Latitudo 32.grad.4.min. & quia tamen visus est nonnihil occidentalior linea à sinistro humero Persei in cingulum Cassiopeæ ducta; ideò videntur dettahi posse ex huiusmodi Longitudine minuta 3. vel 4. Latitudine manente memorata, hac ergo ratione exstiterit tum Cometæ hor.$2\frac{1}{2}$. à media nocte Longitudo 19.grad.18.min. Latitudo 32.grad.4.min.

Atque ex his quidem, quæ deducta hactenus sunt iuxta obseruata partim à Galterio partim abs me intelligi potest quanti Cometæ motus fuerint, à tempore quo primùm ab illo, postremùm à me visus est; idque non modò secundum Longitudinem, & Latitudinem, sed etiam secundum proprium circulum, semitamve, quam tenuit, vt pronum fuit ex data vtrimque ab intersectione Eclipticæ summa cum Longitudine, tum Latitudine supputare, hac itaque ratione fuit

Vniuersæ apparitionis Cometæ motus secundum { Longitudinem 29 grad.42.min. / Latitudinem 89. grad.4.min. / Propriam semitam 92. grad 32.min.

Apparitionis autem tempus, cùm per 22. dies fuerit, totidem enim sunt à Die 18. Decembris, quo Cometa visus primùm est vesperi ad Diem 8.Ianuarij quo visus est vltimùm manè; supputatione tamen facta ab hora 10.vespertina Diei 18. Decembris in hor.3.matutinam diei 8.Ianuarij. Totum apparitionis obseruatæ tempus fuit Dierum 20.horarum 5.

Vt vno autem quasi prospectu, quo loco in dies singulos Cometa fuerit pateat, ac simul progressus diurnus singulorum motuum, placet, donec omnia plenius expendantur, & acceptis præsertim, quas nancisci aliunde licebit aliorum obseruationibus, abaco sequentem singulorum motum seriem exhibere.

Non referam autem omnia ad meridiem, aliamve quandam certam horam; sed vtagatur simpliciùs ad ipsa tempora obseruationum. Vnde & pro quatuor primis diebus hoc est 18. 19. 20. & 21. Decembris, motus diurni intelligentur relati ad horam 10. vespertinam. Pro 8. consequentibus hoc est 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29. ad horam vespertinam 7. Pro 10. residuis, hoc est à 30. Decembris ad 8. Ianuarij inclusiue, ad hor.matut.2. nempe huiusce modi notis, aut præter propter fuit obseruationum maxima pars peracta.

Vtagatur verò etiam in seruanda aliqua diurnorum motuum proportione simpliciùs, ita retinenda sunt Cometæ loca ad dies apparitionis tum primæ (hoc est tam ad Diem 18. Galterio, quàm ad 22. mihi) tum vltimæ; vt acceptis aliquot locis, quibus constituendis delectæ aliquæ præ cæteris fidæ obseruationes sunt, vt putà ad Dies 19. 24. 26. & 30. proportio inter hos quasi limites coarctetur. Et transeundo quidem à proportione inter duos certos limites ad proportionem inter duos alia non magna plerumque deprehendetur consonantia; sed, vt deprehendatur præstat, quàm vt propterea vis obseruationibus vlla fiat.

Locus

Locus Cometæ, & Series motuum diurnorum ipſius.

M. DC. LIII. *Dies*, 18 *Ianuarii.*

Dies Decembris	Loca Cometæ ſecundum Longit.	Motus diurni Longitudinis	Loca Cometæ ſecundum Latitud.	Motus diurni Latitudinis	Motus diurni in propria ſemita.
	gr. min.	gr. m.	gr. min.	gr. m.	gr. min.
18.	☊ 19. 0.		A 57. 0.		
19.	11. 50.	7. 10.	41. 0.	16. 0.	16. 37.
20.	7. 31.	4. 19.	19. 22.	11. 38.	12. 4.
21.	3. 48.	3. 43.	18. 47.	10. 18.	10. 59.
22.	0. 48. 1. 8.	3. 0. 0. 20.	9. 30. 10. 14.	8. 30. 1. 4.	9. 55. 1. 1.
23.	♉ 28. 18.	2. 30.	2. 35.	7. 59.	8. 19.
24.	26. 31.	2. 7	B 3. 34.	6. 9.	6. 23.
25.	25. 10.	1. 21.	8. 40.	5. 6.	5. 17.
26.	24. 14.	0. 56.	12. 48.	4. 20.	4. 30.
27.	23. 30.	0. 44.	16. 19.	3. 21.	3. 36.
28.	22. 51.	0. 39.	19. 12.	2. 53.	2. 52.
29.	22. 16.	0. 35.	21. 37.	2. 25. Veſp.	2. 25.
30.	0. 12. 21. 45.	0. 31.	0. 45. 22. 22.	0. 45. Mane	0. 2.
31.	21. 16.	0. 29.	24. 22.	2. 0.	1. 4.
Ian. 1.	20. 49.	0. 27.	26. 6.	1. 44.	1. 47.
2.	20. 25.	0. 24.	27. 34.	1. 28.	1. 31.
3.	20. 5.	0. 20.	28. 48.	1. 14.	1. 15.
4.	19. 49.	0. 16.	29. 49.	1. 1.	1. 3.
5.	19. 37.	0. 12.	30. 38.	0. 49.	0. 50.
6.	19. 28.	0. 9.	31. 16.	0. 38.	0. 39.
7.	19. 22.	0. 6.	31. 44.	0. 28.	0. 29.
8.	19. 18.	0. 4.	32. 4.	0. 20.	0. 20.

Ad colligendum autem Angulum inclinationis circuli proprij ſeu viæ, ſemitæve propriæ Cometæ cum Ecliptica; itemque punctum Eclipticæ, quo ipſam interſecuit; exhibenda eſt vno proſpectu varietas ex variorum dierum locis inter ſe collatis deducta; vt quæ verosimiliùs fuerit tam inclinatio, quàm interſectio cum Ecliptica colligatur.

Habitus autem delectus eſt eorundem primorum, & vltimo apparitionis dierum vt pura 18. & 21. Decembris, & 8. Ianuarij eorumque ad quos proportiones motuum alligatæ ſunt, vtputa 20. 24. 26. & 30. ac paucorum præterea. vt 23. & 29. Decembris & 6. 7. Ianuarij Exhibenda paulò varietas videtur procedenda ab vno extremo pro inclinatione ad aliud per varia intermedia. Itaque

Ex

M DC XCII. *Dies*, *Ianuarius.*

Ex Die	Suppoſita Longitud. grad. min.	Latitud. grad. min.	& Die Veſpere	Suppoſita Longit. gr. min.	Larirud. gr. min.	Elicitur Inclinat. grad min.	Interſect. grad.min.
24. Veſp.	26. 31.	3. 34. B.	25.	28. 55.	2. 32. A.	68. 34.	27. 56.
24. Veſp.	26. 32	3. 37. B	22.		10. 0	69. 26.	28. 0.
24. Veſp.	26. 31.	3. 34. B.	23.	28. 33.	2. 22. B.	70. 49.	27. 50.
24. Veſp	26. 41.	3. 34. B.	22.	31. 8.	10.34. A.	72. 1.	27. 48.
26. Veſp.	24. 14.	12. 58. B.	20.	37. 55.	10.42. A.	73. 46.	27. 58.
26. Veſp.	24. 14.	12. 58.	22.	31. 8.	10.34. A.	75. 50.	28. 2.
24. Veſp.	26. 31.	3. 34 B.	23.	28. 10	1. 13. A.	74. 4.	27. 32.
30. Manè	21 45	21. 22.	22.	31. 8.	10. 34.	74. 43.	28. 13.
30. Manè	21. 45.	22. 22.	24.	26. 31.	3. 34.	74. 31.	27. 22.
30. Veſp.	21. 11.	23. 21.	26.	24 10.	13. 0.	75. 27½.	27. 36.
24. Veſp.	26. 31.	3. 34.	22.	30. 26.	12. 17.	75. 27.	27. 28
8. Ian. Veſp.	19 18.	31. 59.	22.	31. 8.	10. 34.	75. 54.	28. 27.
30. Manè	21. 45.	22. 21.	24.	26. 32.	3. 37.	76. 17.	27. 25.
30. Manè	21. 45	22. 22.	26.	24 14.	12. 58.	76. 17.	27. 29
8. Ian. Manè	19. 19.	31. 59.	21.	30. 26.	11. 7.A	76. 43.	27. 48.
8. Ian. Manè	19 18.	32. 4. B.	18.	49 0.	17. 0. A.	76. 47.	27. 48.
29. Veſp.	21. 5.	21. 59.	26.	24. 14.	12. 58.	76. 54.	27. 14.
26. Veſp.	24. 14	12 58.	24.	26. 31.	3. 34	77. 9.	27. 28
6. Ian. Manè	19. 29.	31. 16.	24.	26. 31.	3. 34.	77. 49½.	27. 19.
23. Veſp.	28. 33.	2. 22.	22.	31. 8.	10. 34.	78. 13.	27. 55.
6. Ian. Manè	19. 29.	32. 16.	29.	21. 53	21. 59.	78. 17.	26. 41.
29. Veſp.	21. 53.	21 59	26.	24 10.	13. 0.	78. 17.	27. 9.
7. Ian. Manè	19. 22.	31. 45.	30.manè	21. 45.	22 21.	78. 47.	26. 26.

Ex quibus omnibus inter ſe collatis, & expenſis, & quouſque omnino pleniùs explorentur, haberi poſſe videntur, Angulus inclinationis viæ Cometæ cum Ecliptica 76. grad. 20. min. Punctum Interſectionis Eclipticæ à via Cometæ, 27. grad. 50. min.

De Caudæ; aut mauis illius quaſi Barbæ directione, dici vniuersè quidem poteſt contendiſſe illam in ortum, ſeu plagam ipſi Soli oppoſitam; at præcisè ne oppoſita Soli abierit; an & quantum aut in Boream, aut in Auſtrum deflexerit, & antecedenter ne vel conſequenter ad Solem circulus per Caput perque eius quaſi axem traductus Ecliptieam ſecuerit, pronunciari certò defectu exquiſitarum obſeruationum minimè poteſt.

Nam quod Galtetius quidem dicit Cometæ Caudam ita ſe Die 18. habuiſſe dum in ortum tenderet, vt ſi aliunde reſpectaſſet orientaliſſimam flexuram Eridani, quæ infra Tropicum, hoc eſt, quantum quidem interpretari licet, vt ſi teſpectaſſet in Stellam Canis maioris, quæ ad radicem Caudæ eſt; hocce caſu circulus per Caput perque axē Cometæ traductus, ſic habuiſſet ſe, vt ſi tranſiiſſet per 18. gradum vt Virginis ſic Piſcium; ſicque fuiſſet facta directio quaſi à puncto Eclipticæ Solem conſequente duobus proximè Signis cum triente. Et quia poſteriùs non minùs obſcurè reſpondit turellexiſſe ſe eandem & Stellam illam Eridani fuiſſe in eodem Almicantarath: idcircò id interpretando, vt ſi tetendiſſet præter propter verſus Stellam, quæ in extremo pede poſteriorum dextro eiuſdem Canis, videri poteſt circulus tranſiturus fuiſſe circiter gradum 8. ♌ ſicque directio quaſi facta ab 8. ♒ conſequuta fuiſſe Solem vno circiter Signo cum triente. Vtcumque ſit vtroque caſu directio fuiſſet quaſi à puncto conſequente locum, in quo erat ☉

Cùm mihi autem viſa Cauda Die 23. ſic immutata, confuſaque fuerit, vt dicere ſolùm potuerim tetendiſſe illam præter propter verſus oculum Borealem ♉, ideò nihil quoque certi elici ex hac obſeruatione poteſt. Animi tamen gratiâ, ſuppoſito quod illam Stellam ex loco antè deſignato præcisè reſpectauerit, circulus interſecuit gradum 7. tam ♐, quàm ♑, ſicque directio quaſi facta à grad. ♐ 7. proceſſit à puncto locum ☉ conſequente Signis duobus & gradibus circiter quatuor. Quod ſi, vt fieri potuit non præcisè Stellam, ſed 3. aut 4. minutum Borealius ſpectauit, eo quaſi interſectio fuit, quaſi ad 13. ♌ & ♒, ſicque proceſſit directio, quaſi à 23. ♒, hoc eſt à puncto antecedente locum ☉ vno Signo cum triente. Ac vtroque quidem caſu conformitas quædam cum ſuppoſitis, deductiſque ex Galtetio; verùm nihil idcircò tutum.

Si poteſt quidpiam igitur aliquantò tutius haberi, id colligendum potiùs eſt ex Die 24. qua cauſa tetendit verſus extremum cornu Auſtrinum ♉, non præcisè, ſed nonnihil ad eius Boream.

Boream. Nam ſi retendiſſet quidem præcisè ad eam Stellam, circulus per Caput, axémque Caudæ, & Stellam traductus ſecuiſſet Eclipticam in gradu 11. ♊, & ↔ pariter; at quia te- *Divin, latendit paulò Borealius, ideò promotior interſectio in conſequentia fuit 3. aut 4. gradib. ac potest ideirco non prorſus incongruè reponi ad gradum vtriuſque Signi 15.* *M. DC. LIII. nuario.*

Itaque Caudæ directio ſic haberi poteſt, quaſi proceſſerit à 15. gradu ↔ hoc eſt, à puncto antecedente locum ☉ (qui tunc accedebat ad 4 ♐) gradibus 19. ſeu rotundiùs 20.

Accepto poſtmodum exemplo Bononienſium Theſeon, in quibus Cometæ loco deſignato Longitud. 8.grad. 25.min. Latitud. 30.grad. 25.min. dicitur Cauda eius texiſſe Stellam 3. Eridani lætatus prima ſpecie ſuni; at rem explorando non facilè fuit intelligere, quæ in illis tertia vocetur quæque prima Eridani, maximéque, cùm tertia deſignetur, quam Tycho recenſet primam paruulam nempe ſub Rigel, & dicatur Cauda occultare tertiam, quæ ſub Orionis planta, cùm depingatur tamen quaſi directa verſus Stellas Cinguli. Nihilominus retexendo primùm calculum ex iiſdem Stellis & deprehenſo loco ſicque Longitud. 8.grad. 41.min. ♊ ſecundum Latitud. 30.gr.41.m.A. cùm diſcrepantia videretur non magna viſum eſt hoc loco, & ſitu Cauda ſuppoſita Stella contecta intelligi ea, quæ à Tychone tertia recenſetur (& ſub nomine quidem ſequentis duarum aliarum) vti & prima ea, quæ recenſetur 2. loco. Cùm autem eius ſecundæ Stellæ Longitudo ſit 8.gtad. 23.min. ♊ Latitudo 29.grad. 52. min. Auſtralis Stella hoc poſito habuerat minus Longitud. quàm Cometa, & Cometa proinde fuerit, quàm ipſa orientalior, Cauda ipſum tegens non verſus Cingulum Orionis in ortum tenderet, ſed potiùs verſus Hyadas in occaſum.

An fortaſſis pictura fuit delineata poſteriùs, & cùm iam Cometa effectus eius occidentalior, Stellaque contecta fuit non quæ in Theſibus dicitur tertia, ſed quæ prima (ea ſcilicet quæ Tychoni ſecunda) certè ſi Cauda hanc Stellam texit directióque facta eſt verſus medium præter-propter Cinguli, pat eſt reputare interſectionem circuli per Caudæ axem traiecti ſecuiſſe Eclipticam circiter gradum 20. ♋ atque adeò etiam circiter 20. ♐ ſicque ſectionem fuiſſe in conſequentia 20. circiter gradibus. Sed vis fieret Theſeon verbis.

Parallaxin primſquam diſquiram, lubet admotare, ſi fuit quidem via Cometæ traiectio rectilinea, ſicque exſtitit quaſi Tangens (intellige circuli cuius ſemidiameter à centro Terræ terminetur in locum quo Cometa fuit tranſeunter terræ proximus) debuiſſe contactum fieri in eo interſtitio quod peragrauit Cometa ab eo veſpere Diei 18. Decembris, quo fuit primùm viſus, in Veſperam 19. Quia enim Tangens à contactu videri non poteſt vltra gradum 90. (imò ne videri quidem exquiſitè attingens ipſum) & ex quo tamen Cometa apparuit eo 1. Veſpere, confecit (poſito quòd locus conſtitutus non malè fuerit) confecit inquam ſecundum propriam ſemiram gradus 92 ÷. cùm & potuerit adhuc illi attribui iter non modò dimidij gradus verùm etiam gradus vnius, aut ſeſquigradus idcirco contactus accidere debuit 4 circiter gradibus citra locum, in quo viſus primus à Galterio eſt, itaque detractis ex via Cometæ 4. gradib. ac proinde ex latitudine eius proximè tantumdem, & ex longitudine paulò plus vno, ſequitur factum fuiſſe contactum proximè, cùm Cometa per eam primam Veſperam in 18.gr. 0.min. ♊ cum Latitud. 54.grad.0.min. Auſtrina.

Cùm exinde verò computata Cometæ via, locus extremus quo nobis apparuit, fuerit gradus ♉ 19. cum latitudine Borea 32. debuit via ab eodem contactu computata iuxta aliam qui ſub noſtro horizonte Quadrantem tum terminati in Lupi, ſeu Feræ vocatæ femore, tum Cometa per eam incedens viſibilis reddi in 19.grad.♈ cum latitud. Auſtrali grad.32. hoc eſt ad ipſum genu dextrum anterius Centauri: atque id quidem ſuppoſito pari tempore, quo nobis à contactu apparuit, ſub diem Nouembris 27.

Videtur deinceps pergendo debuiſſe tranſire proximè ad Auſtrum Auſtraliſſimæ Stellatum, quas Ptolemæi Pedes Centauri, vulgo Cruzerum, ſeu Crucem nominant; idque ſub diem Decembris 10. cùm iam motus eius diutnus foret circiter 4. graduum, & deberet paſſim eſſe obſeruatus; quippe iam tantus quantus nobis ſub diem Decembris 26. propè Stellas Pedis ſiniſtri Perſei conſpectus eſt; videtur & debuiſſe proximè nauis Argo tranſtra prætergreſſus, & ſub Veſperam Diei 17. peruenisſe ad puppim ac ſupra, ſeu ad Boream Canopi: vnde iam ad viſque contactum die inſequente 18. factum confecerit motu diurno gradus circiter 16.

Vtcumque ſit, debuit profectò parallaxis eius maxima circa ipſum contactum, ſeu cùm fuit circiter Columbæ conſtellationem contingere, quippe tum terris proximus, ac, vt probabile eſt, infra Lunam; tametſi non tantum depreſſus, quantum Regiomontanus habuit illum ſumm, qui aliunde vno die gradus non modò 16. ſed 40. etiam magni circuli, ſemiræve propriæ deſcripſit.

Hæc certè parallaxis cauſa eſſe non poſſtema videtur cur non videatur debita quædam ſeruata proportio in decremento motus per eos primos dies, ac potiſſimum à 18. in 19. reſpectu 19. in 20. & maximè quidem cùm Refractio compenſationem facere, quæ irregularitatem illam excuſet, non potuerit. Sed res poſteriùs examinanda.

Interim verò quia literas à Bullialdo accipio, quibus recipit ſe demonſtraturum ex ſuis, & communicaris aliquibus mearum, alioróunque obſeruationibus caruiſſe Cometam parallaxi; ac ſimul habeo ex eius literis Vanlangrenum Bruxellæ obſeruaſſe Cometam in eadem linea cum duabis Stellis Pedis ſiniſtri Perſei eadem Die 26. Decembris, qua viſus eſt & nobis in eandem conſiſtere; ideò expectando quatenus & ex quibus ille demonſtraturus ſit, iuuat heic proludere, quid ex obſeruatione vtrobique facta poſſit & colligi maximè quidem cùm obſer-

M. DC. LIII. *Dinia, Ianuarii.*

uationes à me factæ satis idoneæ non suppetant, ex quibus ad diuersas horas peractis colligi possit nulla-ne, an aliqua. & quanta parallaxis exstiterit.

Itaque cùm altitudo Poli Bruxellensis sit gr. 50. min. 48. & differentia meridianorum Bruxellas inter & Diniam sit vel ex ipso Bullialdo min. hor. 11. sequitur primùm vt quia Langerenus spectauit Cometam in ea linea hora eius Vesperæ 5 1/2. Ego hor. 5 1/4. sequitur, inquam, vt Dinia exsistente orientaliore, ego attenderim 16. minutis horæ, priusquàm ille. Sequitur quoque vt illi quidem Cometa altus supra horizontem tum fuerit gradibus 48. min. 52. mihi 46. grad. 46. min. hoc est fuerit nobis medium præter-propter accipiendis, graduum proximè 48.

Et quia exsistente aliunde differentia Latitudinis locorum 6. gr. 42. min. &c. respondentibus vni gradui, ex Snellij supputatione, & correctione nostra adhita) in ipsa terræ superficie milliaribus Italicis 73. Sequitur, vt arcus itinerarius Diniam inter & Bruxellas, meridianis non longitudine dissidentibus sit milliariorum Italicorum 489. ipsisque respondeat Chorda itineraria milliarium 428.

Ac rursus quia motu diurno à Die 25. in 26. exsistente 4. gr. 30. m. & à 26. in 27. 3. gr. 26. min. sequitur, vt accepto medio, cuiusmodi congruit obseruationum tempori fuerit 4. gr. 3. min. atque adeò, vt illis 26. minutis tempus quibus Langereni obseruatio fuit mea posterior, Cometa fuerit interim progressus in proprio quidem circulo min. 4 1/4. secundum latitudinem verò min. 4. & secundum longitudinem min. 1 1/4.

Sed vt habeam primùm rationem solius Latitudinis, quatenus alter ad Austrum, alter ad Boream fuimus, & dici potest Cometa passus pro locorum diuersitate parallaxin minutorum quatuor. quatenus illum in eodem Cæli loco vterque vidimus, cùm si catuisset parallaxi videre ipsum Langerenus debuisset non in eodem loco, quo ego, sed quatuor minutis promotiorem in Boream; ac ideò illum videtit quatuor minutis Australiorem; idcircò supposita Terræ semidiametro ex eadem supputatione milliarium Italicorum 4177. suppositoque Cometa tantum alto, quantum est Luna, dum infima est, hoc est, iuxta Tychonem semidiametris Terræ 52. seu milliaribus Italicis 217204. Sequitur. vt memorata aliunde chorda adhibita angulus ad Cometam, à lineis ex nostrùm vtroque ductis creatus fuerit 0. gr. min. 6. sec. 48. sicque Cometa fuerit parallaxin latitudinis passurus 6. min. 48. sec. hoc est tribus propè minutis maiorem, quàm reuera passus fuerit; itaque fuit tunc supra Terram euectior, quàm ☾ dum infima est.

Quin-etiam supposito Cometa tantum euecto, quantum ☾ dum celsissima remotissimaue est à Terra, vt putà terrenis semidiametris 61. seu milliaribus Italicis 254797 colligitur pari ratione angulus parallaxeos latitudinis 0. grad. 5. min. 48. sec. hoc est duobus adhuc propè minutis maior, quàm creatus nobis fuerit. Quamobrem fuit quoque longè supra etiam cùm remotissima est à Terris euectior.

At supposita parallaxi latitud. 5. minutorum præcisè, quantum igitur fuit euectus supra Terram Cometa? Respondeo ex eodem ratiocinio colligi euectiorem milliaribus Italicis 368966. atque adeo Terrenis semidiametris 89. Et hæc tolutim de Cometa.

FINIS.

MERCV

MERCVRIVS IN SOLE VISVS, ET VENVS INVISA Parisiis, Anno M. DC. XXXI.

Pro voto & admonitione Kepleri.

EPISTOLÆ DVÆ

CVM OBSERVATIS QVIBVSDAM ALIIS.

EPISTOLA PRIOR de viso Mercurio.

Præclaro, & amico viro VILLELMO SCHICKARDO, *in Academia Tubingensi Professori Hebraico,*

PETRVS GASSENDVS S.

EN, mi SCHICKARDE, Gallicum, eundémque Cœlestem Mercurium. Optâras illum tibi, mihique non inconspicuum fieri. Tu, quid tibi contigerit, significabis pro otio; ipse differre longum non potui, quin te certiorem faceremm meæ qualiscumque fortunæ. Si quicquam profuit, diligentia fuit, quâ, Argi periculo cautus, lumina habui composita aduersus medicatam virgam. Dolosus certè Cyllenius id prouidisse videbatur, vt nobis aut prorsùs inuisus, aut incognitus præteriret. Videlicet inducta latas caligine terras occuluerat; ac tum maturiùs ingressus est, quàm sui spem nobis fecisset; & qui ipse deducit vmbras, vmbra tenuior apparuit. Verùm assuetus technis illius, etiam-num ab infantia, reuelandis, Apollo fauit; effecitque, vt qui accedens latere nos potuerat, non recesserit planè ignoratus. Quippe licuit, vel aufugienti, Talaria premere tantisper, ac percontari interea, quid tanto Deorum nuncio, tanto Atlantis nepote dignum ex Cœlo vsque renunciaret. Vt paucis dicam, fœlicior fui, quàm tot illi Hermetici, qui fruſtrà Mercurium in Sole requirunt. Εὕρηκα καὶ ἐνίκησα: inueni, inquam, ac vidi illum, vbi hactenus nemo viderat. Vidi, non in subselliis lacteis cum Philologia celebrantem nuptias; sed imperium iam affectantem, & quasi gloriantem

In Phœbi solio clarùs lucente Smaragdo.

Quid ludo tamen, cùm tu rem seriò explicari desideres? Ecce igitur, quando calamum, quasi caduceum præ manu habeo, exseribo tibi, ὡς ἑρμαϊκῶν, quæ nuperrimè attexebam meis Commentariolis. Ea sic habent,

Discus Solis cum traiiciente Mercurio, prout intra obscuram Scenam se inuerè in Circulo citra Telescopium obiecto exhibuit.



Ad Annum 1631. & diem 7. Nouembris, Stylo Nouo Manè, Parisiis.

Edita superiore anno *Ioannis Keplerì Mathematici Cæsarei Admonitio ad Astronomos, reriúmque cælestium studiosos. de rarâ, mirisque anni 1631. Phænomino, Veneris putâ, & Mercury in Solem incursu*; ipsa me quoque admonitum fecit. Quare rempore accedente, quo Mercurius antegressus incurrere in Solé debuit, eadem me sub obscuro tecto ratione composui, qua in Solis tum Maculis, tũ Eclipsibus obseruandis soleo. Circulus albus, quo Solis radios citra Telescopium excipiebam, æquabatur diametro dodranti pedis Parisiensis. Diametrum distribueram in particulas 60. vt cùm Solis diameter esset minutorum proximè 30. quælibet earum particularum foret vnius dimidij minuti, siue 30. secundorum. Circumferentiam ab vtroque diametri fine distinxeram hinc inde per integros gradus. Adhæc, quempiam præfecerã in suppolita camera altitudini Solis confectandæ. Is Quadrantem moderabatur radij propè bipedalis, & arcus diuisi per transuersas lineas; monitus à me, vt quamprimùm pede impacto signum darem, fixam haberet tũ occurrentem Solis altitudinem. A Die portò 5. adesse obseruaturus volueram: ea tamen tota pluuia fuit. Dies 6. manè nebulosa; & cùm ab hora circiter octaua in pomeridianam primam fuisset varia; exinde tamen ad noctem vsq; fuit prorsùs obscura, & per vices pluuia.

Ipsa Die 7. Cælum ab aurora varium, sed maxima parte nubilosum: Paulò ante horã 8. visus Sol inter crassiores nubeis dehiscenteis; sed rarioribus adhuc obuelatior, quàm vt seu in ipsius disco, seu in obiecto circulo aliquid interstingueretur. Apparebat tum supernè Coronæ vestigium, variegatione satis confusa. Ea per horam ferè durauit. Flabar frigidior Africus, vespere quoque iam persæuerans. Accedente autem hora 9. cùm Sol nonnihil inclarescceret, pingeretur-que in circulo, quidpiam subnigrum deprehendi. Id eo erat situ, vt prædictæ diametro verticalis planum referenti foret tantillùm ad Orientem, qua parte dicta diameter non multò amplius sui quadrante ab inferiore extremo erat. Hoc tamen crassè subnotaui: siquidem longè aberam, vt suspicarer Mercurium rantillam proiicere vmbram. Nempe ea erat exilitate, vt diametro sua vix superare videretur dimidium vnius expectatum particularum. Rebar potiùs maculam esse, quæ tametsi die præcedente notata in Sole non fuisset, nihilominùs ex eo tempore subnascì perinde potuisset, ac factum aliàs compereram.

Redeunte Sole sub horam 9. diametrum circuli direxi per cogitatam maculam; exploraturus putà illius à circuli centro distantiam, ac sperans, si fortè Mercurius exoriretur postmodùm, ipsam cum illo variè conferre. Siquidem lætabar occasionem natam, quâ, si res foret alibi pari ratione obseruata, pronũciari aliquid posset de parallaxi vtriusque vel perexigua, vel etiam nulla. Competi ergo illam distantiam particularum sexdecim. Sensibili mora interposita, ac restituto iterùm Sole, diametrum direxi, vt priùs,

obseruaui

obseruauique dictam distantiam ampliorem factam particulis quatuor. Tunc conturbatus, cogitare cœpi maculam vulgarem non esse, vt quæ vix fuisset vberius spatium integro die confectura. Ac subdubitabam quidem; sed persuaderi vix poteram ipsum esse Mercurium; adeo me exspectatio amplioris magnitudinis detinebat præoccupatum. Hinc hærebam, an non potuissem aliqua ratione deludi circa acceptam antè distantiam. At cùm Sol iterùm alluxit, propositámque distantiam productiorem duabus particulis reperi (iam enim erant viginti duæ) tum demum sum ratus bonis auibus adesse Mercurium. Itaque statim pede pulsare, cogirans per varia momenta proportionem motus venari; sed meus ille nescio quò, aut quid actorus diuerterat. Inclamatum, ac bona forte satis tempori ante finem reuocatum, seriò admonui, vt se compararet ad extremum actum.

Dum ille redit, ipse interea sum rimatus attentiùs Mercurij magnitudinem, donec hiscentes bis, terve nubes nitere Solem permiserunt. Vmbra extrema dilutior erat, aliquantulúmque rubescens (vti macularum mos est) cùm interior pars foret nigricantior: sed ad vaporum interiectorum, vitrique naturam ista retuli. Medium, quà licuit, variè inserui prædictis illis particulis, quò ipsius diameter cum Solari composita proderet mutuam proportionem. Cæterùm habita ratione dilutissimi etiam limbi, Mercurialis hæc diameter vix potuit quicquam excedere particulæ vnius bessem, hoc est minuti tertiam partem, seu mauis secunda 20. Quare & diameter Mercurij non maior parte nonagesima diametri Solaris est visa. Si quidpiam fuit circumlibatum ob densitatem aëris, tum fuerit vnius particulæ dodrans: profectò hæc illi magnitudo summa, vt fuerit diametri Solaris vna pars octogesima. Non memoro in Sole ipso obscurum solùm hiatulum visum (per Telescopium intellige) cuius cum Solis diametro suprà tentârim comparationem.

Si quicquam egregiè adnotatum habeo, ipsum tempus est, quo Mercurius à limbo Solis medius exceßit. Tunc enim Sol præcipuè clarus (etsi non diu clarueris) ipsíque eò fui præsertim attentus. Itaque prædictus excessus contigit alto iam Sole 21. gr. 44. m. ex quibus si detraxeris 5. min. ob refractionem (certè & in ipsa meridie Sol altus deinceps grad. 24. min. 58. eleuatior æquo est visus minutis propè 4. respectu saltem habito obseruationum æstiuarum) restitueris verò propter parallaxin Tychonicam minuta 3. prodibit correcta Solis altitudo 21. grad. 41. min. Túmque si ex hac, & ex declinatione Austrina Solis 16. grad. 19. min. (vtpote Sole occupante 14. grad. 42½. min. ♏) itémque ex eleuatione Poli Parisiensis 48. grad. 52. min. ratiocinari libeat, perspicuum euader Mercurium excessisse è limbo Solis prædicta Die 7. Manè, hora 10. min. 28.

Regio excessus in circulo, meridiem inter, & exortum; quamobrem & in ipso Cælo, Septentrionem inter, & occasum fuit. Quantum præcisè ea limbi pars distiterit à diametro verticalem repræsentante, iurare omninò non ausim. Quippe Sol tempore tam breui ante hunc excessum illuxit, & ipse adeò intentus fui prædicto signo exhibendo, adeò promptus ad accurtendum, vt viderem ipse, num probè se altitudo Solis haberet, vt non satis notarim punctum, è quo factus est exitus. Aut fallor tamen, aut is fuit inter 32. & 33. gradus. Memini enim non longè abfuisse à gradu 35. an citra tamen, an vltrà fuerit, hoc est, quod doleo non adnotatum. Vtcumque sese res habuerit, suspicio ad illud propendet. Hoc si verum sit; quia tunc angulus Eclipticæ cum verticali exstitit grad. 56. min. 47. sicque areus limbi Solaris Mercurium inter, & Eclipticam fuit grad. 14. min. 17. debuit excedens Mercurius fortiri latitudinem Borealem min. 6. sec. 20. occupans interea grad 14. min. 18⅞. ♍. Suppono autem ex Keplerianis præscriptis semidiametrum Solis min. 15. sec. 25.

Quòd si præterea supposuerimus motum diurnum, Solis quidem 1. grad. 0. min. 29. sec. Mercurij verò retrogradi longitudinis 1. gr. 20. min. latitudinis 20. min. Exinde sequetur Nodum visum fuisse in grad. 14. min. 52. ♍. Mercurium que illum præteriisse hora 2. min. 31. à nocte dimidia; cùm Sol esset in gr. 14. min. 21½. ♍. sicque Mercurius ab eius limbo secundùm propriam semitam distaret min. 17¼. Sequetur etiam, componendo motus obuiantium sibi Planetarum, hoc spatium percurri debuisse horis 2. min. 57. quibus additis ad prædictum tempus à media nocte præteritum, proditur hora 5. min. 28. tempus scilicet, quo Mercurius subire Solem debuit; cùm esset latitudine minutorum 2. sec. 30. (vt putà quasi existens in limbo Solari ab Ecliptica grad. 9. min. 20.) longitudine verò occuparet grad. 14. min. 44. ♍. ac Sol tum esset in grad. 14. min. 28½. eiusdem. Sequetur demum, si ex tempore excessus hor. 10. min. 28. detraxeris tempus ingressus hor. 5. min. 28. remanere moram Mercurij sub Sole horarum præcisè 5. (quod etiam tempus elicitur ex semita Mercurij reducta ad Ecliptices min. 29½.) atque adeò, cùm dimidia mora fuerit hor. 2. min. 30. veram Coniunctionem celebratam fuisse paulò vltra semitam mediam hora 7. m. 58. cùm vtrumque Sidus esset in grad. 14 min. 361 ♍. & Mercurij latitudo foret min. 4. sec. 50.

Porrò, cùm ex Admonitione, Ephemeride, Tabulis, eadem vera Coniunctio celebrari debuerit in meridiano Vraniburgi hora 1. min. 17¼. tempore æquabili, hoc est tempore apparente, hora 1. min. 27½. à meridie: atque idcircò detractis inde min. 40. ob assignatam ipsi Keplero meridianorum differentiam, fieri debuerit Parisiis min. 47½. à transacta meridie; prodit sese calculi error horarum 4. min. 49½. patéreque Mercurium obseruatum fuisse tum à Sole excedere, cùm debuerat paucis minutis, iuxta calculum, subiisse Solem. Præterea cum eadem Coniunctio prædicta fuerit celebranda in gr. 14.

min 49. ꝟo. manifestatur calculi error in motu longitudinis minutorum 13. Ad Latitudinem quod spectat, ea assignata fuerat tempore eiusdem veræ Coniunctionis, m 5. sec ½ 5. Cùm assignata verò à nobis exstiterit vno min. 5. secundis contractior, an ista quoque differentia calculi error habendus esti: an ea potuit propter diurnam parallaxin contingere? An denique creata est, quòd nos non satis fuerimus attenti? Id suspicarer, nisi posſem propemodum asseuerare, ex eo, quod à nobis aberrari potuit, latitudinem ampliùs decurtandam. Quicquid sit, valdè adhuc mirum, potuisse Mercurij motus in tanta illa obseruationum difficultate, ac penuria, ita cogi in numeros, vt locus tam paucis minutis, tempus verò tam paucis horis præter verum abfuerint.

Cælum deinceps magis, magisque setenati cœptum est. Altitudo meridiana Solis obseruata est, vt est antè dictum. Cœpit aër rursum turbari sub horam à meridie 3. Ad hotam 5. fulguratuit, tonuit, ac pluit satis valide. Id prædixissent Astrologi (nimirum Iudiciarij) si peracta Coniunctio fuisset in Signo aëreo, non aqueo, qualis habetur Scorpius.

Hactenus describo, præclare Schickardi, quæ peracta obseruatione in Commentaria retuli. Sic moris habeo, sic exigit fides, quoties tibi quicquam impertior. Quæ sum ibi ratiocinatus, præter obseruationem sunt: verùm ea sum erga te mente, vt quæ calamo properante, ac præ magna auiditate rei cognoscendæ contexui, tibi non inuidenda dutcam. Tu subtiliùs omnia disquites, ac tua cum obseruatione (si vobis quidem fuit Sol propitius) pro tua solertia conferes. Erit certè quod deseruire instituto tuo Geographico possit, si momentum excessus fuit aut istic à te, aut aliis in locis peritè acceptum. Quippe locorum interualla parallaxin fecisse debent aut nullam, aut adeò exiguam, vt ea neglecta rem parum turbet. Nullam, aut perexiguam dico; quando iam constat Mercurium Venere in eo situ remotiorem esse, ac ipsi Soli circunduci; & tam propinqua credita nostris anteceſſoribus Siderum horum distantia meritò vocatur in dubium. Si de ea fortè consticerit, etiam perexiguæ illi parallaxi sua perinde, atque Lunati, dum Sol Eclipsin patitur, adhibebitur emendatio.

Cætera prætereo, sed ipsam Mercurij magnitudinem, vel potiùs quasi τὸ ὑμμέδιον exiitatem tacere non possum; quando eá delusus tantopere sum. Quis verò sibi persuasisset potuisse Mercurium in terris appellari τριπλάσιον, eundemque posse iam in Cælis τριπλάσιον apparere? Ego certè licet iam noram plurimùm detrahendum esse ex apparente mole Stellarum, ob excurrentes radios (quippe & ipse aliàs legisti in quibusdam meis ad Keplerum literis, qua ratione deprehendissem diametrum Iouis, etiam acronychij, minuto maiorem non esse) nihilominus hoc animo mihi non satis defixeram, fore vt Mercurius factus Perigeius sub exilitate tanta appareret. Fouebat præoccupationem, quòd in allata ad me pridie noua Lansbergij Vranometria, obseruassem celebrem virum, mentione facta Telescopij, relinquere adhuc Mercutio in media à terris distantia diametrum duorum minutorum. Nimirum sexta minuti parte contractiorem facit, quàm Tycho; qui aliunde adiecerat fore vt Mercurius præcipuis Stellis affixis antecelleret, si liber à Crepusculi claritate conspiceretur. Quin etiam memoriæ hætebat, quod ipse alias Mercurij Sidus cum Arcturo comparans, anno putà 1611, die Octobris 10. dum ex horizonte Aquensi eodem propemodum momento sub auroram emergerent, vix vllam notare potuisse magnitudinis differentiam. vt neque rutili coloris (nisi quòd Mercurius nonnihil flauescentior iudicabatur) ex quo subibat cogitare, quàm meritò is fuisset φίλιππος, à veteribus nominatus.

At nihil cunctandum iam est, quin longè ampliùs ex apparente Siderum magnitudine, quàm ctedi potuisset, demendum occurrat. Nam illa quidem methodus mea ex comparatione ad diametrum Lunæ, aliquantum profecerat: quòd ea tamen ex sola visus æstimatione perageretur, neque pateret ad circinum, nihil exinde accuratum. Prætereo autem (seu Etrantium, seu Affixarum corpuscula, quantumuis per tubum conspecta, non videri prorsùs exuere magnitudinem accititiam: quando tunc etiam vt clarum est, luculà circumamiciuntur. Nunc quoniam Mercurius (perinde ac Luna dum Solem obscurat) & diametrum suam circino subiecit, & imponete sua luce non potuit: constat profectò euidentiùs quàm nimio maior magnitudo tum illi, tum cæteris propter circumfusam lucem affingatur. Poterant etiam Veteres id ex Luna subodorati, quæ & in Eclipsi priuata splendore, minor apparet, quàm orbe plena; & donec μηνοειδὴς est, arcu portionis splendidæ maiorem arguit ambitum, quàm demonstret arcu obscuræ (fuit alia nobis posteriùs germanior causa visa) Sed quòd illi ne causam quidem huius rei perquirerent; longè aberant, vt credere possent vnamquamque Stellam specialit sibi aëre conspergi, qui splendore combibito, ipse colluceſceret; cùm ne de ipsa quidem Luna id ausi fuissent suspicari.

Etiam Epicutum derideant, quòd existimarit posse Sidera minora esse, quàm appareant. Certè quod ex ipsis apparet, totum penè est amplitudo spuria; & quæcumque illi fuerit intellecta consequutio, saltem assumptum argumentum ex lucidis rebus eminus conspectis, planè assumendum iam est. (Nobis sanè germanior causa ex pupilla dilatiore in tenebris, & grandiore proinde luminosi specie in Retinæ fundo, deducta habetur in Epistolis *De apparente magnitudine Solis humilis, & sublimis*; & *de proportione, qua gravia decidentia accelerantur*; ittémque in Physica cùm de magnitudine Siderum agetemus) Quippe vt nocturnorum ignium species augeſcit ex interuallo, quòd vicinus aër splendeſcens non diſcernatur vel ipsi Lynceo

à flam

à flamma, cui circumiacet: ita nihil dicas commodius, quàm impendio magis grandescere Astra, quòd ea circummestiens crassiusculà aura sic refulgeat, vt oculus ipsam à corpusculis circumobsessis non distinguat. Deridebat etiam Aristoteles, ac simpliciùs appelleret eos, qui ideò putant Astra pusilla, quòd pusilla hinc conspiciantur. Saltem, quòd fuco illo deterso minutissima conspiciantur; erit quòd ipse illa puter incomparabiliter minora, quàm Mathematici declamarint. Vnus Keplerus suppetias venit, dum quanto magis Planetæ decrescunt, tanto eos longiùs à Terra abducit. Immane tamen, quàm altum iam effetendus Mercurius sit: cùm ne assumptum quidem inper spatium maius duodecuplo, quàm Ptolemæus constituisset Solis à Terra interuallum, instituto sufficiat.

Quos proportiones harmonicæ semel probatæ non sic afficient, ij, nisi velint Planetarum interualla amplificare, Dij boni, quàm necesse est magnitudinem illorum imminuant! De vno nostro Mercurio loquor. Faciebat Tycho illum Terrâ minorem decies nouies, Lansbergius duodecies: faciant iam vlteriùs minorem, hic quidem plusquam bis millies quinquies, ille plusquam quinquies millies sexcenties. Id fortè minùs improbandam opinionem Arabum faciet, qui ex placitis Ptolemæi Mercurium Terrâ minorem ducebant circiter triccies millies; at ipsis vicissim in tanta vicinia sic necesse est decrescat Mercurius, vt rursum Terrâ minor euadat plusquam quinquagies centies millies. Videlicet Tycho contendit diametrum Mercurij, cùm in mediocri interuallo distat à Terra 1150. semidiametris terrenis, apparere quasi partem diametri Solaris quatram decimam; Lansbergius, cùm distat semidiametris terrenis quam-proximè 1500. apparere quasi partem eiusdem quintam decimam; Alphatabius, & Alfraganus, cùm distat semidiametris terrenis 115. tantulam etiam apparere. Atqui iam constat diametrum Mercurij in mediocri saltem distantia non esse habendam ampliorem quàm partem nonagesimam eiusdem diametri Solaris.

Ex hoc intelligere licet num Maiores nostri lepidè requirerent, cur Venus & Mercurius, perinde ac Luna, Eclipseos Solis causa non essent. Ac ipsi quidem causam reddebant, tum quòd hæ Stellæ diaphanæ essent, atque ideirco traiectioni lucis Solaris non officerent; tum quòd totæ lucidæ forent, sicque nihilo lucidiores, quàm ipse Sol conspicerentur; tum maximè quòd Venus quidem esset duntaxat centesima pars, Mercurius verò ducentesima, circiterve disci Solaris, sicque Sol parte tantula nihilo fieret obscurior. Verumtamen, vt nihil dicam de duabus prioribus causis, quas falsas esse Mercurij vmbra, nigricatiáque iam declatauit; quæso, quod spectat ad posteremam, quid non dicturi iam fuerint, cùm Mercurius vix sit censendus pars septies, aut octies millesima disci Solis? De Venere idem coniector. Sperauit Keplerus eam appaituram diametro septem minutorum, hoc est quasi partem $4\frac{1}{7}$. proximè diametri Solaris; ex quo sequeretur Venerem visum iri nobis sub Sole occupantem totius disci partem decimam septimam. At ego sperare vix audeo diametrum Veneream vnius integri minuti: sicque opinor Venerem vix occupaturam partem nongentesimam, aut etiam millesimam disci.

Hinc Keplerus optimo iure eanat iam palinodiam de viso aliàs, seu à se, seu ab aliis, in Sole, Mercurio. Nempe dicere possumus hoc nobis primùm fuisse concessum; quando quoties Mercurius συμπτικῶς Soli coniunctus in hunc vsque diem fuetat, aur nemo satis aduerterat, aut nullus exortus Galilæus Telescopium paraueiat, sine quo res fuit planè inconspicua. Ipse profectò id hac vice pertentare conatus sum, vt nudo obturu videremm Mercurium: at planè frustrà, etsi fauebant rariora illa nubila splendorem Solis obtundentia. Qui verò potetat Mercurius triente minuti non maior conspicabilis fieri, cùm ne macula quidem densa integro minuto, ac triente maior, conspici nudo visu possit; vt mihi certè contigit cum aliàs, tum præsertim anno 1611. circa diem 10. Septembris quantumuis aciem intenderem, & macula in limbum vergente, & fulgore Solis retuso ob vapores oceiduos? Neque nos mouere Abenroës debet, cùm duas sibi in Sole visas nigricanteis maculas nartat, quo tempore Mercurius sub Sole esse debuerat. Siquidem neutra macularum poterat corpus esse Mercurij, sed maior quæpiam alia ex eo genere, quod familiare iam cuasit. Namque & ipse Galilæus quandam similem sibi visam, aliisque monstratam nartat citra Telescopium; & Keplerus re cognita tum pro Mercurio maculam Annalibus noltris ereptam restituit: tum quem putarat pari ratione conspectum sibi Mercurium, maculam demum fuisse agnouit.

Attexam-ne quod mihi in mentem intet obseruandum occurrit; sanè subibat tum meditari, qui fieri posset, vt Astrologi tantulum Mercurij corpus dignum esse existimarent, qui tantæ Solis maiestati propè ex æquo statueretur? Equidem, si audiendi forent, non iam Pygmæus, sed penè pulex videbatur mihi cum Gigante contendere, tum de moderandis rebus cæteris, tum de distribuendis hominum fortunis. Pergebam fallaciam Trutinæ Hermetis posse vel hac demum ratione ad improbum omne examen transferri; quòd leuissima Hermetica lanx Apollineæ grauissimæ iudicaretur æquipatari. Cogitabam, si tum Mercurius haberet quidpiam virium, qua ratione illud à tanta, tamque potente Solis virtute non perinde obrueretur, ac vis guttulæ aquæ, dum coniicitur in situlam vini. Non demirabar Mercurium indifferentem vulgò habeti ad bonitatem, & malitiam; id stupebam dici de Sole, cuius vim planè beneficam nemo non probar, nisi ingratus. Subridebam hominum fata ex tam tenuibus filis contexi: ac suppudebat leuitatis, qua tam multi ad ea nascendæ animum seriò appellerent. Considerabam, si quispiam nunc nasceretur infantulus, qui se

se deterius habere posset ob Mercurium, vel potius Mercuriolum in corde Solis. Habebam illum Retrogradum, ex Saturni radio recentem, in Quadrato ac domo Martis, in Lunæ propè oppositu, & quæ sunt his similia : at mihi tamen insusurrabam, quàm absurdè tunc iuxta illos, infœlix infans desingnaretur, ac Patræ ipsi tum necterent infortuniorum genera varia, circa literas, mercaturam, diuinationem, & cætera. Adiiciebam, quàm facilè omnia hæc omnia auertentur, si fortè,

Ecce auia, aut metuens Diuûm matertera cunis
Eximat hunc puerum, frontémque, atque ora labella
Infami digito, & lustralibus antè faliuis
Expiet, ventesù oculos inhibere perita.

Sed apage ab istis nugis.

Illud potiùs curandum foret, quòd Astronomi conturbandi sint ob insperatam hanc paruitatem. Notum enim quàm multos iam mouere lapides oporteat, vt Systema Harmonicum ex globis Planetariis constet. Ipse est Mercurius Musices inuentor, qui falsitatem prodidit creditarum consonantiarum. Veritas ergo vel nuda vincat, & quæcumque τῶν φαινομένων, non consonare deprehendentur, ea deuium sunto dissona. Prouideant verò, si qui contendent machinam luxatam firmare, non rem visam ad ratiocinia; sed ratiocinia ad rem visam bona fide pertrahere. Hæc quippe vna legitima philosophandi methodus est, si quis naturæ suum ingenium, non ingenio suo naturam, quo decet candore, submittat. Quæ enim placita tam multa, tamque portentosa crebrescunt, ἐκ φιλαυτίας ortum habent; dum sibi quisque ob sua inuenta, vel somnia potiùs gratulatus, naturam totam, quàm sua commenta in errore versari mauult. Hinc etiam inconstantia illa, quam testentur necesse est, qui volunt agere sinceriùs, dum eludente passim natura quas iniicimus compedes, necesse est erebertimè quæ artiserint, improbentur. Itaque simpliciùs agamus, ac nisi nobis constiterit quotsum, aut qualis symmetria inter cælestes globos habeatur, contenti simus quibus fruì licet, ac relinquamus posteris quod ipsi adiicere possint. Multa habemus supra Maiores; quid inuideamus Minoribus, si sint supra nos multa habituri? Iuuemus illos potiùs quibus subsidiis possumus : cùm enim sæpius iteratas obseruationes habuerint, tum demum fortè intelligent, quod nos defectu obseruationum non possumus non ignorare. Vis dicam verbis Senecæ? *Veniet tempus, quo ista, quæ nunc latent, in lucem dies extrahat, & longioris aui diligentia. Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur.*

Sed heus de re adeò exili quàm copiosa vetba profundo! An Deus ille facundiæ mevi quadam verbositatis sub pusilla specie animatum volnit? Nihil erat apud te opus agitante illo incalescere : sed ob temperandum ἐνθουσιαμῷ fuit. Tu boni omnia consule; ama me, vt facis, perpetuum; & amicum Lanzium saluta. Parisiis 4. Eid. Nouembris anno M. DC. XXXI.

POST-SCRIPTVM.

Eclipsis Lunæ Diei sequentis.

Nihil perscribo de Eclipsi Lunæ, quæ nudius-tertius, seu postridie visi Mercurij contigit. Eodem enim vento constante, crassæ adeò nubes obfuere, vt totius spectaculi vix quicquam fuerit ἐν φαντασίᾳ. Initium certè Eclipseos videre nullo pacto licuit. De Fine hoc solùm possum dicere, accidisse illum post horam 13. min. 13. ac ante horam 13. min. 35. Siquidem Luna nondum erat restituta omnimodè, seu superesse adhuc videbatur sesquidigitus, aut aliquid ampliùs, cùm inter nubeis emicans, alta esset versus occasum, & secundum sui superiorem limbum grad. 55. min. 20. Visa verò fuit pleno orbe fulgens, cùm post-modum interluendo, idem limbus superior fuit grad. solùm 50. min. 0. Expressiùs fortè aliquid de Emersione prima proferrem, nisi adnotatum haberem illam proximè contigisse, cùm Luna promota vltra meridianum tribus circiter gradibus, alta foret supremo limbo gr. 57. min. 50. Nempe seu nubes densiores fuere, seu in tam veloci illarum transcursu remi peregi præpropetè, seu non exquisitè notaui, consignauique numeros, ipse mihi iam negotium facesso, cum arcum ex altitudine Æquatoris 41. grad. 8. min. & declinatione Lunæ 16. grad. 58. min. (habito scilicet respectu acquisitæ iam latitudinis Borealis, idque secundùm Tabulas) æqualem inuenio correctæ altitudini grad. 58. min. 6. detracta putà semidiametro min. 15. & restitutis, ob parallaxin, min. 31. perinde ac si Luna tunc fuisset exquisitè in meridiano.

Vnum Totalis Immersionis momentum primum superest, de quo certius aliquid habeam. Etsi enim tunc temporis Fixarum Stellatum nulla est conspecta : attamen tum ipsa Luna sese ad Orientem fecit satis conspicuam; tum Sidus Iouis meridianum aliquantulum prætergressi, sub luce maligna nonnihil enituit. Itaque subeunte Luna plenas tenebras, summus eius limbus fuit altus 52. grad. 0. min. & eodem tempore Iupiter 43. grad. 25. min. Quoniam verò Luna tunc supponitur fuisse in 15. grad. 45. min. ♉ cum ne vno quidem integro minuto Australis latitudinis; ac proinde habuisse declinationem Boream 16. grad. 36. min. cum Ascensione Recta grad. 43. min. 16. idcircò ex correcta eius altitudine 52. grad. 21. min. (putà detracta semidiametro Lunæ min. 15. ac restituta parallaxi min. 36.) & ex Asc. R. Solis 223. gr. min. 44. elicitur hora 10. m. 22 $\frac{1}{2}$. à meridie. Pari ratione quoniam Iupiter supponitur fuisse in grad. 11. min. 1. ♈, cum latitudine Australi grad. 1. min. 34. ac proinde habuisse declinationem Boream grad. 20. min. 44 $\frac{1}{2}$. cum Ascensione Recta grad. 10. min. 19. ideò neglecta eius parallaxi, & supposito eodem loco Solis, colligitur fuisse à meridie,

meridie, hora 10. min. 17. Ac varietas quidem heic subest minutorum 5. aut 6. Verùm nihil ampliùs præstari potuit, vtinámque res tota valeat per obseruationes tuas emendari. Equidem ooo dubito, quin si tibi Cælum arrisit, obseruaueris momenta Eclipseos ab Ephemeride dissonare. Vides vt nobis incidentia saltem, per horam fetè dimidiam (si meridiani titè suos distincti) retardata contigerit. An secundi tadij valuerint tantam moram inuehere, ipse per te examinabis. Vale iterùm.

EPISTOLA POSTERIOR de inuisa Venere.

EIDEM.

EFfeci nuper, mi SCHICKARDE, vt Deus ille πολύτροπος vinctus coram te sisteretur. Speras Deam πολύχρυσον pari ratione iam traducam? Ausus fueram, volueram: sed ipsi me grauè peccare in Sexum non collibuit. Est quod mitere Fallacem illum potuisse sese prodere, Comptam hanc noluisse ostendi. Sic ramen res habet: Spumigena hæc nec tosca ceruice refulsit, nec falsa lusit imagine. An eisdem compedibus teneri noluit, quibus Mercurius, ne vel crearetur Hermaphroditus, vel gratum illi fieret, qui risum alias excitárat, testatus se vincula nulla exhorrescere, dum posset vt Mars,

Εἶδεν ὑπ' ἀντυγὶ καλῇ χρυσῆ Ἀφροδίτην;

An vultum subduxit, vt faceret sui desiderium ardentius? An noctu solùm spectari voluit, vt pleniore vmbra gratiam commendaret? Ao prodire renuit sine certaturis de forma Deabus, quas vinceret? An me indignum habuit, qui cùm Otriadem mentiretur? An sub organis à me appatatis Vulcani dolos verita est? An rimuit ne nouus Diomedes dium cruorem exigeret,

—μετὰ μῶλον ἐξαλάπαξε;

Hæreo: sed mihi non licuit illud hac vice exclamare,

Te Dea, te fugiunt venti, te nubila Cæli,
Aduentúmque tuum:

Quippe & venti, & nubila, & alta etiam noctis caligo eius aduentum occupauere,

Quæ sine, nec quicquam Diuæ in luminis ora
Exoritur; neque fit lætum, neque amabile quicquam.

Petlu vt Ampbionis Pacuuiani ioctat eloquar tandem clariùs? Ecce igitur vt in Commentariis. Ad annum 1631. Mense Decembri, diebus 6. 7. & 8. stylo Nouo, Parisiis.

Tempore instante, quo Venus, iuxta Keppleri Admonitionem, appatere sub Sole debuit, eadem omnia, sed accuratiùs, quàm pro Mercurio, patata fuere. Licet enim totum id tempus, quo Venus sub Sole futura iuxta calculum fuerat, intra spatium noctis cadebat: neque dubitabam, quin Venerei motus cognitiores essent Mercurialibus, atque idcircò, quin minor hic, quàm nuper in Mercurio calculi error prodiderat; nihilominus committere nolui, vt si quispiam sensibilis insinuaretur errorculus (Venere nempe facta conspicua) aut is abiret inobseruatus, aut similis vlla, ac circa Mercurium, subire posset pœnitentia. Promittebatur vera Coniunctio die 6. ho gr. 14. m. 35. ♑ cum latitudine Veneris ad Boream m. 1 c $\frac{1}{4}$. Idque in meridiano Vraniburgi, tempore æquali, hora 9. min. 41. seu apparente tempore, hor. 9. min. 46. atque adeò Parisiis, hor. 9. m. 6. Debebat proinde incatsus in Solem sub occasum Solis proximè contingere, Excessus die sequente manè, ad horam circiter 2. Itaque inuigilaodum potissimum duxi ipsa die 6. non neglectutus diem 7. si sexta nibil fotet visum. A diebus 4. & 5. vsque respectaturus fueram; sed iis totis Cælum fuit planè nubilosum, ac pluuium. Perseuerabat Africus ex obseruato vsque Mercurio. Seu illi aëris imperium sorte datum obtigerat, seu Mercurius Astrologorum Æolus ita destinárat, tanta fuit per vices eius vehementia, vt etiam ædes subruerit. Id obseruatum potissimùm ad ipsam diem Eiduum Nouembris.

Ipsa die 6. Decembris, cùm idem ventus continuò flaret, & satis quidem validè; Cælum tamen sub auroram admodum serenum apparuit. Sol deinde exotiens coopertis vaporibus tectus, videri liquidò non potuit. Noo longè ab hora 8. cùm vapotes rarefcetent, Sol sese saris disertè pinxit in circulo cis Telescopium. Ac Venus quidem nusquam comparuit; verùm appatuit Macula gemella, quam adesse lætatus sum, vt illam variè cum Venere. si aduentater, conferre possem. Existimabam siquidem neminem posse tunc tempotis Veneris causà Solem spectare, quio illicò Maculam illam & deprehenderet, & obseruitaret. Quare & ipse eam, qua potui, descripsi diligentia; si nullam quidem aliam ob causam, saltem, vt ex collata mea cum cæterotum obseruatione, certior vtcumque fierem, prodetetne vllam parallaxio. Sed de boc statim. Venus interèa conspecta non est hora to. Sole satis clato. Non item hora meridiana, in qua summa Solis altitudo fuit grad. 18. mio. 25. (saltem Sol ibi hæsitauit, neque visus est altius ascensutus, cùm interceptus nubibus est) Non inter boras 2. ac 3. à metidie cùm Sol testituius est, circiter semi-horium. Noo hora 3. cnm qus dramte, aut triente circitet, Sole adhuc alto sexproximè gtadus, ac tota facie facto conspicuo. Ex eo tempote Sol noo totus visus, sed variis solum particulis pec rimas quasdam nubium, sd vsque altitudinem graduum duotum cum semisse. Quæcumque verò Solis frusta exhibita in circulo sunt, illa Venetem nusquam tetulerunt. Reliquo toto tempore nubes fuerd magis confertæ, ac densæ, quàm vt quidpiam Solis omninò appatuerit.

Ad Maculam quod attinet, ea, vt dixi, gemella fuit: exiguum quippe interstitium duas eius parteis distinguebat, cùm illud etiam lucula (in quam maculæ fetè desinunt) rubicundiore completetur. Vtraque etas

etat elliptică, seu quasi ouallină formă, ea proportione diametrorum, vt longa esset ad latam dupla, sed longitudinis extremis nonnihil acutioribus. Cuspides vtriusque deorsum, sursumque spectabant; & quæ ex duabus orientalior erat, vt longior, ita latior parte sui quarta propè videbatur; erátque duabus circeiter quintis secundum situm depressior. Eiusdem longior diameter vnius particulæ erat, qualium diameter Solis sexaginta; cùm & ipsius cuspis inferior à superiore alterius particula vna, cum semisse dissita foret. Hoc modo transuersa vtriusque coniunctim acceptæ crassities vnius particulæ erat: habuit autem medium huius crassitiei veluti centrum Maculæ. Regio portò, in qua apparuit (intellige semper in circulo ipso) quadrans fuit, qui limitatur exortu, & meridie. Hora 10. centrum Maculæ distitit à circuli centro particulis sex cum semisse. Hora pomeridiana $2\frac{1}{7}$. distantia fuit particularum septem, ac semissis, aut etiam aliquantò plus. At in ipsa Meridie, quo tempore situs verticalis cum Ecliptica perseuerat constantiùs, situs Maculæ in disco Solari paulò accuratiùs obseruatus est. Diametro ergo circuli ad meridianum sic accommodata, vt diameter alia ad angulos rectos esset horizonti parallela exquisitiùs, Maculæ centrum distitit à circuli centro particulis septem; & à puncto diametri, circulique infimo particulis viginti sex cum tribus octauis. Aberat proinde & à meridiano particulis $5\frac{1}{7}$. & ab ipsa Ecliptica, quæ deinceps ducta per circulum est, partiendis $3\frac{1}{7}$. Et sic quidem hac sexta die Macula sese habuit.

Die 7. emergente Sole ex matutinis vaporibus, ac in altitudine graduum $5\frac{1}{7}$. seu horæ $8\frac{1}{7}$. Venus ab illo abfuit. Apparuit autem Macula distans iam à circuli centro particulis ferè 13. In meridie Sol altus fuit grad. 18. min. 38. Tunc verò situs Maculæ is fuit, vt ipsius centrum abesset à circuli centro particulis $13\frac{1}{7}$. ab infima diametro particulis $27\frac{1}{7}$. atque adeò à meridiano particulis $12\frac{1}{7}$. & ab ipsa Ecliptica particulis $4\frac{1}{7}$. cùm descripsisset motu diurno, secundum proptiam semitam, particulas proximè 7. seu quasi $6\frac{2}{7}$. Tum potrò Venus adhuc inuisa; etiam claro Sole, sub horam à meridie tertiam.

Die 8. nihil iam Veneris aduentum moratus, accepi solùm Maculæ situm, cùm Sol esset in meridie altus grad. 18. min. 31. Moles iam tum agnita est nonnihil contractior. Centrum illius distitit à circuli centro particulis $18\frac{2}{7}$. ab infima diametro partic. $29\frac{1}{7}$. atque adeò à meridiano particulis $17\frac{1}{7}$. & ab ipsa Ecliptica particulis $4\frac{1}{7}$. fuitque motus eius diurnus secundum proptiam semitam particulatim $5\frac{1}{7}$. Nubes dierum sequentium, cùm iam Vulturnus succederet, obseruationem interruptarunt.

Hæc sunt, SCHICKARDE, Vir optime, quæ σὺ νῦν ἐφυπερίβλεπτα conscripta habeo. Exspecto adhuc quid de Mercurio ipse obseruaueris: nam de Venere propè certus sum te quoque illam celatum fuisse. Cùm enim hora propè dimidia sepositus ad ortum sis; mirum, si quod nobis occasuri Solis nubes inuiderunt, id tibi partem spectaculi exspectati præbere potuit. Si fortè tamen Maculam eandem, aut obseruatam abs te, aut ex aliorum obseruatione communicatam habeas; quæso pro tua humanitate impertiri ne grauet ducas. Nisi ipse nunc erga te tam diligens videor, ac nuper circa Mercurium fui: causam habeo, tum quòd tam prompta occasio literas meas ad te mittendi Diodato nostro nara non est: tum quòd commodum exspectare volui, vtrum descripta Macula ante suum è Sole excessum, sese adhuc conspieuam (quod non præstitit) faceret; tum quòd quantum Mercurius aspectu suo me animârat, tantum Venus meum conspectum auersata languidum fecit: tum demum, quòd toto iam mense eo laboro μυωπιᾷ, vt noctes propè insomneis ducens, nulli seriæ occupationi ausim, possimve me dedere. Si salutis dispendium fuit, quòd non omninò citra contentionem ad obseruandum fuerim accinctus; illud cum sperata mihi voluptate, cúmque studio, quo volui tibi rem facere gratam, compensatum esto.

Monitum 1. de Marte.

APpendo etiam, quod ex mora fortè accessit, tenue lucellum. Nosti Keplerum adnotasse ad calcem motuum huiusce mensis, fore nobis Martem inter Cor, & Cetuicem Leonis die 16. Ego, cùm die 10. manè, sub auroram, strati impatiens exsurgerem, animaduerti serenitatem splendore Lunæ indicari. Ostio aperto, oculos versus meridiem sustuli ac deprehendi illicò paulò vltra meridianum Martem proximè collocari inter duas prædictas Stellas. Siquidem ducta recta linea ab vna Stella ad aliam, videbatur ægrè relictura Martem tantillum occidentaliorem. Eius certè limbus ad ortum videbatur quam-proximè ab illa linea attingendus. Die 2. eâdem horâ, cùm & tunc demonstrante Luna inuitatet serenitas, in eadem Astra aciem intendi. Obseruaui autem Martem præteriisse iam rectam illam lineam, tantúmque factum orientaliorem, quantum die antecedente fuerat occidentalior. Vtvt per nubeis intercurrenteis, ac vrgentem fluxionem licuit, accepi Martis à Corde distantiam grad. 2. min. 26. Istud attexo, vt errorem 5. aut 6. dierum videas. Enimverò existimo Typographicum esse lapsum, cùm facilè 0. pro 6. irrepere potuerit; scilicet numeri consentiunt; eâdem propè tum existente Longitudine Reguli, & Martis. Potest tamen vnius diei (sed in diurno motu lentiore) adnotari errorculus, cùm Ephemeris habeat de illa die (decimam fac) *nobis manè, adhuc antè.*

Monitum 2.

PRorrò hic lapsus me admonet, vt corrigendum indicem lapsum non paucorum dierum, sed integri Mensis, qui obrepsit in descriptio

scriptionem obseruationis de Marte, quam Mersennus noster imprimendam voluit ad calcem Exercitationis meæ Epistolicæ contra Fluddum. Lapsus habetur paginâ penultimâ quo loco pro *Maio*, repositus est *Iunio*. Id amicus quispiam agnouit, dum fortè illam Obseruationem cum noua Kepleri Ephemeride conferret, indicauitque illicò. Ipse Commentarium statim protuli, in quo reuerâ reperimus *Maium*. Seu verò meum, seu Exscriptoris, seu Typographi vitium fuerit, quæso vt quando meas nugas probans, assertuas exemplar illius Exercitationis, velis erratum corrigere. Id etiam admone amicos, si qui fortè habent exemplaria. Siquidem quia illic de fide Obseruationis agitur, noluerim cuipiam ex eo mendo errandi occasionem fieri. Ac possent quidem petitiores, attentioréque facilè notare locum illum Martis in eum mensem non cadere; sed nisi quis in serie motuum huius Planetæ versaretur, deluderetur facillimè. Noueris fortè ex catalogis nuperarum tam Vernalium, quàm Autumnalium Nundinarum, Fluddi Responsionem ad meum Libellum quasi exeusam iactatam fuisse: Bibliopolæ tamen nostrates retulere nupertimè illam ex Typis nondum prodiisse. Tu, si quid habes de ea compertum, cura amabo vt nosse valeam. Tametsi enim is non sum, qui velim ansam præbere Fluddo, vt iterum respondeat; nihilominus non inuitus quid iam responderit cognoscam. Sed tandem Vale. Parisiis. Postridie Eid. Decembris anni M. DC. XXXI.

Excerptum ex Epistola, quæ priore harum memoratur ad Keplerum scripta, Parisiis, 6. Kalend. Septembris M. DC. XXX.

Eclipsis Solis.

CÆterùm copiam à SCHICKARDO nostro tibi iam existimo factam meæ illius Obseruationis circa Eclipsin Solis nuperam diei 10. Iunij. Nisi fuerit, scito nobis in hac Ciuitate (cuius latitudo est 48. grad. 52. min.) illius initium contigisse Sole ad occasum alto grad. 14. min. 40. seu horâ post meridiem 6. min. $16\frac{1}{2}$. Finem videri non potuisse, propter Solis occubitum, cùm duorum propè digitorum foret adhuc obscuritas. Medium, quatenus licuit, obseruatum proximè fuisse Sole adhuc eleuato grad. 6. min. 20. seu horâ circiter 7. min. 22. Maximam obscurationem fuisse digitorum 11. min. 32. Videlicet ambitum Solis excipiebam citra Telescopium circulo eius diametri, quæ 2. & 10. Parisiensis pedis pollices admitteret. Amplitudo sanè egregia ad venandum præcisionem Quantitatis Ecliptic æ; sed quæ ob motum continuum, quo Circulus in satis magna à tubo distantia distrahendus erat, non satis rutam reliquerit duarum rerum, quæ mihi cordi simul erant, designationem. Siquidem mens fuerat præcise capere & inclinationem diametrorum ad verticalem, & portionem residuam exterioris limbi Solaris ad extremas enspides vsque. Illud, ad varias species paralliaxeos; istud, ad ipsam diametrorum inter sese comparationem. Verùm, tametsi adnotatum habeam Eclipsin cœpisse 35. gradibus à supremo puncto Circuli versus Austrum, seu ad dextram Circuli, ac defuisse illi exteriori limbo in maxima obscutatione ad semicirculum gradus 18. Neutrum tamen diuendere vt summè exquisitum velim. Ita contingit, vt neque semper, neque ab omni parte esse beatum liceat.

Occultatio Saturni à Luna.

HÆc sanè infœlicitas duplicem aliam reuocat in mentem, quæ mihi ex eo tempore inter obseruandum occurrit, & quam vtramque si heic recitaro, haud importunè fortassis agam. Prior fuit circa occultationem Saturni à Luna, quæ die sequente 19. eiusdem Iunij contigit. Cæteta enim exquisitè, at instrumento tum destituebar, quo horam venarer ex Fixis. Vtcumque tamen licuit, ex variis, quæ circumsonabant, Vrbis horologiis, vnum delegi, quod præ cæteris obseruatam Cælo quadrare. Obseruationem ad hoc referens, quod quadrantreis horæ pulsabat, momenta notaui, quibus Luna Saturnum subiit, ac deseruit. Itaque Luna tum ἐμφαύσει ☉, Saturnum teait latere obscuro, parte eiusdem proximè 6. ab inferiore angulo, seu confinio claræ, & obscuræ partium; cùm esset hora vespertina $10\frac{1}{2}$. In ea Lunæ phasi apparent ad interiorem, seu serratum limbum duo quasi Vniones, seu bullæ. quas tertia quædam media circa diametrum ita sequitur. Saturnus ergo Lunam iniit è regione harum bullarum. Notandum verò, cùm per Telescopium pateret adhuc ampla distantia inter Saturnum, & lucidum, seu denticulatum limbum; nudo tamen visu eam tantulam fuisse, quæ Stellam 3. magnitudinis æquè capturа videretur. Exit autem Saturnus deinde à limbo occiduo, ac illuminato ampliùs quadrante, sed minùs triente eiusdem, ab eodem-met confinio. Scilicet proximè, & quasi è regione illius vmbilici, è quo varij radij pulcerrima specie funduntur. Erat tum hora $11\frac{1}{12}$. aut $\frac{61}{72}$. Apparuit nempe ad Telescopium quasi pappulus candidus Lunæ velut super-excrescens, qui ferè tamen ad horæ quadrantem fuit nudo visui inconspicuus.

Transitus Lunæ propè Stellam Ophiuchi, ac æstimata Diameter Iouis.

POstetior fuit circa Lunæ transitum propè Stellulam in pede Ophiuchi, Die huius mensis Augusti 16. Vesperi. Quippe tunc quidem non fui destitutus idonco quodam otgano, at quòd non aliàs satis aduertissem nu-

merum earum Stellularum, quæ mihi ſunt, & catalogo Tychonis deſunt; aliam illic Stellam non ſum ſuſpicatus, præter eam[1], quæ propè Lunam eſt mihi conſpecta, cùm Teſcopium limbo Lunari, neſcio quid errans, circumduceretur. Ex hoc enim eſt, aut etſi coniectet hanc Stellam fuiſſe maluſculam illam, quæ depingitur in globis 3. magnitudinis; id tamen prorſus iurare non auſim. Quæcumque tandem ea fuerit, diameter Lunæ (& tunc ἐμφαίτης) per extrema confinia partium lucidæ, & obſcuræ ducta, ac verſus Stellam continuata, ipſam cepit inferiùs, ſeu ad Auſtrum, interſtitio inter Stellam, ac limbum Lunæ tanto, quanta proximè eſſe videbatur ſexta pars diametri Lunaris; cùm ſiniſtrum genu Ophiuchi eſſet adhuc altum gr. 16. m. 30. ſeu horâ à meridie 9. m. 55. Porrò illud quoque interſtitium tantum viſum eſt, quanta eſt diſtantia inter duas illas Stellas proximas in coxa Capricorni; neque amplius dimidium eius intercalluli, quod eſt inter 2. Equum in Cauda Vrſæ maioris, & inſidentem illi Equitem. Sed & dum idem interſtitium cum eo compararem, quod tunc erat inter Iouem, & vnum ex eius Satellitibus, quit tum ipſi ſolus aduertum, diſcrimen nullum obſeruare potui inter vtramque diſtantiam. Quo loco illud mirabile duxi, Diametrum Iouis tunc propè Acronychij, non debere per Teleſcopium videri minuto maiorem. Cùm enim illud interſtitium videretur expleri poſſe 5. Iouis diametris; & tales quinque diametri, non continerent, niſi ſextam partem diametri Lunaris, ſeu quinque circiter minuta, perſpicuum eſt Diametrum Iouis vnum minutum vix exceſſiſſe. Lætor id mihi veniſſe in mentem, vt te eius rei monerem; quam poſſes ipſe conſiderare. Ego tametſi idem obſeruaram ante nouem annos (quo etiam primùm tempore Iouem videre iuterdiù licuit) neſcio tamen quâ uſcitantiâ penè oblitus id fueram, &c.

AVCTARIVM AD EVNDEM SCHICKARDVM.

Occultatio Martis à Luna.

MI SCHICKARDE, ſignificatam literis datis poſtridie Kalendas Ianuarias, exemplum duarum Epiſtolarum ad te iam antè tranſmiſſarum, quod Amici extorſiſſent, vulgariſſentque typis mandati, cùm Excerpto mox additum: ne tum quidem mandatum fuiſſe. Longiores ex eo tempore Typographus produxit moras; donec rem hac hebdomadæ perficiendam ſeriò ſuſcepit. Itaque ea tota opella deducta penè die ſuperiore ad vmbilicum fuerat: cùm ecce nocte præterita inſignis occaſio ſeſe obtulit Auctarij huius adiiciendi. Rex commoda ex inſperato: ita neſcio quis bonus Genius ex editione procraſtinata tibi, tuique ſimilibus, qui harum rerum fuerint ſtudioſi, conſultum eſſe voluit; ſcilicet obſeruare licuit Martis à Luna occultationem, quam poſſem huic adtexere: & quod magis mirari debeas, propemodum ex improuiſo. Siquidem obſcurus, humidus, ventoſus dierum antecedentium aër Cælum æquè memoriæ, oculiſque ſubduxerat; & quamuis Keplerus monuiſſet inſigne fore hue Pleniluuium ob eiuſmodi Coniunctionem, ipſe nun aduerteram tamen. Vt totam porrò hiſtoriam Obſeruationis recenſeam, neque committam, quod Ariſtoteles, dixiſſe contentus viſam ſibi Lunam, cùm eſſet δίχηνος, ſubitè Martem parte obſcura, emitteréque locida; en vt ea ſeſe habuerit,

Heri, die 5. Februarij, anno 1632. ſub horam 8. à meridie, pergebam ad cœnam, cùm Cælum inſolito pulchrius inuitauit me ad ſpeciem Lunæ contemplandam. In illam reſpectans, atteudénſque Martem nun longè ab eius tramite vertſautem, facilè conieci illum, cui adulteria pro ludo eſſent, ſtuprum etiam, priuſquam Aurora exoriretur, attentarutum. Poſtquam ergo exempta fames, ſeceſſi, atque apparaui tum Quadrantem ſupra deſcriptum, tum probum Teleſcopium. Sub horam 11. turbati ſerenitas cœpit, tranſuulantibus tatis nubilis, quæ ſupernè Corus agebat; cùm in Tellutis ſuperficie mira vigeret tranquillitas. Sub mediam noctem accepi Lunæ altitudinem maximam; eaque exhibita fuit ſecundum marginem ſupremum grad. 62. min. 12. Ac paulò poſt Martis; eaque fuit grad 61. min. 30. Et conſequentes Reguli: eaque fuit grad. 54. m. 56. Obiter autem adnotaui, ſi hæc quidem eſſet vera Reguli meridiana altitudo, ac declinatio eiuſdem futet grad. 13. min. 46. Borea; Polarem altitudinem heic futuram grad. 48. min. 50. hoc eſt duobus minutis breuiorem, quàm ex altitudine meridiana Solis per æſtatem iam deduxiſſem. Sub horam 1. à media nocte conformata eſt circa Lunam Halos, quæ reliqua nocte durauit, variéque comprobata eſt eâdem diametro, quâ cæteræ omnes, nempe ſubtenſâ partis octauæ totius Cæli ambitus. Sub horam 11. accipere volui Martis diſtantiam tum à Cuide, tum à Cetuice Leonis, ad deſignandum ipſius locum proximè ipſam Coniunctionem: ſed tum nubila tranſcurrentia Stellas per vices etipuerunt: tum vapores denſiores facti eas ſic exiles exhibuerunt, vt conatus fuerint prorſus irriti.

Inter 2. & 3. horas Mars ſic admotus Lunæ appatuit, vt iam nudo viſu non poſſet amplius conſpici; ipſo verò Teleſcopio, tantu circiter interuallo videretur adhuc abeſſe ab illius margine, quanto ſine Teleſcopio Lunæ diameter appareret. Credebam etiam facilè fore, vt Luna duntaxat Martem ſtringeret: niſi quòd ad conſtitutionem Puli Ecliptica reſpiciens, non omninò deſperabam, quin vel tantillum occultaret. Nec verò vana fuit ſpes. Siquidem iam ſub hor. 3. cùm plurimum illi quaſi adrepſiſſet, ac Mars proximè acceſſiſſet ad verticalis Lunæ planum, tum demum Luna Martem occuluit. Contigit iſta occultatio, eùm limbus illæ Lunæ ſupremus foret altus ad oceaſum grad. 44. min. 17. & eodem tempore Arcturus foret

alius

altus ad ortum grad. 56. min. 10. Exspectato postea egressu, etsi vapores iam fuerant longè ampliùs densiores facti, variegataque irradiatio circum Lunam diffundebatur; apparuit tamen Mars emergens in multa iam inclinatione vltra planum verticalis, cùm idem limbus Lunæ supremus esset altus ad occasum gr. 39. min. 57. eodemque momento ad ortum foret Lucida Lyræ alta grad. 51. min. 54.

Hinc suppositâ Arcturi Ascensione Rectâ grad 209. min. 43. cum Declinatione Boreâ grad. 21. min. 11. Lyræ verò Ascensione Rectâ grad. 276. min. 7. cum Declinatione Boreâ grad. 38. min. 29. Solis denique, putà existentis in grad. 17. min. 3. ♒, Ascensione Rectâ grad. 319. min. 31. præter eleuationem Poli designatam superiùs, sequitur Occultationem cœpisse hac Februarij Die 6. manè, seu à media nocte, hor. 3. min. 3. Desiisse verò hora 3. min. 33. Sicque totam moram fuisse minutorum 30. & dimidium moræ minutorum 15. Sed notandum est initium occultationis acceptum esse, cùm Mars planè conditus fuit, finem cùm penitùs emersit; ex quo fit, vt cùm centrum Martis dimidio citciter minuto potuerit antè immergi, scilicet horâ 3. min. $2\frac{1}{2}$. dimidio antè emergere, scilicet hora 3. min. $32\frac{1}{2}$. sequatur veram Martis cum Luna Coniunctionẽ accidisse hor. 3. m. $17\frac{1}{2}$.

Qua regione Mars euannit, Macula Lunæ longior, strictiorque producta supernè à dextera parte, in patentiorem ad sinistram velut effundi incipit. Apparet ibi infra Maculam quasi Rhombus lucidus (ad dextram tamen cum reliqua lucida parte cohærescens) cuius suprenus angulus vergit in Lunę marginem. E regione ergo huius anguli, vel tantillum ad dexteram, Mars præter Lunam fieri cœpit. Qua verò regione Mars erupit, eadem ad dextram Macula sinuari iam cœpta versus limbũ est, exhibituta stomachi speciẽ. Hinc, quantum ad visum æstimare licuit, semita Martis vltra Lunam fuit quasi subtensa vnius partis septimæ totius Lunæ circumductus; atque idcirco minutorum quam proximè tredecim. Vndè æstimato etiam ad visum quasi sinu verso immersionem summam metiente, visa est Martis diameter repetita ter proximè, illam omninò impletura: sicque tùm ille non fuerit nisi min. $1\frac{1}{2}$. visa est Martis diameter non multò productior dimidio minuti. Fortè in maiore à Luna distantia, sepositisque vaporibus videri possit diameter Martis ad vnius minuti bessem, aut dodrantem accedere: longè tamen absum, vt credam fore vt minuti integri appareat.

An verò mea æstimatio partis illius septimæ sat iusta fuerit, ambigo: quando subtensa illius fuit minor Lunæ semidiametro; & peragrata tamen est æquali propè tempore; quo semidiameter ipsa Lunæ. Verumtamen ex designatis ingressus, & egressus punctis, licebit semper, quoties Luna citciter plena fuerit, æstimationem examinare, & ad rectum compellere. Vtrum verò dicam me subdubitare, an Lunæ Semidiameter minor sit, quàm vulgò habeatur? Certè, tameſi Telescopium, dum Stellas omneis circumcidit, Solem, Lunamque amplificet: certi tamen adhuc non sumus, an dum vtriusque diameter dimidij gradus vulgò putatur, eadem Telescopio appatens sit etiam pars vigesima supra septingentesimam totius circuitus Cæli. Reuera enim aliquid etiam ex vtroque luminari circùm resecarur; & ex Luna præcipuè, dum obseruatur eatra Eclipsim. Memini aliàs rem remasse, dum comparatem diametrum Lunæ ad illam distantiolam, quæ inter secundum Equum, & proximum Equitem in maiore Vrsa haberur: sed tem non satis successisse, cùm talem distantiolam exigerem toties ex diametro Lunæ, quoties ipsa iuxta vulgarem æstimationem ptæ se ferebar. Et nè à ptæsenti negotio recedam, videt profectò, si ptædicta æstimatio ritè habuerit, ac ratio quoque habita parallaxeos cuiusuis fuerit, subdubitationem non iniustam fore. Alioquin enim tempus respondens motui semidiametri Lunæ non solùm non exeederet, sed etiam longè superaretur à mora illa Occultationis; si nudo visu, & citra opem Telescopij posceretur. Non quòd Mars post sui emersionem conspici vsquàm nudo visu, propter vapores, potuerit (quem Telescopio tamen sectatus circiter horam euntinuò sum) sed tem perpendo ex immersione, & à simili ex supta relatis circa emersionem Saturni. Enimverò ἐξ ὧν ὁρίζω.

Atque hæc sunt, quæ iam de Martis Occultatione, seu mauis Eclipsi, eommemoranda habui; quæque è re esse putaui Astronomiæ non tetieere. Vides scilicet vt Keplerus calculo suo deduxisset, fore vt Mars quidem tegeretur Romæ, & Hispanis ad fretum Herculeũ; verùm stringeretur duntaxat supremo Lunæ margine habitantibus ad Danubium. Quamobrem verò & nobis quoque non ptædiaerat tectum iti, qui Meridiano intercipimur Romanum inter, & Gaditauum, & versamur in parallelo, qui vix quidquam vllo ductorum per Danubium Australior sit? Sanè & Borealiotibus, & vobis etiam, parùm obstante parallaxi, Mars tegi debuit; vt dubium proinde non sit, quin emendandum aliquid in Tabulis motuum supersit. Prouidebis ipse quatenus eainde subsidij quidpiam ducatur ad Geographicum institutum; si aut obseruatio quoque facta est vel abs te, vel ab alio; aut si putas tempus ritè fuisse à Keplero assignatum Meridiano Vraniburgi; cùm quas adhibere cautiones in eiusmodi ngotio conueniat, optimè omnium ipse pernoscas. Cæteros mitto, ac præsertim Astrologiæ deditos, iis enim licebit per me fata canere admitanda ex corporali hac Coniunctione in domo Solis celebrata, & in quadrato propè Saturni, in cuius domo Sol caulans Coniunctos Planetas in tam exquisita oppositione habuerit.

Monitum de Marte.

HOc etiam addo, vt πάρεργον. Cùm monuissem tẽ posteriore superiorum Epistolarum Martem eo die non constitisse inter

Ceruicem, & Cor Leonis, dum ad ſtationem properaret, quo Keplerus prædixerat; admoneo te iam neque conſtitiſſe præſtituto ab illo die, dum à Statione regrederetur. Etenim ſcripſerat Keplerus futurum Martem inter eas Stellas manè ante diem vndecimam elapſi Ianuarij. At cùm die 13. inſperata ſereonas ineunte Aurora conſpicuam feciſſet regionem occaſus, oculos conieci in Martem, eumque deprehendi vix corpore toto exceſſiſſe lineam inter dictas Stellas directam; adeò vt neque eſſe potuiſſet in eiuſmodi linea ante illius noctis initium. Non memoro vt Venus tunc per biatus nubium illucefcens ſenſibile to proiecerit vmbram, extremaque adhuc cornua per Teleſcopium oſtentauerit.

Monitum aliud.

DEnique iuuat attexere quod etiam iucunde accipias. Acceſſi nuper ad hanc Ciuitatem, Theologici ſtudij gratiâ, peretudirus iouenis Iſmaël Bullialdus Lodunenſis, vel, ſi placet, Iuliodunenſis. Is me inuiſit, & rerum cæleſtium ſtudioſus, ac intelligens, Obſeruationem communicauit acceptæ à ſe Lodunenſis Poli altitudinis: quod tu impensè requirere obſeruationum genus ſoles. Altitudinem dixit eſſe gr. 48. min. 1. quòd anno 1625. Die Iunij 21. altitudinem meridianam Solis obſeruaſſet amplo Quadrante grad. 65. min. 29½. Eſt porrò Loduonm oppidum in Gallia apud Pictones non incelebre. Adiecit ille Pictauium. olim Auguſtoritum, nunc vulgò *Poictiers*, eſſe Loduno ad Auſtrum, ac in eodem Meridiano præcisè, cum diſtantia 10. leucarum apud Pictones vſualium, quas Germani, qui illud itet ſæpiùs emenſi fuerint, æquas cenſeant Germanicis milliaribus ſex cum ſemiſſe. Hoc addo, vt nôtis tum Otiganum, & alios Ptolemæum inſequuros protuhere Pictauiom plus æquo in Boream; Keplerum verò, & alios plus æquo verſus Auſtrum abducere.

Adderem aliam Obſeruationem pro differentia longitudinum: ſed hæreo de illa tantiſper. Memorauit ille obſeruatam à ſe Loduni Cordis Leonis Occultationem à Luna, anno 1627. Die Iunij 17. hora poſt meridiem 9. mio. 33. cùm nempe diſtantia Lunæ à vertice foret gr. 75. min. 32. Ex collatione verò iſtius Obſeruationis cum mea, quam impreſſam habes ad calcem ſuprà memoratæ Exercitationis ſequeretur differentiam longitudinis Diniam inter, & Lodunum eſſe min. 57. cùm ego eandem Occultationem obſeruarim Diniæ ex altitudinæ Caudæ Leonis hor. 10. min. 30. Atqui non videtur hæc tanta intereſſe differentia. Cùm enim inter Diniam, & Aquas Sextias non ſit differentia longitudinis, niſi trium propè minutorum; inter Aquas verò, & Pariſios, niſi 14. ex comparatione Eclipſeon Lunarium: ſieque Diniam inter, & Pariſios oſi min. proximè 18. ſupereſſent Pariſios inter, & Pictauium m 40. Porrò interſtitium non videtur tantum: cùm æſtimanti itinera illud videatur dimidio minus, proximè ſcilicet accedens ad differentiam Ptolemaicam. Aſſignata certè Kepleto procul dubio deficit nimiùm. Vtcũque ſe res habeat, nihil diſſimulandum duxi, quòd tu vt noſſe deſideras omnia, ſic proficias ex omnibus.

Sed finio tandé, ſi adiecero conſcribenti iſta mihi traditam à Diodato noſtro Obſeruationem abs te factam ouetæ illius Lunaris Eclipſeos. Nec verò Epiſtolam video, nec mẽtionem vllam factam obſeruati Mercurij. Suſpicor te non obſeruaſſe: quamobrem enim obſeruationem non appoſuiſſes in eadem ſerie? Expecto tamen literas, quibus me certiorem eius rei facias. Obiter video nos non malè, pro locorum differentia, de totali Lunæ immerſione conuenire. Tu Vale & me ſemper ama. Pariſiis dicta Die 6. quæ eſt 8. Eid. Februarij Anni M.DC.XXXII.

FINIS.

NOVEM

NOVEM STELLÆ CIRCA IOVEM VISÆ

Coloniæ exeunte Anno M. DC. XLII. & ineunte M. DC. XLIII.

ET DE EISDEM

PETRI GASSENDI IVDICIVM

Epistolâ singulari contentum.

Accessit Relatio observationis Perpendiculorum bis in die (æstus Maris instar) reciprocantium, factæ à nobili Peirinsio.

OBSERVATIO cum Epistola.

Cuius Exemplum fuit transmissum ex Belgio ad GABRIELEM NAVDÆVM *hoc tenore.*

OBSERVATIO stupenda nouem Comitum Iouis à me habita die 29. Decembris M.DCLXII. qua & aliis vicibus; præter quatuor interiores Galilæi, alios quinque exteriores, & multò maiores inueni, tali prorsus dispositione, & ordine, vt hic (seu in Diagrammate sequente) notatur.

Qui postea die 4. Ian. M.DC.XLIII. notabilissimè, & taliter loco suo moti; & mutati sunt provt O O O denotant; F & C verò ea die disparuêre, versus apogæos, aut in vmbram Iouis forsan intrantes.

Venite

Venite & videte Opera Dei.

Consideraui Opera tua, & expaui.

EPISTOLA

R.P. D. ANTONII MARIÆ DE RHEITA, ad Clarissimum Virum ERYCIVM PVTEANVM.

SALVTEM tibi precor à Puteo Aquarum viuentium, PVTEANE limpidissime, & obseruandissime.

Sperabam quidem aliquas mihi eruditionum, & melliferarum literarum tuarum è puteo Puteano, alueóque tuo Ciceroniano, meum post discessum, & amicitiæ contractum, sanctúmque nostrum fœdus, à te, PVTEANE clarissime, propinatum iri: verùm in vanum spes mea abiit, & quam abiisse vellem, sitim reliquit ardentissimam Epistolarum tuarum, a nemine, quam à te restinguendam. Sed quid, inquies, noui mihi à te, ANTONI, nouo hoc cum anno affers, offersue? Audi, mirare, & obtupesce, PVTEANE. Considera opera mirabilia Dei, hactenus à tot sæculo in suo thesauro absconditæ latitantia, & expauesce. Noua enim tibi, Mundóque affero, & offero; non à Terrenis puteis hausta, sed ipso ab Olympo, nulla vetrò Olympiade audita, nullo sæculo hactenus cognita; sed nuperrimè, dum me quærerem (vt sapicule soleo) in Astris, ipsò Cælo, & quidem Iouis è regno stupendo, deducta. Iupiter enim, nouæ Planetæ, quatuor illis à Galilæo, Attalico, & Italico Atlante iamdudum discooperto satellitibus, & comitibus non contentus, aulam suam, & gentem stipatricem quinque adhuc aliis comitibus, & magnitudine, & orbium suorum amplitudine, & numero denique quatuor prioribus Mediceis multò superioribus, cum stupore, & admiratione ita auxit, multiplicauitque, vt spatium illud totum, quod ipsum inter Saturnum, & Martem vtrimque immensum interiacet, mirabili Conditoris dispositione, & diffensatione suis motibus, & orbibus ita occupent, vt planè nullibi vacuum, nil supersint deinceps querulæ quorundam Philosophantium turmæ carpere, & in Olympia natura reprehendere queant. Et, quod stuporem cum ingenti auget iucunditate, est, quod eorum orbes, motus, & magnitudines admirabili proportione sese respiciant; ita vt tres supremi omninò Terram nostram magnitudine excedant. & ad Martis amplitudinem quam-proximè accedant. Hos omnes, ad distinguendum eos à quatuor minoribus, & interioribus MEDICÆIS, siquidem tempore moderatorum vtrorum nouarum VRBANI VIII. & FERDINANDI III.

in

in Ciuitate trium Regum, Stella duce ad Christum direxerunt, circa festum hodiernum, à me nouo, quod nuper reperi, ac adinueni Telescopio per quam feliciter primò deducti, & discooperti sunt, Planetas V. Vrban-ottauianos, siue Stellas V. Ferdinando-tertianas, & Agrippinas appellare libet. Si enim Galileo Viro clarissimo licuit, libuitve suos quatuor Comites Medicæas Stellas vocitare, quòd in ditione Medicæorum à se sint primò Cælo deducti: cur mihi similiter non licebit meos V. & numero, & magnitudine, & amplitudine multò superiores illis, in sacro Romano Imperio detectos, & Ecclesiæ Catholicæ vrbe, locoque, primitias inuentos; nominibus supradictis intitulare, & Baptizare? Quæ de re etiam licet tuum prudentissimum iudicium inquirere, Puteane clarissime, qui omnium proportiones Orbium inter sese, prout à me plurimis iam notuit obseruationibus circa Iouem visis, & exploratis sunt, vltrò hisce transmitto fideliter; quos tamen singulos duobus & tribus diebus notabiliter loco suo motos, & mutatos, videre est. Ita vt, quando supra Iouem sese versus Saturnum librant, paruissimi quandoque appareant, aliquando verò omninò sub in apogæo diffugeant; tum demum conspectui nostro sese offerant: donec infra Iouem versus Martem delati, multo maiores apparent dehinc; &, quod stupendum est, nullatenus hi quinque Planetæ, Ferdinando-tertianæve Stellæ eandem seruent cum reliquis quatuor Medicæis motus rationem, & normam. Aliy namque quatuor iam dicti numquam directè supra, infra, aut penes latera videntur: hi verò nostri nullam differentiam loci respiciunt aut refugiunt; sed plena maiestate perpetuo suum Regem Iouem supra, infra, & lateraliter ambiunt, in circulis, Veneris, Mercurij & Lunæ, imò ipso ambitus Solari maioribus: sed, quod mirum, spatio temporum minori illis: adeò quod, quantùm mihi hactenus quidem compertum est, quidam spatio 33 ½. dierum; alius tempore bimestri ferè, alius spatio minori, & maiori alter, & extimus, circa Iouem reuolutiones suas compleant: de quibus in meo Oculo Enochiano adhuc plura, & magis explorata, Deo dante sum dicturus. Dominatio Vestra pro nunc valeat. Benedico in Domino eidem à virtutum, & vitæ Propagatore, Siderum Conditore ter-Optimo Maximo, cuncta fausta ex animo precando, meque ei intimè commendando. Reliquum auidè desiuper exspectaturum. Dederam Colonia, ipso die trium Regum sacro, 1643. Humilis, & promptissimus seruus in Christo, ANTONIVS MARIA DE RHEITA indignus Concionator Capucinus.

POST-SCRIPTVM.

Si placeat hanc descriptionem, & Comitum nouorum inuentionem etiam Eximio, & A.R D. Formundo aliisque Viris eruditis monstrare; vt & ipsi causam habeant laudandi, & admirandi Siderum almum Conditorem, & campum, viamque iam apertam alia modo adhuc, & plura Cælo deducendi, indagandi, & rimandi. Sed, quod monere volui, non possunt vllo modo Telescopio, siue Tubo communi videri, discerni, aut reperiri; sed optimè Telescopio nouo, & mirabili modo nuper à me reperto, in decupla, & vltrà, proportione, obla-

Gassendi Obseruationes.

ta amplificante, de quo, eiusque compositione, vt etiam ambubus oculis possimus oblata dist antissima cernere in meo libro plura.

Videtur verò V. maiores & noui moueri ab occasu in ortum interiores autè apparent, quasi contra ab ortu in occasum ferantur. Quod est euidens Signum plana interiorum b, & a, ad Ecliptican inclinata, & diffusa inter secari ad angulos rectos à planis suæ circuli V. exteriorii, quod quidè stupendum esset. Sunt autè interiores IV. Galilei nobis propinquiores supra Iouem in n z exteriores infra verò in m remotiores, & Australes, tunc que multò etiàs apparent minores. Econtra quinque exteriores Ferdinando-tertiani supra Iouem, minores, & à Terra maximè remoti; infra verò propinquissimi, maiores, & Martij, Terræque magis accedentes. Horum reuolutionis tempus, ne dù plane, & exactè compertum habeo, Penextinus tamè E, qui & cæteris interioribus maior, & amplieri circulo Latus spatio circiter 67. reuoluitur, dicrius; D verò 11 ½. quasi. De quorù exactioribus periodicis Reuolutionibus, & Theoriis latius in meo Oculo Enoch scriptum sum Deo dante.

Viderint interea Philosophi, Astronomi, & Disciplinarum cælestium cultores, & amatores, quid ad hæc stupenda, & noua Dei & naturæ arcana hactenus nobis abscondita dicant. Maximè quid de solidit ate, aut fluxibilitate Calorum, & Epyciclo Iouis; qui si daretur, profectò multò minor esset orbita E, & D Comitum) aliisque sentiendum, Ego renera timeo Experientiam cum tempore multorum antiquorum sententias mutaturam, & expugnaturam, Spero, Deo iuuante, illo nouo meo Telescopio adhuc plura arcana detegi m'ri cum tempore; & maximè, non quid simile reperiri possit circa Martem, & Saturnum.

Viro Eruditissimo, Amicissimoque GABRIELI NAVDÆO, *Eminentissimi Cardinalis Mazarini Bibliothecario,*

PETRVS GASSENDVS S.

VEni Escuenum, mi NAVDÆE, cum Optimo Principe, ac mea in Prouincia Prorege LVDOVICO VALESIO Alensi Comite, cui per sacra hæc tempora, fugienti multitudine, habere me sui fecessus religiosi comitem placuit. Et quia discedens pollicitus fui, si quas haberem superstites ab officiis pietatis hortas, committere scriptis, quæ tibi, amicissque nostris Mersenno Bullialdo, Hobbæo viua edisseruerat voce, de Obseruatione illa nupera; ecce, quantum licitum est, liberare aggredior fidem. Nempe reliquerat ad tuū Slingelandum, exoptas vtà transmittere meā qualemcumque censuram de quinque iis Stellis, quas Vir Reuerendus ANTONIVS MARIA DE RHEITA Capucinus Colonienſis ante treis menſeis obſeruauit; & de quibus ad eximium Virum Etyciun Puteanum ſic ſcripſit, quaſi ſint noui quidam Errones, qui, præter quatuor Medicæos Ioui continuò circumducantur.

Imprimis verò, tu me ampliùs nosti, quàm vt putes me improbare generosissimum conatum, quo Vir religiosissimus & Telescopium perficere, & aliquid in Cælo noui deprehendere est aggressus. Quinetiam longissimè absum, vt vlla ratione eius obseruatis fidem detogem, ac non pro certo habeam vidisse illum quinque Stellas, præter iam notas Mediceas, quas Galileus primus monstrauit. Et genus vitæ, quod profitetur, & indoles, quam augoror, & rerum cælestium studium nobile, imponere illum haud dubiè non sinunt. Adde quòd, eam rem perscripsit ad virum emunctissimum; euulgari eam voluit apud oculatissimos, quos inter Fromondus præcipuus; obseruationis suæ Diagramma elegantissimum exhibuit; imposuit ipse nomina Stellis, Planetas Vrban octauianos, aut Stellas Ferdinando-tertianas, & Agrippinas indigitans; vulgaris Telescopij, quo eæ detegi non possint, imperfectionem cursatus est; sui, quo possint plura adhuc mira inueniri, spem fecit: hæc verò nemo non dixerit argumenta esse eximij eandoris.

Deinde, tu me eum non habes, qui de inexhausta naturæ opulentia litem intendam; quasi innumeta non sint, quæ incomperta hactenus, reperiri deinceps possint. Subscribo enim Senecæ, nec minùs, quàm ille exclamo, *Quam multa hoc primùm cognoscimus sæculo! Et quidem multa venientis ævi populus ignota nobis feriet. Multa sæculis tunc futuris cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur. Pusilla res Mundus est, nisi in illo, quod quæras, omnis Mundus habeat.* Et, vt adiiciam de Planetis, ac præsertim Iouialibus, quod ille de Cometis habet; *Quàm multa, prater hos, per secretum eunt, nunquam humanis oculis obuentia! Neque enim Deus omnia humanis oculis nota fecit. Quota pars operis tanti oculis nostris committitur?* Quæ commemoro, vt insinuem nihil repugnare, quò minùs Reuerendus Pater Stellas quasdam detexerit oculis mortalium hucusque inuisas. Quantumuis certè multum debeamus vulgari Telescopio, quod Sidera procul distantia nostris admouit oculis, effecitque, vt eùm in Sole, Luna, Venere, Saturno, Galaxia, aliis Cæli partibus; tum in ipso speciarim Ioue aliqua ptiùs inaudita, inspetatáque videremus; nihilominus alia proculdubio innumerabilia supersunt, quæ possint adhuc Telescopio consummatiote perspici: cuiusmodi à se inuentum, & Enochianum appellitatum, religiosus Vir pollicetur.

Hæc autem cùm ita se habeant, an non æquum censes, vt totus concedam in Viri sententiam, qui & fidei plenissimus sit, & rem memoret, quam esse nihil veret? Euimverò, eùm, vt præmonui, nihil detogem nudis obseruatis, uullúsque dubitem; quin illi, præter Mediceas, quinque Stellæ conspectæ sint; non omninò tamen assentiri possum consequutioni, quæ ab eo ex obseruatis deducitur; dum fuisse Stellas Etranteis inferi, quæ videri possunt inertantes fuisse. Quippe hoc iam est præter obseruata, ac persimile cæteris Astronomicis hypothesibus, quas quisque fingit pro lubitu; authoritate obseruationum illibata perseuerante. Heinc Virum habeo magis ingenuum, quàm vt suocensere mihi debeat, si rescire illum procures non dedisse me statim manus; verùm feciſſe aliquam de consequutione eius controuersiam. Siquidem feci, vt tuo rogatu, ita veritatis amore, pro cuius incolumitate pronunciat Aristoteles rem esse præciaram, ἀγαπᾶν ἑκάστους τοὺς φιλοῦντας ἀλήθειαν: vt proinde minùs hæream, quin Vir optimus boni consulat, si suam fortè sententiam aliquatenus mutare agnoscat.

Itaque vt rem breuiter ob oculos tibi proponam, ad eude ad ipsum Diagramma, quod vnà cum Epistola communicarum mecum voluisti, cuique agnoscas me nihil aliud, quàm addidisse literas CHIKL, PQRS, TVXYZ. Imaginare partem Diagrammatis Septentrionalem, siue punctum T erigi supra Meridionalem, siue punctum V immotum manens; & vt meliùs capias, ipsum Diagramma respice ex postica pagina, Septentrione sursum conuerso. Nempe ea ratione tuus oculus ita se habebit, vt ille videtur intelligere suum oculum sese habuisse Die Decembris 29. eùm in Ionem conuersus, & Telescopio circum respectans, visus est sibi habere quatuor Mediceas Stellas ad occasum; & ex Vrban octauianis intimam, & extimam ad Septentrionem; penintimam ad occasum; mediam, ac penextimam ad ortum. Nihil morare apparatum duplicis Zodiaci, quem ille videtur solòm apposuisse, vt significaret oppositas circumductiones, seu semitas, quibus Mediceæ interiùs, & Vrban-octauianæ exteriùs incedunt. Scilicet præcipuè attendendum est tum ad ipsas Stellas, tum ad circulos, per quos volt Planetas Vrban-octauianos moueri à dextra in læuam, siue ab occasu per Austrum, iuferneve in ortum; Mediceos verò à læua in dextram, siue ab ortu, per Austrum item, atque infernè in occasum. Considera situm Stellarum obseruatum Die Decembris memotata vigesima nona, sed Vrban-octauianorum præsertim medam de Mediceis quidem id solùm mente tenendum est, quòd eas viderit ad occasum. Videlicet cùm obsernatio Diei 4. Ianuarij nihil habeat de Mediceis; de Vrban-octauianis tamen hoc habet, quòd sparso dierum interceptorum, Penintima peruenerit ex H in I, Media ex D in L, Penextima ex E in K. Et quia duæ reliquæ, tam nimirùm intima G, quàm extima F, ea Die 4. non compatuerunt; ideò reputat, eas debuisse se recipere aut in Apogeia, aut in vmbram Iouis.

Ista vbi perceperis, nôtis oportet me, casu quodam, attendisse ad ipsum Iouem, eadem die Decembris 29. ac obseruasse, consignatséque Mediceorum cum ipso situm. Occasionem vt habeas, quoniam memorabilis est, ecce illam paucis præmitto. Cùm ante biennium Parisios venissem, & me detinere amici plusculú voluissent, quæsitum, eorum hortatu, misi id Telescopium, quo Galileus, dum esset in viuis, me donatum voluit. Ipsum dirigens sub Augusti vltimò

elapsi

elapſi initium in Saturni,ac Iouis Stellas,futuras breui Acronychias,deprehendi eſſe Saturnum Anſilarum ſuarum expertem.Fuerat res mihi priùs inuiſa ; & quia tunc memini Galileum idem obſeruaſſe ante annos XXX. dolui admodùm me non fuiſſe attendendo diligentiorem : tum vt intelligerem , quàm crebræ,aut raræ hutuſcemodi defectiones forent ; tum vt ſpeciatim admotarem , quónam tempore iſta occœpiſſet. Nam conſcripium quidem in meis Commentariolis habeo,quâ formâ viderim ♄ , Anno M. DC. XXXIII. menſe Iunio : M. D C. XXXIV. Aprili : M.DC.XXXVI. Nouembri MDCXXXVII. Februario,Iulio,Nouembri MDCXXXVIII. Decembri ; at nuſquam eum fuiſſe Anſis deſtitutum.Quapropter factus cautior,attendere deinceps volui , ſi forte fieri compertum poſſet, quandónam Anſæ reſtituerétur,atque idcircò , quoties penè fauit Cæli ſerenitas, Teleſcopium mihi præ manibus fuit , quoad vſque menſe Febrnario tam Saturnus , quàm Iupiter, futuri proximè coniuncti (quod noſti, niſi vigeſimo quoque anno non euenire) occiderunt Heliacè, ſeu videri poſſe Veſperi deſierunt. Ac prætereo quidem Saturnum fuiſſe toto eo tempote Anſulis ſuis adhuc ſpoliatum , & me auidè exſpectare matutinum eius exortum , vt explorare valeam , illas-ne adhuc recuperatit;ſed interim tamen tacere non poſſum me , cùm die Decembris 29. ipſius Satutni conſpiciundi gratiâ aſſumpſiſſem Teleſcopium,id conuertiſſe etiam ad Iouem (quod familiare mihi erat) vt obſeruitarem Mediceorum ſitum.

Retuli verò in Commentarios , quemadmodum eo Veſpere Mediceos quatuor obſeruauerim, ſitos omneis ad ortum Iouis, & ab orientali ipſius margine diſtanteis, proximum quidem , ſemidiametro ſolùm Iouis; ſequentem duabus diametris cum ſemiſſe ; tertium, tribus diametris , cum dodrante;extremum,quinque diametris, cum quadrante. Fuiſſe omneis prætereà in eadem quaſi recta linea , niſi quòd ſecundus inter primum minimum,& tertium maximum mediocris, fuit inſenſibiliter huiuſmodi lineâ Borealior.Denique & hanc lineam (Ioue tum habente Auſtrinam latitudinem) viſam fuiſſe habere ſitum , non omnino parallelnm ad Eclipticam , ſed verſus illam inclinatum ; adeò vt producta vlteriùs in ortum, ſeu in Signorum conſequentia , eam interſectura intelligeretur. Ac talis tum quidem fuit mea obſeruatio; quam idcircò commemoro , non vt cauſſer inuiſas mihi quinque Vrban-octauianas Stellas (quippe neque meum Teleſcopium proſpectum habet adeò patentem,qui ne ſufficit quidem Ioui,ac Mediceorum eximo ſummè elongato capiendis ; neque de ipſo variè circumducendo cogitaui , vt ſi quidplam præterea exhiberetur explorarem (ſed vt ſolùm innuam,quiſnam fuerit eo Veſpere Mediceorum ſitus.

Innuo porrò ipſum, quia optimus Vir ſuò in ſchematiſmo diuerſum exhibuit: Siquidem , vt non memorem Mediceorum extimum deſignatum litera b, fuiſſe ab eò exhibitum,quàm mihi conſpectus fuerit,Auſtraliorem (fuit enim , vt iam inſinuaui, in eadem cum aliis , ac primo præſertim , tertioque recta linea) attamen tam ipſe quàm cæteri tres ad occaſum Iouis exhibiti ſunt , qui fuere reuerà ad illius ortum.Vnde,& ſi deſideres vetum ſitum repræſentari , quo Mediceos tum ſpectaſſes, oculo in Iouem conuerſo, inuerte ſolùm paginam , ſeu diagrammà ſurſum, deorſum,& loco occaſus ortum, loco ortus occaſum ſcribe ; ſiquidem eo modò habiturus es , quo poſitu fuetit linea Mediceorum. Ecquidnam verò rei coniiciam, quamobrem Mediceorum ſitus , qui reuera fuit orientalis, apparuerit viro optimo occiduus ? An quia cùm vſus non fuerit ſimili mecum Teleſcopio , illud eius ſtructuræ eſt, vt dextta ſiniſtra,ſupera infera exhibeat ? An id proinde conſtitit ex duplici ſeute conuexa, duplicique concaua ; ita nimirum neceſſum eſt inuerſum ſitum exhiberi:An potiùs, quia ille fatetur poſſe ſuo Teleſcopio ambous oculis res cerni ; vttorum ſectiones ita referuntur ad geminos oculos,vt creent viſus commutationem illi non abſimilem , qua dum vel naſum , vel digitum , vel tem aliam proximam oculo vtroque alternatim reſpicimus , videmus ipſam obtegere partem corporis diſtantioris ſiniſtro dextram,dextro ſiniſtram?Vtcumque ſe res habeat,hæc in Mediceis ſitus tranſpoſitio fuit mihi prima dubitandi de Vrban-octauianis occaſio.

Ac ſtatim quidem induxi mihi facillimè in animum conſpexiſſe illum præter qnatuor Mediceas, quinque Stellas Fixas, ex numero earum , quas oculo nudo inconſpicuas , exquiſita Teleſcopia toto paſſim Cælo, ac ſæpè etiam circa Iouem , alioſque Planetas demonſtrant ; verùm & quia ille dixit eſſe eas Stellas Mediceis multò maiores;facilè ſuſpicatus ſum, eſſe ipſas poſſe ex Fixis , quæ apparent etiam nudo oculo , tametſi ſine Teleſcopio inconſpicuæ tunc fuerint , ob Crepuſculi claritatem. Ea de cauſa, cùm noſſem Iouem non attigiſſe tunc adhuc medium Dodecatemorij Piſcium , vixque eſſe poſſe elapſum Stellas maximè orientaleis conſtellationis Aquatij , quarum ſunt plæræque magnitudinis quintæ : ea, inquam,de cauſa tum Globum cæleſtem,tum Tychonis catalogum Stellarum Fixarum conſului ; & quia notam Iouem habere Auſtrinam latitudinem ; ideò attendendum potiſſimùm cenſui ad Stellas Auſtrinas fuſionis Aquarij. Porrò illæ ſtatim eâ formâ , eoque ſitu , quem heic appingo, eſſe in globo exhibuerunt ; tuque ipſe rem explorare facillimè potes in quolibet globo,neglectis Stellis cæteris in Fuſione Aquæ Auſtralioribus , ad quas pertingere Iupiter non poteſt:



Mirum autem dictu, quàm promptè ſim viſus agnoſcere eas quinque Stellas, de quibus controuertitur; quippe eædem ipſæ ſunt viſæ, quibus heic appono eaſdem literas, h, f, g, d, e, quæque in Tychonis catalogo ſunt 24.25.26.27.28. Quod enim Reuerẽdus Pater non adnotarit prætereà neque remotiorem illam ad occaſum, neque propinquiorem aliam ad meridiem; cauſam eſſe exiſtimaui proſpectum Teleſcopij, qui cùm has quinque ꝯpetit, non potuerit tamen ad illas vlteriores extendi. Tu, vt rem clariùs intelligas, Diagramma R. Patris ita erige ſupra punctum X, vt linea X Z perpendicularis euadat; ſic enim Stellas comparanti manifeſtum videbitur, non eſſe aliam h, quàm H: f, quàm F: g, quàm G; d, quàm D: e, quàm E, tanta inter vtraſque eſt analogia. Neque obſtare debet, quòd diſtantiæ comparatarum inter ſe Stellarum ad vnguem non quadrent; id nempe ex eo eſſe poteſt, quòd optimus Vir ſola viſus æſtimatione rem peregerit, neque ipſam definite tam exquiſitè potuerit, quàm qui organis Aſtronomicis ſunt Cælum dimenſi.

Ne quidpiam tamen diſſimulem: cùm ex Ephemeride Eichſtadiana, Iupiter ea Die 29. fuerit in gradu 13. min. 15. Piſcium; & ex iis Stellis promotiſſima omnium F non ſit (ex abaco Tychonis, & motus Fixarum hypotheſi) niſi in gradu 12. min. 14. ideo videtur Iupiter exceſſiſſe tunc eas Stellas, neque potuiſſe deprehendi in ipſarum medio; & ne inter f quidem, & h, quæ eſt ſolùm in gradu 9. min. 36. Piſcium. Quin-etiam, cùm tunc Iupiter ſortitus Auſtrinam latitudinem gradus 1. min. 13. potuerit eſſe infra Stellam f, cuius latitudo eſt vnius præcisè gradus; videtur tamen eſſe non potuiſſe infra Stellam h, cuius latitudo eſt grad. 1. min. 14. neque idcireò apparere inter has duas Stellas, & cæteras treis, vt in diagrammate collocatur. Ad hoc autem dici nihil aliud poteſt, quàm eſſe poſſe defectum quempiam aut in calculo, ac hypotheſi motuum Iouis: aut in deſignatione eaſum Stellarum tam ſecundùm longitudinem, quàm ſecundùm latitudinem; quem admodum ſunt aliæ quoque in Tychonis catalogo, quæ indigent emendatione. Vnde ſi hæ ipſæ ſunt Stellæ, quas Reuerendus Parer vidit, id ſaltem fructus colligetur ex illius Obſeruatione, vt loca ſeu Iouis, ſeu harum Stellarum emendari exinde valeant.

Cæterùm Ioue præter propter, vt in Diagrammate vides, conſtituto, inuerte primò ipſum Diagramma, vt antè dixi, ſurſum deorſum, & ex auerſa, ſeu poſtica pagina illud inſpice: nempe & Iupiter & Stellæ eo repræſentabuntur ſitu, quo erant Reuerendo Patri, tum inter occaſum, atque meridiem reſpicienti; ac Stellæ F, & G, accedentes magis ad verticem, intelligentur orientaliores; Stellæ verò H, D, E, accedentes magis ad horizontem, occidentaliores. Cogita deinde fuiſſe Iouem eo tempore motu directum, ſiue contendiſſe ab occaſu in ortum; ac proinde conficiendo diebus ſingulis, ex ſuo motu duodecennali, minuta decem circiter, progredi debuiſſe vno proximè gradu intra dies ſex; adeò vt, cùm die Decembris 29. ibi circiter fuerit, vbi adſcriptus eſt, debuerit die 4. Ianuarij acceſſiſſe propiùs ad Stellam F, nec procul ab ea deinceps ꝛtanſiiſſe. Scilicet motus Iouis erat verſus eam regionem, in qua dixi me Mediceos tum obſeruaſſe; ſicque potes fingere Iouem aut in P, aut eriam vlteriùs, & nonnihil ad Auſtrum lineæ Mediceorum, provt earum Stellarum ſitum aut in globo, & apud Tychonem, aut in ipſo Diagrammate non planè congruum habueris.

Ex his verò intelliges, cur die 4. Ianuarij duæ Stellæ defecerint ex iis, quæ viſæ fuerant 29. Decembris. Nimirùm, vt Die 29. Stellula illa, quæ infra E, conſpecta nõ fuerat, quòd capi non poſſet proſpectu Teleſcopij Iouem in ſui medio habentis; ita Die 4. Stellæ E, & D, fuere inconſpicabiles, quòd Ioue exſiſtente in P, proſpectus Teleſcopij non patuerit vſque ad ipſas. Quare & tres ſolùm ſuperfuerunt, ſcilicet H, F, G, quæ potuerint vnà videri cum Ioue. At quorſum nam optimus Vir exiſtimauit treis ſuperſtites eſſe H progreſſam in I; D progreſſam in L, E progreſſam in K? ipſas verò G, & F euanuiſſe? Nempe quia habuit Iouem immotum, & Stellas mobileis circa ipſum; cùm Stellæ tamen immotæ fuerint, & Iupiter ipſas intercurrerit. Heinc, ſpectato Diagrammate, non H tranſiuit in I, vt eſſet ſupra Iouem, ſed Iupiter tranſiuit in P, vt hetet ſub H; neque D, & E factæ ſunt, vna

vna lateralis, altera infetior; ſed Iupiter accedens ad P, tum eas reliquit diſtantiores, quàm vt poſſent ampliùs conſpici; rum factus fuit lateralis ipſi G, (quam ille exiſtimauit E) ac ſuperior ipſi F, (quam ille exiſtimauit D.) Agnitu certè facilè eſt ſitum Stellarum H, G, F, eundem eſſe, qui eſt trium ſuppoſitarum I K L; cùm quæ eſt commenſurationis inter vtraſque diuerſitas, otiri facilè poruerit ex fallacia æſtimationis, quæ iuſiuuata iam antè eſt.

Atque ex his quidem ſum argumentatus, potuiſſe illas quiuque Stellas, quæ fuere, præter Mediceas, Reuet. Patri conſpectæ, eſſe non Planetas Vrban-octauianos tum primùm detectos; ſed Stellas Fixas iampridem notas, ex conſtellatione Aquarij. Et quamuis fortè mea coniectura videretur cuipiam non ſatis ad obſeruationem quadrare; adieci, licet Iupiter inter eas Stellas nun fuerit; eſſe tamen potuiſſe inter alias ſolo Teleſcopio conſpicuas, eámque cum Ioue, ac inter ſe, diſpoſitionem obtiocuteis, quæ in diagrammate exhibetur. Siquidem viſum mihi fuit admodũ incredibile, potuiſſe Stellas H, E, D, à dextra ad lævam circumeunteis, ac in eadem à Ioue diſtantia manenteis, ſupereſſe poſt dies ſex; Stellas autem G, & F pari ratione circumductas, inque eadem diſtantia perſeuerauteis, potuiſſe, quod ille opinatus eſt, fugere adſpectum. Profectò ſequendo analogiam motuum (quæ neſcio an cauſa fortè fuerit, vt ille exiſtimarit Stellam L non eſſe ampliùs remouendam à Stella K, quàm in diagrammate habetur; vtque proinde inter vtramqoe exhibita tanta diſtantia non fuerit, quaota inter F, & G) manifeſtum euadet neutram, ac F præſertim, debuiſſe fieri inconſpicuam. Quia enim quò vna quæque Stella interior eſt, eò mouetur velociùs, ſuumve circulum, vt minorem, breuiore tempore percurrit (ſic nempe arcus H, I, maior eſt arcu D L, & iſte maior arcu E K) idcircò debuit Stella G promota verſus Q, tam perſpicua remanere, quàm H, aut I: & ſaltem ipſa Stella F fieri inconſpicua non potuit, vtpote promota duntaxat in R, ac in eodem penè loco perſeuerans.

Dicere enim vtramque, vel alterutram verſus Apogeium diſparuiſſe, tantò minus probabile eſt, quantò Planetæ ſenſibili ſpatio ante, & poſt ſua Apogeia, non variant ſenſibiliter magnitudinem apparentem, manentque petinde conſpicui: vt præteream, ſi Medicei in ſuis quoque Apogeiis perſeuerant conſpicui: non potuiſſe has Stellas (multo Mediceis maiores) fieri euanidas in ſuis. Dicere quoque haſce Stellas ingreſſas fuiſſe in vmbram Iouis, quanam ratione capi poteſt; cùm propter Auſtrinam Iouis latitudinem vmbra ipſius proiiceretur auerſa à Sole in Auſtrum, & ſaltem Stella F, remanſerit ad Septentrionem? Poteſt verò etiam multò minus capi, ſi orbitæ harum Stellarum interſecent ad angulos rectos Medicearum orbitas, quæ vel ex ipſo Galilæo ſunt ad Ecliptican patallelæ; adeò vt proinde planum quoque Eclipticæ interſecari debeat ab illis ad angulos rectos: nempe hac ratione eæ Stellæ circumducetentur Ioui à Botea in Auſtrum, neque vnquam aut ioter Solem, Iouémque intercipereotur, aut à tergo ipſius facti, in illius vmbra laterent. Quaoquam oon ſatis capio quid optimus Pater voluerit, cùm cenſuit plana harum Stellarum, tametſi ab ortu in occaſum euntium, eſſe non poſſu eadem cum ipſis Medicearum planis, ſed ea ſecate normaliter; cùm aliis intetiùs, aliis eateriùs circumductis, neque iibi mutuò occurſantibus, eadem eſſe plaoa oibil veter.

Quin-etiam non ſatis perceipio, quamobrem putet ſpecialeis motos, dinerſoſque à eæteris conuenire hiſce ſuis Stellis, dum dicit eas ab occaſu in ortum, potiuſquàm ab ortu in occaſum moueri, quatenus vltrà Iouem trauſeuntes, ab occaſu in ortum tendunt. Quippe hæc eſt communis lex circumuoluriouum cæleſtium, obſeruatúrque non modò in iis, quæ Solem circumeuot, vt in Mercurio, ac Venere; vt in Planetis eæteris, tam iuxta Copernicum, quam iuata Tychonem; vt in ipſiſmet Solis Maculis; ſed in ipſis quoque Mediceis Stellis, quæ circumeunt Iouem. Nam, quòd alioquin Vir optimus ex Galilæo deſumpſit, Stellas Medicеas ſupra Iouem exeunteis, fieri vt Auſtraleis, tic remotiores; id ea dimidio ſolummodò deſumptum, atque verum eſt. Cùm hoc enim ſit vniuersè verum, Stellas Mediceas ſupra, ſeu vltra Iouem tranſeunteis, eſſe à nobis remotiores; infrà, ſeu citrà propinquiores; oon tamen quories Auſtrales ſunt, remotiores à nobis ſunt; neque quoties Septentrioоales, nobis propinquiores euadunt. Siquidem cùm orbitæ earum ſint Eclipticæ parallelæ, effi.itur, vt quia nos ſemper in Eclipticæ plano ſumus, ſi Iupiter quidem in Ecliptica ſit, tum ipſæ Stellæ neque Auſtrales, neque Septentriunales ſint, ſed ſolummodò ſuperiores, vlteriores, remotiores; & inferiores, citetiores, propinquiores. At ſi Iupiter obtinuerit Auſtrinam latitudinem, tum orbitæ illæ, lege Optica, ſic inclinatæ appareant, vt pats illarum ſuperior, vlteriot, remotior in Septentrionem deflectatur; ſi Septentrionalem, tum eadem pars deflectatur in Auſtrum.

Ex quo efficitur imprimis, vt quod ille de remotione, & propinquitate dicit, vno ſolùm caſu ſit verum; tameſi is caſus non contigerit obſeruationis tempore, quo Iupiter habuit latitudinem Auſtrinam. Deinde, vt id verum non videatur, quod ait Planetas Medicеos nunquam directè ſuprà, iuſra, aut penes lateta Iouis cetni, ſed perpetuò vna tranſuerſali linea tam ſuprà quàm infra. Nam cùm id ſit obſeutè dictum; quia velle tamen videtur Planetarum ductus, ſeu ſuperiotes, ſeu infetiores non eſſe Eclipticæ ductui parallelos, aut cum ipſo coincidenteis, ſed ipſam tranſuerſum, ſeu cum aliqua obliquitate interſeeate; ideireò id verum non eſſe iotelligitur, quatenus, dum Iupiter in Eclipticæ plano eſt, nullus obliquus ductus eſt, ſiue nulla tranſuerſa linea; Mediceique directè feruntur ſuprà, infrà, ad latera; tan-

quam ipſarum orbitis coëuntibus in Eclipticæplanum.

Quòd ſi requiras vnde nam noſſe Reuet. Pater potuerit ſuos quinque Planetas verſus Saturnum emergenteis exiliſſimos fieri, ac nullos quoque apparere: deiectos verò Martem verſus, vt multò maiores, ſic conſpicuos euadere; & Tertæ molem excedenteis ipſam quoque Martis amplitudinem æmulari? Vnde nam item circulos ipſorum eſſe adeò vaſtos, vt ſint maiores circulis Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis; ſicque ſpatium inter Martem, & Saturnum immenſum arguant, & ne tributo quidem Ioui Epicyclo locum relioquant? Vnde nam demum ipſorum motus, orbeiſque eſſe inter ſe admirabili proportione; ac eſſe vnum, qui reuolutiooem intra dies 33. cum ſemiſſe perficiat; alium, qui iotra 67. atque ita de cæteris? Si requiras, inquam, quid ſit reſpondendum, ex iam dictis habes. Nam, quantum opinor, ea eo duntaxat, quòd die 4. Ianuarij nõ apparuerint amplius duæ ex illis Stellis, quæ ante ſex dies apparuerant, ratiocinatus eſt de aſcenſu, deſcenſu, decremeoto, incremento, occultatione, appatitione, & 1oole iſtarum Stellarum, idque perſuaſus potiſſimùm magnitudine earum apparente. Quanquam non video cur eas agnoſcens Mediceis multò maiores, putet tamen ipſas nullo modo poſſe videri, diſcerni, reperiri vulgari Teleſcopio, quo videre, diſcernere, reperire Mediceas licet. Ex eo ſimiliter, quòd agnouit debere has Stellas in circulis ferri, quorum diametri minores non ſint obſeruatis earum inter ſe diſtantiis, quæ Medicearum inter ſe diſtantias longè ſuperant (quippe cùm iſtæ paucolorum minutorum ſint: diſtant illæ, inter ſe, ex Tychonis datis, H, & F grad. a.. min. 37. H, & G grad. a. min. 55. H, & D gr. 3. min. 6. D, & F grad. 3. min. 7. P, & E grad. 3. min. 1 a. E, & H grad. 3. min. 33. &c.) ideò comparando circulos iſtarum, cum Medicearum circulis, ipſos mirè amplificauit: tametſi non videas quare intra illos Epicyclum Iouis continendum cenſuerit, cuius diameter non eſt decem gradibus minor. Ex eo denique, quòd vbi ſuum illud diagramma confecit, emetiri circino potuit Orbium intercapedines; ideò putauit poſſe de eorum proportionibus pronunciari; & ex eo, quòd dimetiri potuit quota portio circuli penintimi eſſet arcus H I, quota medij arcus D L, quota penextimi arcus E K: ideò argumentarus eſt, ſi intra ſea dies tanti arcus deſcripti ſunt, quot ergo diebus fuerint integri circuli deſcribendi. Alioquin certè quàm ſint multæ, quamque longorum Interuallorum obſeruationes neceſſariæ, vt cælestium motuum periodi inueſtigari valeant, barum rerum experti oõrunt.

Sed bis dimiſſis, ne eſſe putes rem admodum inſolitam, conſpici circa Iouem Fiaas, quas procliue ſit pro Planetis accipere; poſſem quidem rem variis obſeruationibus declarare; at commemorare vnam ſufficit, quæ memorabilis ſanè eſt, tum ob ſtationem Iouis demonſtratam à Stellula; tum ob occultationem Propodis, ad quem Iupitet appulit ante, & poſt ipſam ſtationem. Anno igitur M. D C. X X X I V. ac ſub medium Februarij verſabar Diniæ, cùm ſpectatus obſeruatúſque oculo nudo Iupiter, nihil omninò promoueretur. Aſſumpto Teleſcopio, Stellulam detexi præter Mediceas, quæ potuiſſet tantò faciliùs pro nouo Planeta haberi, quatò exiſtente Ioue ſtationario, habitóque velut immoto, viſa eſt reſpectu ipſius accedere, recedereque. Sed Iupiter videlicet oculo quidem nudo ſtetit; at Teleſcopio deprehenſus eſt tum moueri verſus eam Stellam ad occaſum exiſtentem, & ductâ per Mediceos lineâ Auſtraliorem, quouſque die decima quinta, ac horâ decimâ veſpertinâ factus fuit ipſi penè normalis, diſtánſque ab ea tribus proximè ſui diametris; tum ab eadem poſteà in ortum redire, ea lege, vt veſpere diei ſextæ decimæ idem rurſus ſitus, eadémque diſtantia apparuerit; veſpere autem decimæ ſeptimæ diſtantia apparuerit trium diametrorum enim ſemiſſe, quæ veſpere decimæ quartæ viſa ſolùm fuerat diametrorum trium.

Tacere autem non debeo, me ipſiſmet diebus 15. & 16. venatum fuiſſe Iouis diſtantiam à tribus inſignibus Fixis, tum vt determinare poſſem in qua Cæli parte conſtitiſſet tum Iupiter; tum vt, ſi quia vellet requitere Stellam, indicarem ipſius locum. Diſtitit ergo tunc Iupiter ab Oculo Tauri, qui & vulgò Aldebatam, gradibus 17. ac minutis 17. ab humeto ſiniſtro Otionis, gr. 17. ac m. 32. ab humero dextro eiuſdem, gr. 16. ac min. 10. Ex biſce autem diſtantiis, & ex ſuppoſitis Stellarum tam ſecundùm longitudinem, quàm ſecundùm latitudinem Tychonicis locis, deductiſque inter ipſas intercapedinibus; ex hiſce, inquam, triplici comparatioone, habui Iouem (ac Stellulam proinde) fuiſſe per id tempus in gradu 21. ac min. 7. Geminorum cum latitudine Auſtrina grad. 0. min 8.

Ad ipſam verò Propodis occultationem quod attinet; cùm hæc Stella ad Geminorum conſtellationem referatur; neſcio an ipſa, an alia fuerit, quam Ariſtoteles teſtatur ſe vidiſſe bis contegi à Ioue. Poſteros beaſſet, ſi eam deſcripſiſſet, vnaque adſcripſiſſet tempus, quo Iupiter fuit cum ipſa congreſſus. Quæcumque ea fuerit; iſta, de qua loquor, ſuo ſe prodit nomine; antecedit enim Geminorum pedes. Stella eſt magnitudinis quartæ, occupauitque, quo rempore occultata à Ioue fuit, gradum Geminorum 25. cum min. 50. obtinens aliunde Auſtrinæ latitudinis minuta ſolùm 13. Ruebat tunc annus antecedens, ſeu M. DC. XXXIII. Iupitérque regrediebatur, eratque oppoſitus Soli, ac ideò ſpecie maximus; & ne obſeruationem altiùs repetam, dies fuit Decembris 17. Veſperi, cùm ſic fuit Propodi admotus, vt is à Iouis radiis quam proximè attingeretur, nec poſſet nudo oculo, niſi ægerrimè diſcerni.

Die 18. Veſperi, euaſit iam Stella penitùs occulta nudo oculo: Teleſcopio autem deprehenſa

deprehensa fuit distãs adhuc diametris octo. Fuit ea distantia minor quidem, sed insensibiliter tamen, quàm quæ est inter infimam trium in capulo ensis Orionis, & eam, quæ videtur illi ad occasum contigua, quæque ipsa gemella est. Transierat tum hora octaua. Die 19. manè, & horâ quartâ cum semisse, distitit Iupiter à Stella diametris non ampliùs quatuor, ac semisse; idque habens Stellam ad Boream, tametsi nondum constituentem rectos in ipso angulos cum linea ducta per Medicæos. Fuit ea distantia insensibiliter amplior dimidio distantiæ, quæ est inter secundum Equum, siue mediam trium in Cauda Vrsæ maioris insignium, & Equitem, seu Stellulam ipsi proximè coniærentem. Eadem die 19. Vesperi, aut horâ octauâ, transierat iam Iupiter lineam etectam in ipso ad angulos rectos supra memoratam Medicearum lineam. Et angulus quidem ad ortum fuit nonnihil acutior, quàm ille, qui fuerat manè ad occasum; sed distantia tamen fuit eadem; hoc est diametrorum quatuor, ac semissis: tanta aliunde, aut insensibiliter amplior, quàm quæ est gemellarum sitarum inter Aldebaran, & angulum Trianguli Hyadum in latere Austrino. Successere deinde nubes, quæ ad Propodis emersionem attendere non permiserunt; sed ex immersione tamen, ac moræ dimidio intra Iouis radios, facilè est colligere fuisse Stellam oculo nudo per duos saltem dies inuisam: ne memorem ipsissimam Iouis cum Stella Coniunctionem fuisse sub ipsum meridiem diei illius 19. transeunte Ioue ad Austrum Stellæ, quatuor etreciter sui diametris.

Insequente Aprili (memorati scilicet anni M. DC. XXXIV.) cùm excurrisset Iupiter ad illum vsque stationis locum per gradus 4. & min. 43. remensus deinceps id itineris, peruenit rursus ad Propoda: tametsi illum non ampliùs texit. Nempe transiit illi (verùm iam ad Boream) quanta vna est eius diameter, nudo oculo æstimata. Telescopio æstimatæ sunt interesse circiter decem, tam Vespere 11. diei, quo actus angulus cum linea Medicearum in Ioue fuit adhuc ad ortum; quàm Vespere 12. quo æqualis quam-proximè angulus fuit ad occasum. Sed hæc obiter memorata sunto. Possem enim tum circa Iouem similia multa attexere (vt dum transiit proximè infra supremam frontis Scorpij, & supra duas minutulas, quæ sunt quasi quædam eius appendices, diebus 28. 29. 30. anni M. DC. XXVII. irémque post decennium, ac die Martij 24. & sequentibus) supra Stellam dictam secundam, & minimulam aliam in sinistra Virginis ala) tum circa alios quoque Planetas, ac potissimum circa Martem (vt dum nocte consequente diem 8. Iunij anno M. DC. XXIV. occuluit extremam in eadem ala Virginis, ac Telescopio apparuit transire illi ad Austrum paulò plus horæ dimidio à media nocte & distantiâ tantulâ, quam tres Martis diametri proximè complerent, quæque maior visa tion fuerit sexta parte distantiæ inter Equitem, & secundum Equum) Possem, inquam hæc, & complura alia non absimilia subiicere; sed excederem argumenti modum.

Quanquam, vnum venit in mentem, quod si non reticuero, fiet fortassis operæ-pretium; quatenus inde intelliges, quemadmodum sit quidem fides grauibus Viris adhibenda, dum quid obseruarum à se memorent; at non sit tamen necessarium, si illi quidpiam inde efficiant, id admittere pari fide. Sic credendum quidem Cardano, cùm literis datis ad Regem Christianissimum retulit Iouem delituisse inconspicuum per duos menses; at non accedendum nihilominus, cùm id quasi prodigium habuit, & contigisse præter cursum Iouis naturalem fuit ratiocinatus. Siquidem & quo tempore hæc scribo, Iupiter pari modo latet; què ab vno iam propemodum mense intra Solis radios immersus, ex iisdem nonnisi post mensem emerget; & idem coniungit quoties Iupiter congreditur Soli in Signis ascendentibus, quæ, quod obliquè exoriantur, detinent diutiùs Iouem horizonti, per ipsam auroræ claritatem, nimis vicinum. Sic non diffidendum quidem Pantalonio, Massobruto, aliisque Viris per Italiam eruditis, dum opusculis editis, narrauere Martem, cùm anno M. DC. XV. ac mense Augusto deberet proximè appellere ad Venerem quidem die 20. ad Lunam verò 27. nihilominus neque per eos dies comparuisse (distantem licet adhuc à Sole quadraginta plus minus gradus) neque mense Septembri toto, neque Octobris initio, cùm nondum videretur esse heliacè occidaturus: at non iis tamen assentiendum, cùm sint propterea ratiocinatæ, aut euanuisse Martem è Cælo; aut quemadmodum Tycho aliàs deprehenderat illum instà Solem, ita tunc fuisse supra Iouem, & proximè Fixas, in Apogeio adeò sublimi, vt inuisibilis euasisset; vnde & finxerunt specialem, seu Excentricum, seu Epicyclum, nonnisi intra annos 25. percurrendum; & soliditati proinde Orbium cælestium valedixerunt; scilicet Marti ad occasum, & in descendentibus Signis idem contigit, quod dixi de Ioue ad ortum, ac in ascendentibus, spectata aliunde ea exilitate, in quam decrescere Mars solet, dum ad Apogeium contendit, præ ea magnitudine, qua Venus (ne aliquid dicam de Luna) conspiciendam se tum exhibuit.

Sanè (vt hoc adhuc boni consulas) anno memorato M. DC. XXXIV. ac mense Septembri, Crepusculi claritas ita iam inuaserat Martem, vt vix iam posset conspici, & tam-iam esse occasurus heliacè reputaretur. An verò, putas, tum occidit? Haudquaquam sanè; quin potiùs se à Crepusculi splendore subducens, speciéque grandescens, heliacè oriti est visus; ac effectum propterea est, vt nonnisi mense Februario heliacè occideret: meminique potuisse me illum obseruare adhuc die quinta in altitudine decem graduum, distantem à lucida in Cauda Ceti, grad. 27. min. 40. à Markab Pægasi, grad. 22. min. 51. & grad. 7. min. 39. ab ipsa Venere; quæ consequenter (tantumdem alta) distitit ab eodem Markab, grad. 21. min. 30. à Scheat,

grad.

grad. 19. min. 2. ab Extrema alæ, grad. 26. min. 53. (Ne addam, cùm foret alra gradibus viginti vno, ac semisse, & Sol bene gradus duntaxat, eam distitisse à superiore, vicinioréque margine Solis, gradibus præcisè viginti, ac vno) Quorsum verò id contigit in Marte? Non sanè, quòd non fuerit semper, sempérque factus Soli vicinior; sed quòd, cùm per Septembrim mensem per-quàm obliquè occidisset, occœperit posteà rectiùs, rectiúsque occidere, quousque tandem accedens Sol illum suis radiis penitùs obduxit. Et, vt de ipsa Venere aliquid non minus mirabile habeas; cùm illa ante vnum alterúmque mensem sic attenuaretur in cornua, vt multis diebus ante suum, cum Sole congressum futura inuisa existimaretur; attamen altero duntaxat ante eum congressum, hoc est decimo-septimo eiusdem Februarij die, non solùm mihi conspecta fuit; sed visa est etiam specie increuisse; talis quippe fuit eius falx, qualis est Lunæ dierum trium. Sed nimirum in causa fuit latitudo ipsius Borea octo, aut nouem graduum; ob quam etiam statim videri pox Coniunctionem manè potuit.

In viam vt redeam, ac tandem consistam; habes hactenus quid rei me mouerat, vt subdubitem de consequutione, qua Vir optimus eas quinque Stellas esse Erroncs statuit, Medicéorum instar, Iouem circumstanteis. Et adderem quidem subuetteri me, ne ille, dum spectandas fecit Reuolutiones periodicas, Theoriasque magis exactas, pollicitationi non fleet; vtpote qui neque duas Stellas primùm amissas recuperarit; neque diu superstites reliquas treis habuerit; neque Iouem eo satellitio, nisi post annos duodecim, circum-stipatum sit reuisurus. Verùm cohibere aliunde iudicium vel ex eo præstat, quòd, cùm tres sint menses, ex quo ille scripsit eas literas, quarum transinissum ad te exemplum (vt meum, alioquin que explorares iudicium) feci sti mihi præmanibus; deinceps tamen nullæ conscriptæ (aut communicatæ saltem tecum) sunt, quibus errorem fuisse admissum, fuissèque rem præproperè cuentilatam declaretur. Nimirum coniectari licet illum Virorum optimum obseruare perseuerantem tandiu distulisse, quousque perspectos ad vnguem motus omneis habuerit; cùm, si vera esset mea coniectura de Stellis inerrantibus, plusquàm verisimile sit fuisse illum statim animaduersurum, & ad eosdem amicos literas datarum, qui & lapsus admonerentur, & tibi, aliisque, quid rei foret, significarent.

Vides proinde, tametsi videar non absque magna rationis specie eius sententiæ refragati, quàm non abs re tamen assensum contineam, donec ille ant vberiorem obseruatis quæsierit fidem, aut literis aliis ingenuam palinodam cecinerit. Heinc certè neque granatè feram, si hariolationem hanc meam resciscre amicos procures (ac eximium illum Puteanum imprimis, qui fiet sanè suæ erga me beneuolentiæ non immemor, neque lubens modò salutem accipiet à me, sed optimo quoque Fromondo nunciabit) quippe hac ratione eos sollicitabis, vt aut veritatem confirment, aut falsitatem dedoceant. Quod me attinet, nihil magis cupio, quam præuè conscientes refelli; tuque me amplùs longè beabis, si depellendæ à me rationis dubitandi fatageris, quàm beate voluerit, dum me rei pulcerrimæ participem esse faciendam censuisti. Vale, NAVDÆE doctissime, meque, quod facis, æternùm ama. Dabam pridie Nonas Aprilis, Anno M. DC. XLIII.

POST-SCRIPTVM.

De obseruata gemina in singulos dies (æstus Maris milar) perpendiculorum reciprocatione.

AN debeo, ne nihil reponam, auctarij vice heic attexere aliam quandam Obseruationem, quam nobilis ille Delphinas, Alexander Calignonius Peirinsius exeogitauit, peregitque, &, intercedente communi nostro Iacobo Valesio Francix Thesaurario, mecum communicatam voluit? Sanè non ausim quidem illam pro indubia diuendere (quippe & ipse nondum sum opportunitatem experiundi nactus, & Vir nobilis eo candore est, vt vberiorem explorationem potiùs exigat, quàm assensum) verùm & ne prorsus diffidam, facit eius Viri solertia, industria, eruditio, fides; & qualiscumque tandem res sit, ea digna videtur, quam & ipse nôris, & si quibus præterea significandam censueris. Vt paucis verò illam expediam; prænosse oportet Virum nobilem, dum cogitaret, aliquod-ne de quiete, vel motu Telluris haberi posset experimentum; reputasse fore, vt, si verum sit Mare bis in singulos dies fluere, ac refluere, ob geminatam quotidie in motu Telluris inæqualitatem; debere quoque pendulum, & fluitando natum in aëre plumbum, vbi semel fuerit obseruatum conquiescere, geminata, quadam in singulos dies reciprocatione ita affici, vt duas intra metas exspatians, bis intra horas viginti-quatuor versus vtramque ear, ac redeat.

Itaque delectis idoneis, & altitudinis variæ locis, perpendicula varia habuit, breuissimum pedum quinque, longissimum triginta (vnum meditatur 30. orgyarum) ac ipsam fili prolixitatem tubo inclusam continens, ab omni prorsus aëris agitatione tutam fecit. Parato plumbo apposito, cum cuspidula inferne conspicua exspectauit primùm quousque illud conquieuit penitùs; ac ipsi deinde suppositi infixam cubo cuspidulam, quæ impendenti alij directè, & quam-proximè respondeiet. Obseruauit autem, cùm variis temporibus attenderet, non constare cuspidulam plumbi supra bascos cuspidulam, sed semis horis in Boream, semis in Austrum diuergere; idque non sine deflexione aliqua ex Borea in ortum, aut ex meridie in occasum. Rem accuratiùs exploraturus; cùm obseruasset limitem excursus in Austrum attingi in ipso meridie, ac præterea in media nocte; ideò libellato primùm pauimento, & plumbo ad ipsum proximè demisso, adnotauit horâ meridianâ punctum, cui cuspidula

plumbi

plumbi immineret, ac deinceps duxit traductam per ipsum meridianam lineam. Fixit posteà in eodem puncto breuissimam cuspidulam, quam Indicem dixit, habuitque tum pro Austrino limite, à quo mensuraret digressionem in Boream: tum pro centro cuius respectu, & per ductum proximè areum, deuiationem à meridiano.

Ac non perfecerit quidem ad me, quantæ nam digressiones sint, seu quibus sint spatijs itus, reditúsque cuiusuis perpendiculi, pro longitudinis ratione: sed interim tamen ista adnotanda ex eius literis elicio. Primò, quouis die perpendiculum sit excurrere à Botea in Austrum, & recurrere ab Austro in Boream, vt ad limitem Austrinum pertueniat in ipso meridie, ac in media nocte: ad Boreum verò horâ sextâ tam matutina, quàm vespertina: ac sit in medio itineris tum excurrendo horâ nonâ, tum recurrendo tertiâ circum meridiem, mediámque noctem. Secundò, esse tam excursum, quàm recursum in medio præsertim velocem, in limitibus potissimùm lentum; nam ad Austrinum v. g. limitem dum attenditur, ipsam plumbi cuspidulam hærere supra Indicem, neque euariari sensibiliter per vnam, alteramve horam. Tertiò, Austrioum limitem esse constantiorem, quàm Boreum; vix enim vnquam ab illo quicquam versus occidentem procurri; at ab isto sæpè versus orientem plurimùm; adeò vt nihil adhuc possit de euagatione ista definiri. Denique, spem esse, vt re explorata præterea illo, quod insinuaui 30. orgyarum perpendiculo, non id modò, sed etiam alia nondum perspecta innotescant.

Habes hucusque Obseruationem, ac methodum, quo finit peracta, ac plusquàm per mensem continenter sic repetita, vt quamuis fortè satis probatæ circumstantiæ adhuc non sint; saltem videatur vniuersè talis quispiam motus esse concedendus. Præterea autem demonstrationem, qua Vir ingeniosissimus ostendere aggressus est, si illa quidem velocitatis in motu Telluris inæqualitas marini æstus causa est, non fieri accessum, & recessum maris ab ortu in occasum, ab occasu in ortum, vt Galilæus censuit, ipséque nuper retuli sub finem illarum mearum ad Puteanum Epistolarum; sed potiùs à Botea in Austrum, ab Austro in Boream; planè vt excursus, recursúsque perpendiculorum memorati fiunt. Addo solùm, cùm tem exemplis, machinisque variis declaret; tum appositum præsertim videri, quod habet de figuli rota, déque pelui, aut situla supra eam ita constituta, vt medium, vel centrum superficiei aquæ intrà vas contentæ ipsi rotæ centro directè respondeat. Nempè, vt, si rota post lentam motionem torqueatur concitatiùs, aqua ex ipso medio in quendam velut vmbilicum excauato dilabitur, ac versus oram extorbatur; &, si rota posteà agatur remissiùs, aqua ex ora relabitur, ac se in medium recipit. Ita, cùm in globo Telluris, si circumuolui admittatur, habeat Æquator rationem oræ, & Polus vtetque rationem medij, seu vmbilici; necesse est aquam, increscente motus velocitate, diffluere ex Polo versus Æquatorem, & decrescente, refluere ex Æquatore versus Polum.

An verò id etiam adnotatu dignum, quod obseruationes Viri nobilis attestantur, excurrere nempe, & recurrere perpendiculum non directè ex Botea in Austrum, ex Austro in Boream; sed quasi ex Cæcia in Africum, ex Africo in Cæciam, ductuve alias intermedio; quippe fluxum quoque, & refluxum maris ea ipsa ratione necessum est fieri; cum & aqua vasis, non ex vasis medio directè in oram, sed obliquè, & quasi quibusdam factis ipsius aufugiat, ac obliquè tursus, paribúsque gressibus ex ora in medium refugiat? An promde congruum putemus, vt quo in parallelo Vir nobilis degit (scilicet Æquatorem inter, Polúmque planè intermedio) perpendiculorum excursus, & recursus obliquitate media fiant; in iis verò parallelis, qui magis ad Polum accedunt, idem accessus, & recessus ad meridianum magis quàdrent in iis qui magis ad Æquatorem, magis ad Æquatorem congruant; ac eadem ratione euenire, vt accessus quoque, & recessus maris in locis intermedijs, obliquitatis sint intermediæ; propè Polos, magis a Botea in Austrum, ab Austro in Boream; propè Æquatorem, magis ab ortu in occasum, ab occasu in ortum? Sed, cùm illæ glacierum moles à peruestigato, ac Reuer. Patre Georgio Furnerio Societatis Iesv nuper memoratæ inter Noruegiam, & Canadam verno tempore ex Botea aduehantur; cur non aliquando, imò bis dietim, versus Boream remeant? Et, cùm aquæ maris ad Spitbergam sitam vltra octogesimum gradum ex ipso Austro influant; cur non pari modo refluus versus Austrum? Cur ad insulas etiam Philippinas fluxus, refluxúsque in Boream, ac in Austrum est? Cur, tamen fluxus ab ortu ad Æquatorem congruit, Brasiliam inter, & Africam; non tamen refluxus in ortum respondet; cùm etiam vento ab occasu flanta (ne quispiam cauillatur motum aëtis in occasum) naues ex Brasilia in Africam traiicere nequicquam contendant?

An etiam præterea est congruum, vt quemadmodum æstus maris in Nouilunijs, & Pleniluniis, ac per ipsa potissimùm Æquinoctiorum tempora, euadant longè vehementiores; ita perpendicula quoque vltra limites exspatientur; & vigor ille motus Telluris inæquabilitatem passus, tam duo Luna ipsi prorsum versus Solem est, quàm dum retrò, atque remotiùs veluti coappenditur, non in plumbo minus, quàm in ipso mari, seruata, qua decet, proportione, exprimatur? At cur, vt in Luna, non ita in plumbo fiunt itus, ac reditus vnâ propè horâ singulis diebus tetardatiores? An quia plumbum pendulum sequitur facilius impressionem motus, quàm mare, ob molem, partesque pellendas, atque obsistentes, velut contumax? An causa potiùs alia discriminis huius requirenda est, & maris æstus, vt fieri

solet, referendus ad Lunæ lucem, motum, qualitatem occultam? Sed vtcumque tamen qualitas occulta sit suffugium rutum; ipsa lux quorsum adnocetur; cùm seu Luna saturæ lucis, seu sitiens fuetit, eadem eueniant? Quorsum ipse motus? Cùm aër (ætherve) à Luna ad mare vsque interceptus corpus fluxum sit, neque vesicæ, aut vtris instar membrana quadam cohibitum, ac proinde pressus à Luna stringente, diffluat potiùs, quàm vrgeat mare, cogátque ipsum in occasum delabi (ac Terra præsertim dierim reuoluta) quouisque cessante pressione relabatur sponte in ortum? Cùm rursus, tametsi fingamus talem quampiam membranam dari, fieri nihilominus non possit, vt si ipsam Luna Perigeia vrgeat, Apogeia quoque vrgere sit potis; vt si aër, ætherve, qui est inter Lunam, & Terram prematur, non prematur & reliquum ob fluxilitatem, subingressionémque mutuam omnium partium: vt si aër possit mare premere ea vi, qua dissilire ipsum compellat, non nostra quoque capita vrgeat, instar oneris superincumbentis? vt si aëris pressio relaxetur bis intra vnum diem in cæteris locis, non relaxetur tamen in Oceano, vbi aër iugi tenore proceditur versus occasum?

An præterea, cùm semel solùm velocitas motus Tellutis, iuxta suos Authores, dietim increscat (idque ad noctem mediam) & perpendiculum proinde non videatur debere, nisi semel, dietim excutrere, & recurrere; nihilominus bis in die facit, quòd excursu vno vi verticitatis Terræ absoluto, similis alius peragatur prolapsu solo pondetis; & facta velut compulsio sub mediam noctem, sufficiat ad alium versus meridiem propagandum, perindéque sit, ac dum pendulo aliàs plumbo imprimimus ictum, quo bis eat, ac redeat; & secundo quoque secursu parem ictum imprimimus, ex quo itus, ac reditus continenter ingeminentur: quod idem fiat in motu maris? An dicendum potiùs perpendiculum bis in die nutare, quòd Terra bis in die vacillet; & Terram bis in die id pati, non ob vllam sui circumuolutionem; sed quòd fluens, ac refluens mare molem, pondúsque transferat, grauitatísque centrum commutans Terram veluti titubare cogat? Sed quæ erit ergo æstus maris causa? Et, quotsum, si Terra libratur iuxta illius periodos, non ipsum quoque perpendiculum taleis periodos sequitur, neque perinde retardatur? Cur, si motus maris creetur à motu diurno, aut mobilis primi, aut Solis, aut Lunæ, aut æthesis, aut aëris, ac esse proinde ab ortu in occasum debeat; perpendiculi tamen motus est potiùs à Borea in Austrum? Et, cùm mare apud nos, antœcósque fluens in ortum, fluat eodem tempore apud periœcos, antipodásque in occasum; aut cùm eodem tempore fluat ex vtroque Polo versus Æquatorem, & eodem ex Æquatore versus vtrumque Polum refluat; nonne exinde fit compensatio, Terráque momentis, aut prorsus, aut penè paribus librata, redditur omnis mutationis, titubationisque sensibilis expers?

An exinde rerum cælestium obseruatores monendi sunt de cautione in explorandis altitudinibus adhibenda: cùm altitudo Sideris in media nocte culmen tenentis futura non sit eadem, propter mutationem perpendiculi, quæ culminantis sub horam sextam? An ipse proinde sui satis fœlix, cùm ante annos decem obseruans, tum Dionensem Poli altitudinem, tum Polaris Stellæ distantiam à Polo, extremos dies anni abeuntis, & primos ineuntis delegi, in quibus Stella sub sextam matutinam humillima, fuit alta grad. 41. min. $25\frac{1}{2}$. & sub horam sextam vespertinam celsissima, grad. 46. min. 46. sicque bisecta intercapedo & Poli altitudinem gr. 44. min. $5\frac{1}{4}$. & Stellæ distantiam à Polo grad. 2. min. $40\frac{1}{4}$. exhibuit? An sunt alia præterea multa, quæ heinc deducenda edocebit dies; vbi Obseruatio semel fuerit, & à suo præsertim Authore, magis comprobata, magísque exculta? An potiùs ista, quæ verso omnia, meræ nugæ sunt. quòd nondum de rei veritate consteat; ac præstat proinde non circa hanc minus, quàm circa illam aliam R. Patris obseruationem renere assensum? (Et declarat quidem posse in Epistola aduersus librum Ioan. Baptistæ Morini cui titulus *Ala Telluris fractæ*, experimentum non constare; ac errare longè Morinum, qui ipsum vt verum, cùm non modò falsum, sed impossibile etiam sit, arripuit, ad ostendendum non motum Terræ motum esse causam æstus maris; sed etiam maris causam esse titubationis Terræ.) Ita mihi quidem videtur, NAVDÆE, qui tamen ad illud Epicharmi dictum, *neruos, & artus esse Sapientiæ nihil temerè credere*, adiici solùm hanc vocem velim, *temereve abnuere*. Vale iterum.

FINIS.

PROPOR

PROPORTIO GNOMONIS AD SOLSTITIALEM VMBRAM OBSERVATA Massiliæ, Anno M. DC. XXXVI.

Pro VVendelini voto.

EPISTOLÆ TRES

CVM INSERTIS QVIBVSDAM ALIIS.

EPISTOLA I.

Admodum Reuerendo, & Clarissimo Viro, GODEFRIDO VVENDELINO, *Condatensi Canonico, & Mathematico eximio,*

PETRVS GASSENDVS S.

DECIMVS penè agitur mensis (Præclarissime Wendeline) ex quo accepi literas ante annum abs te conscriptas. Noo est verò, quòd suspicere meam io referendo moram compensationem exigere: publica potiùs causa est, qua intercluſæ nobis viæ literarum vltrò, citróque dandatum. Et hactenus quidem causa perseuerat; verùm eximia nostri huiusce Viri, & amici incomparabilis solertia fertu potentius castra perrumpens, viam aperuit, qua iam tandem communicare mutuò possimus. Age proinde, nihil cunctemur, cùm non sit præsertim, quòd extimescamos, fore, vt nostræ literæ, si quas contingat intercipi, nos perduellionis reos conuincant. Innoxius nempe calamus oobis, neque πολιτείαν attingens; quando oeqoe ipsi publicis, seu rebus, seu consiliis immiscemur. Quæ tractamus negotia, Reipublicæ separatæ sunt, & commuoe oibil cum distidiis huiosceмodi volgaribus habent. Ipsum est Cælum, ipse est Mundus, ipsa rerum natura est, in qua contemplando versamur, & ea qua nihil potest vni diteſcendo accreſcere, qoin sit statim omnium, & communis iuria. Nihil in ea discriminis, seu Celtæ, seo Cantabri simos: quare & iocolæ Mundani possumus, vt Diogenes olim, oppositas acies tutò permeare. Cæterùm non est, quòd propterea existimes liretis tuis hac vice satisfactum iri; abundè erit, si semel nobis glacies hæc secta fuerit, & ea eadem porrò detrita, sperare vberiùs quidpiam coocedatur. Sanè & illæ redditæ solùm post superiotis anni Solstitium, non præstitere, vt possem ipsam Solstitij obseruationem, vti poscebas, peragere; ac multum erit, si per negotia proximè futurum obseroare licear, quippe Parisios reuocor dudum, & me sola heic detinet Fabricij nostri Nobilissimi, Humanissimi, Amantissimi consuetudo. Quocirca & ipsi præsertim debebis, si dum remoram iniicit, maximam illam, quam exigis, Solis altitudinem sim Massiliæ adnotaturus.

Interea ne Epistola absque tessera abeat, scito nos illeic nuper adfuisse, & cùm amplus Quadrans ptæ maoibus foret, meridianas aliquot altirndines per biduum acceptas, eahibuisse penè, quàm ipsa suppooris eleuationem Polarem. Eiusmodi præsertim fuit Altitodo Solis die doodecima huius mensis in meridie eahibita 65. gr. $0\frac{1}{2}$. min. Nimirum cùm aliunde foret declinatio Solis Borea 18. gr. $22\frac{1}{2}$. mio. Æquator deductus est altus 46. gtad. 38. min. & Polus ipse 43 grad. 22. min. exiguà minuendus Solis parallaxi. Nescio porrò ao Instrumenti vitio, an aliunde cootigerit, vt præcedente vndecima die altitudo Solis obseruata fuerit 64. grad. 48. mio. Vnde altirudo Poli deducta 43 grad. 19. min. duntaxat. Vtcumque sir, eadem duodecima die ex altirudine Aquilæ manè obseruata 54. grad. 36. min.

intellecta rursum fuit altitudo Poli 43.grad. 21.min. quæ die præcedente ex altitudine 54.grad. 37.mio. habita fuerat 43.grad. 21. min. Sic Vespere eiusdem diei vndecimæ altitudo Spicæ 37. grad. 26. min. reposuit eandem Poli altitudinem 43.grad. 21.min. Cùm die supetiore existens 37.grad.28.min. præstitisset solùm 43.grad.20.min. Prætereo Martem Vespere eiusdem diei vndecimæ altitudine sua summa 40.grad. 18.min. & declinatione 6. grad. 20. min. prodidisse adhuc eandem Poli altitudinem 43. grad. 21.mio. Quamuis Saturnus eodem die manè altitudine sua 24. grad. 28.min. & die sequente 24.grad. 27.min. non fecerit Polum altiorem quàm 43. grad. 19. min. & 43.grad. 20.min. id non ausim in speciem Refractionis coniicere; vti neque quod altitudo Cordis ω 21.grad. 7.min. fecit solùm altum 43.grad. 21.min. Mitatus sum magis, quamobrcio Arcturus altitudine sui maxima 67.grad. 45.min. extulerit Polum ad vsque 43.grad. 23 min. Quo se cumque modo res habeat, habes bona fide quid præstitum fuerit.

Et non apparet heic quidem obseruationum omnium vel conspiratio, vel constantia, quantam fortassis deposcetes; sed versatus ipse in hoc genere, ac non vna vice (opinor) delusus, conatum haud minus probabis. Ad illum certè tui gratiâ optimus Fabricius & ego animati idcircò sumus, vt si fortassis non liceret Solstitialem illam altitudinem obseruare, id substitueretur, quod est enarratum. Porrò si illam obtenuáro, non Quadrante solùm perficiam, verùm vsurpabo maximè Goomooem, & si possim quidem, quantum aliàs Gratianopoli, sex videlicet plus minus Orgyiarum. Quippe hoc tibi præsertim eordi; & dummodò res ad libellam, ac perpendiculum componatur, nihil obtineri potest exquisitius. Re peracta, non differam, quominus tecum communicem; ac simul etiam alia, quæ circa Eclipseis, & maximas Mercurij elongationes nosse peroptas. Impettirer iam aliqua, sed Aduersaria non sunt ad manum. Habeo in illis plusculas cùm Solis, tum Lunæ octatas Eclipseis, & Mercurium quod attinet, apparitiones vespertinas octo, matutinas quinque, postremo hoc triennio, ex quo reuisi patriam, diligenter obseruitatas. Solebam ista, & alia ad optimum illum Schickardum, cùm superesset, transdere; nunc cùm tu easdem agites curas, haud inuitus sanè profundam. Itaque plura pro otio, & dum Commeatarij præ ioanibus erunt, ac tua etiam epistola, ad quam plenior porrò dabitur responsio. Velim interea, si quid fortassis cum illustribus illis Viris, & amicis eximiis Myræo, Geuartio, Puteano, & Chifflerio agas, salutem dicas meo nomine; & significes quàm sit mihi semper clarissimorum nominum, & charissimorum capitum iucunda recordatio. Tu autem Vale, & me ama, Dabam Aquis-Sextiis 14. Kal. Iun. M. DC. XXXVI.

Hæc absolueram, cùm noster Fabricius transmittere se ad te dixit Synopsin quandam abs me compactam obseruationum variis io locis peractarum circa Eclipsin superioris mensis Augusti, quam ipse quoque tenet isteic obseruatarum receptas. Adieit se etiam mandasse, vt attexeretur exemplum factæ à me obseruationis circa Eclipsin nuperam, quæ contigit Februario mense, provt ipsam acceperat cum Hortensio communicatam. Gratissimum id habui; & quia bonæ forte fuit illi etiam præ manibus obseruatio Eclipseos, quam ante menseis quatuordecim in hac Vrbe peregeramus; suasi vt curaret seligi, ac subdi quatuor illa puncta, seu momenta præcipua, quæ tu etiam Hercæ (quantum memini) scripsisti abs te obseruata. Quio-etiam quia Finis nuperæ Eclipseos & in hac vrbe est obseruatus à Viro Illustrissimo, & Amstelodami etiam ab Hortensio; ideircò & hoc subiiciendum censui; tu consule boni, & iterum Vale.

EPISTOLA II.

Eidem.

REcepi ante duos menseis (VVENDELINE Doctissime) scripturum me vberiùs, si Solstitium tunc proximum possem Massiliæ obseruare. Nunc, quando id præstitum est, obstrictam fidem libero, ac euarro primùm, vt censuerim Solstitialem vmbram esse obtinendam. Nempe quòd Gnomonum vulgarium vsurpatio lubrica sit, erroribúsque obnoxia, tutiorem aliam, qua iampridem vti soleo, imò qua te etiam aliquando vsum, saltem ex parte coniicio ex tuo libello, iucundam duxi. Vtebantur Antiqui stylo è fundo Scaphes, seu excauati Hemisphærij erecto: attamen, cùm ipsa figuræ præparatio, & styli constitutio, tum breuitas eiusdem styli, & vmbræ illius à circumfusa luce decurtatio, ac eiusmodi cætera, vix patiebantur obseruationem de gradus dimidio (ne quidpiam dicam de gradibus integris) exhibere certam. Familiaris etiam fuit Obelotom, Conicorúmque Gnomonum praxis; sed nutabant, ob similes difficultates, obseruata; & docet experientia non posse illa sustincre scrupulosam disquisitionem. Heinc certè esse existimo, quamobrem quæ sunt proportiones à veteribus traditæ, numeris partium exiguis, ac rotundis expressæ sint: quòd mirarum, cùm in incerto grandiores partes versarentur, consectari particulas minutissimas docerent ioeptum. Ad me quod spectat, nemo persuadeat rationem Gnomonia ad Æquinoctialem vmbram habuisse se Romæ quemadmodum 9. ad 8. tanta præcisione, vt non defuerint, superfuerint-ve aliquot partiunlæ, nisi centesimæ, aut milleſimæ, saltem decies, aut centies milleſimæ, de quibus sollicitum esse, tu, saltem pro tuo instituto, nequaquam iootile dicas.

Meam methodum vt describam; deligere soleo amplas quasdam ædes, quarum tectum loco idoneo temerari leuiter possit, ac laminu

laminulam capere, circitet cuius medium to tundum foramen refocuerim, plumbo demittendo, ac radiis Solis intromittédis comparatum. Deinde locum pauimenti, in quem plumbum fuerit casurum, vbi adnotaui, libello exeinde planitiem versum Boream; & postquàm plumbum demissum est, casusque punctum designatum, duco ex eiusmodi puncto meridianam lineam in Boream, seu alia ratione, si Sol aliundè affulserit, seu ope acus Magneticæ, minimè neglecta eius variatione. Adhæc, cùm Plumbum filo appensum demittere soleam ex parte Australi foraminis, constetque eiusmodi partem esse quasi verticem styli, qui prædicto casus puncto ad normam exactè inistat; lineam ductam in facie plana vnius, vel plurium compactarum trabeculatum, vnà cum longitudine illarum ita præfeco, vt ipsis erectis alterum lineæ extremum prædicto casus puncto coaptetur, alterum prædictæ Australi foraminis parti cohæreat. Nimirùm secundum hanc lineam duco mensurandam styli altitudinem; quando filum sui tensione, relaxationeque ad scrupulosam eiusmodi diuisionem non est idoneum. Postea igitur, huiusmodi lineam diuido in parteis minutissimas, vtorque vulgò Pede Parisino, quem desumpsi aliàs ex Prototypo, ac diuisum habeo, vti ferè solet in 12. digitos, cum subdiuisione digiti cuiusque in 12. lineas (ita vulgò appellant Vncias) & cuiusque lineæ per transuersos ductus in particulas 12. Tandem meridie accedente, exspecto donec lucida Ellipsis, quam Sol foramine traiectus in pauimento creare solet, meridianam attingat lineam; & quo momento media fecatur per lineam eiusdemodi, leui incisione lineam cōnoto in confinijs lucis, ac vmbræ obscurissimæ; & accuratè quidem præsertim ad Australem partem Ellipseos; quando illeic præsertim est vertis styli germana vmbra. Cætera omitto; vti captationem diametrorum Ellipseos, quæ comparatæ cum diametro memorati foraminis, & decliuitate illius spectata, in ipsius diametri Solis notitiam possunt ducere. Hac methodo, quod insinuaui superioribus lineris, obseruaui aliàs Gratianopoli cum meo Valesio Vmbram Solstitialem intra sphæristerium, quod Connestabuli appellant; cumque fastigij, atque adeò vsurpati à nobis styli altitudo sex plus minùs orgyis prolixa exsisterer particularum 64690. talium exstitit vmbra recta 15410. vnde supremæ oræ Solis exhibita fuit altitudo 68. grad. min $33\frac{1}{7}$. Atque id quidem anno 1625. & Die Iunij 21. in cuius meridie præcisè contigit Solstitium.

Verùm vt historiam nouitiæ Obseruationis recenseam; provt illam continuò in Commentarios retuli: ecce, cùm Solstitium inter meridiem diei 20. ac 21. superioris Iunij foret; accessi Massiliam à die vsque 18. vnà cum per illustri illo, optimoque Fabricio, qui & varia negotia votis tuis posthabuit, & adesse coram pro suo immenso in bonas arteis ardore voluit. Statim ab accessu, quia cordi erat maturè omnia præparare; idcircò locis variis, cùm priuatis, tum publicis tota vrbe exploratis, commodior nullus inuentus est, quàm ipsum Collegij, quod Congregationis Oratoriæ Patres optimi moderantur. Nempe, quæ ædes recens exstruuntur, & adexortum Ecclesiæ sunt, visæ sunt spatium continere prolixum satis, ac liberum, ob rectum orgyis nouem sublime, & tabulata intermedia, vnico excepto, nondum absoluta: Ac poterat id solum quidem tabulatum nobis obstare; verùm & Patres optimi illud effringi consenserunt, & Ciuitatis Consules, quorum auspiciis, ac impensis Collegium exædificatur, planè demoliri mandarunt. Quinetiam nobilis Burgundius Consulum primus inrer fuit ipse, ac toto potissimùm manè diei sequentis non destitit, quidquid fuit seu rerum, seu operariorum necessarium suppeditare. Itaque imprimis perforatum tectum (cuius decliuitas non maior supra planum horizontis grad. 17.) applicitaq; e laminula, cuius in medio factum foramē, siue resectus circulus, quo radij Solis transmittrentur, diametrum habuit linearum sex, & particularum sex, quales iam antè sunt memoratæ. Deinde, qua parte tabulatum fuit foramini suppositum, disiecta contignatio est ad vnam circiter orgyiam; ac demisso plumbo ex parte inferiore foraminis, subtracta est, ac libellata à puncto casus in Boream lata satis, ac longa trabs, quæ etiam priùs ad lineæ ductum, ac mensurationem fuerat læuigata. Hæc linea non alia ratione effici potuit meridiana, quàm directione Magneris, cuius variatio Massiliæ supposita est, qualis Aquis-Sextiis, putà quinque proximè graduum. Non memoro verò, vt fenestræ omnes, quæ vento admisso plumbi filum agitabant, ac nimiam etiá claritatem in prædictam trabem transmissuræ erant, obturatæ fuerint. Addo solū, trabeculas duas ita fuisse copulatas, & à trabe supposita in recti foramē ductas, vt rubricata linea secundum ipsarum longitudinem directa, exquisitè responderit, heinc quidem puncto casus plumbi in meridiana linea; inde inferiori, siue meridianæ ipsius foraminis oræ. Hoc autem factum, vt antè monui, quia secundum eam lineam styli altitudo mensuranda fuit; quippe quæ ex demisso filo tensili, & contractili, rara certaque esse non posset. Cæterùm hoc modo styli altitudo orgyis octo fuit maior; quippe inuenta Pedum Parisinorum 51. digitorum 8. linearum 4. particularum 0. hoc est vniuersè particularum 89328.

Iam in meridie huius diei (19. scilicet) adnotata est diligenter prolixitas vmbræ, qua præsertim parte linea meridiana lucidam Ellipsin medium diuidens terminauit ipsam ad partem Australem, leui sectione illeic facta in Ellipseos transitu, & emensione in illam à puncto casus plumbi peracta, longitudo vmbræ adinuenta est Pedum Parisinorum 18. digitorum 4. linearum 7. particularum 2. vniuersè particularum 31766. Cætera prætereo simul adnotata, circa Ellipseos diametros. Addo potiùs eadem ratione obseruatam vmbram in ipso diei 20. meridie inuentam esse factā breuiorem particulis 13. Signidem

Pro hoc, & proximo art. vide Epistolam infra. anno 1643.

fuere vniuersè solùm particulæ 31753. Die 21. decurrata adhuc fuit vmbra particulis 2. quippe fuere solùm 31751. at die 22. fuit iam facta productior particulis 8. fuere nempe 31759. Ea quibus, cùm apparear breuissimam vmbram fuisse obseruatam die 21. sicque vmbram Solstitialem vsurpari posse 31752. qualium Gnomon 89328. vihilominus, quia iam tunc Sol excesserat initium ♋, & & verisimiliter, saltem ea Tychone, ad trientem gradus in meridie peruenerat, ac proinde declinationem minuerat iam duobus circiter secundis, quibus debetur proximè vna ex memoratis particulis; inde est, vt si supposuerimus. Solstitium in media contingere, vsurpari possit vmbra partium non 31751. sed 31750.

Itaque Massiliæ Proportio Gnomonis ad Vmbram Solstitij æstiui pronunciari potest, vt 89,28. ad 31750. seu dimidiado. vt 44664. ad 15875. Quia verò eadem proportione se habet Radius 10000000. ad Tangentem 35543 12. idcircò Altitudo Solis maxima, & secundum otaiu quidem superiorem, intelligitur 70. grad. 25. min. 59. sec. es qua si adimas semidiamettum Solis grad. 0. min. 15. sec 4. supereſt Altitudo Centri ipsius gr. 70. min. 10. sec. 55. adde iam 20. proximè secunda tuæ Parallaxeos: euades correcta centri altitudo grad. 70. miu. 11. sec. 15. Adime suppositam tibi declinationem maaimam 23. grad. 30. min. 24. sec. tom restabit Æquator altus 46. grad. 40. miu. 51. sec. Quare & altitudo Poli, seu latitudo Massiliensis efficietur 43. grad. 19. min. 9. sec. Quòd si habeamus eaquisitam Tychonicam tum Parallaxin 59. sec. tum maaimam declinationem 23. gr. 31. miu. 30. sec. Perspicuum est Poli altitudineiu, seu laritudinem Massiliæ proditutam 43. grad. 19. min. 36. sec. Prætereo autem conspirare cum eiusmodi altitudine Obseruationes duorum Metidierum proaimè circumstantiũ. Quod autem Obseruationes dictum 19. & 22. sea aut septem secundis dissideant, nihil sanè mirum, vbi præsertim impromptu non est exquisitè determinate tu quo puncto fiat nigerrimæ vmbræ cum extenuatissima, seu extrema luee, indiuidua commissura. Præterea quoque, nihil motandum, quòd boua pars altitudinum tecum iam communicatarum consphet potiùs ad Polarem eleuationem 43 grad 22. min. Siquidem Quadranti fidendum non esse ad tria, vel quatuor minuta, exemine deinceps facto comperi: adeò ille alibi meliùs, alibi peiùs distinctus est. Sanè idem Massiliam hac profectione relatus, Solstitialem altitudinem non ampliotem exhibuit quàm 70. grad. 6 min. ex qua sequeretur eleuatio Poli etiam 43. grad. min. 25 ½. quæ tolerari prorsus non potest. Quare & coniector priorem duarum Solarium Altitudinum; nempe quæ Die Maij 11. exhibita fuit 64. gr. 48. min. exhibuitque Polum altum 43. grad. 29. min. præferendam esse posteriori, seu quæ Die 12. exhibita 65. grad. min. 0 ½. Polum fecit altum 43. grad. 22. min. non attenta nempe Solis parallaxi, quæ per te minutum non variat) Idque non modò quòd ea consphet cum Solstitiali Gnomonica, sed etiam quòd magis consentiat cum obseruata Aquis-Sextiis altitudine Die 13. sequente 65. grad. miu. 0 ½. vnde exhibita hæc est Eleuatio Poli 43. grad. 31. min. ita scilicet exigente incremento declinationis, & motu Solis per hosce dies.

An verò etiam prætereundum, quod fortassis miraberis, percontaberisque, vnde nouerim semidiamettrum illam Solis? Profectò memorandum potiùs qua arte venari illam soleam, postquàm de illa constitit cum præclaro illo Iosepho Galterio. Priore, ac Domino Valletæ abs quo iam quoque salutem habes. Itaque à fine superioris Maij vsurpauerã trabeculam quandam orgyiarum propè quatuor, in cuius extremis collocata erant pinnacidia propè semipedalia, & ad angulos quidem rectos fiduciali lineæ, per mediam trabeculæ complanatæ faciem directæ. Mensurata distantia inter pinnacidia deprehensa fuerat pedum Parisinorum 22. digit. 2. lin. 3. part. 4. hoc est vniuersè particularũ 38344. vti & latitudo vtriusque pinuacidij digit. 5. lin. 6. part. 4. vniuersè particularum 796. Et cùm per dies benè multos trabeculam Soli, gradibus circiter 36. alto, ita obuertissem ex loco occluso, vt patente solùm superiè foramine, pinuacidium superius vmbram iaceret in inferius; eiusmodi vmbra constantissimè apparuerat digit. 3. lin. 2. part. 2. vniuersè particularum 458. Heinc istus detractis ea latitudine pinnacidij 796. superfuerant pro luce residua 338. ac pro lucis dimidio 169. ad quas quia distantia 38344. eandem habebat rationem, quam Radius 10000000. ad Tang. 44075. eapropter collegeram Solis semidiamettrum esse grad. 0. min. 15. sec. 29. Deinceps verò, quia obseruaui trabeculam in eo situ nouuihil sub medium inflecti, idcireò sitam commodiorem proximè meridiem delegi, in quo memorata pinnacidij vmbra fuit auctior duabus particulis, atque adeò exhibuit Solis semidiamettrum grad. 0. min. 15. sec. 4. Id vt experirer, me admonuit Obseruatio facta Massiliæ, vbi vsurpata sex orgyiarum trabecula exhibuit pari methodo Solis semidiamettrum grad. 0. min. 15. sec. 2. Nimirùm vtendo iisdem pinnacidiis vmbra alterius in altero fuit tantum digit. 1. lin. 8. part. 10. vniuersè particulatum 250. cùm distantia inter vtrumque foret pedum Parisinorum 36. digit. 1. lin. 7. part. 7. vniuersè particulatum 62442. Idque quàm proaimè ab ipso Solstitiali meridie. Accipio autem hoc potiùs grad. 0. miu. 15. sec. 4. quàm grad. 0. miu. 15. sec. 2. quòd Obseruationes Aquenses maiore quiete, & frequentia fuerint peractæ.

Digrediar ampliùs; sed gratum faciam, si simile quidpiam memorauero circa semidiamettrum Lunæ; nempe eodem modo illam aucupor, uisi quòd, cùm illius vmbra debiliùs pingatur, in inferiore pinnacidio, parata baceo foliola alba duabus parallelis lineis interstincta, quæ extremis vmbræ ita applicem, vt uisi lineæ vnius folioli cobæreant, toties coinmutem cum aliis, donec linearum interuallum

vallum latitudini, ſeu extremis vmbræ, quàm proximè poteſt, conſentiat. Hoc igitur modo obſeruans, & vt priùs ratiocinans, vix deprehendo hactenus ſemidiametrum Lunæ Apogeiæ pauculis ſecundis ſuperare 13. min. & Perigeiæ via 14. min. cum ſemiſſe attingere; vnde & puto, vix euenturum, vt diameter Lunæ Perigeiæ æquari vnquam valeat diametro Solis Apogeij. Quo caſu prouidendum eſt, quid reſponderi valeat ad Eclipſeis Solis, quæ cum mora aliqua contigiſſe prohibentur. Profectò, quod me attinet, neque obſeruando hallucinationem, neque ratiocinando paralogiſmum detegn. Addam tamen (atque id quidem quo veritatis amore decet) quid mihi eùm aliàs, tum Die 24. Iunij eiuſdem ſuperioris contigerit. Obſeruauaram circiter horam à media nocte ſecundam diametrum Lunæ decurtatam grad. 0. min. 18. ſec. 40. ea vmbra digit. 4. lin. 1. part. 0. vniuersè particularum 588. & diametrum integram grad. 0. min. 28. ſec. 36. ex vmbra digit. 3. lin. 3. part. 10. vniuersè particularum 478. cùm exploraturus quantum oculus in ipſam Lunam reſpectans, & vel ſola ipſius luce, vel Crepuſculi, vel Solis exorti ſplendore perſtrictus, huic quantitati addetet, Radium attiput, quo Siderum metiri interualla ſoleo. Itaque ſtatim ferè poſt, & antè natam adhuc auroram, diametet eadem decurtata exhibita fuit grad. 0. min. 26$\frac{1}{2}$. Integra grad. 0. min. 38. Poſteà, aurora inclareſcente decurtata grad. 0. min. 25$\frac{1}{2}$. Integra grad. 0. min. 36$\frac{1}{2}$. Rurſus, die omninò clara ſed Sole tamen nondum apparente, decurtata grad. 0. min. 24. Integra grad. 0. min. 34$\frac{1}{2}$. Iterùm Sole quidem exorto, verùm præter nubeis malignè lucente, ducurtara grad. 0. min. 23$\frac{1}{2}$. Integra grad. 0. min. 34$\frac{1}{2}$. denique Sole clariſſimo, & ſub ſeptimam quidem horam, decurtata grad. 0. min. 21$\frac{1}{2}$. Integra grad. 0. min. 33. Quo loco, prærerco ipſius quoque Solis diametrum tranſuerſam eùm in altitudine 3. graduum interpoſita nubila fauerent, exhibitam fuiſſe grad. 0. min. 33$\frac{1}{4}$.

Quidni porrò etiam huic loco intexam, quod Paradoxum eiuſmodi Obſeruationes me edocuerunt? Nôram ex communi ſententia Luminarium Diametros propè hotizontem ampliari, vaporum interpoſitu. Eaiſtimabam conſequenter fore, vt Sole valdè decliui, ipſius vmbra proiiceretur longè, quàm in meridie minor; & videbar etiam Maſſiliæ obſeruaſſe quid ſimile. Attamen ſecùs contigit, crebrò, ſedulóque id obſeruitanti; nempe vmbra ſemper tantò maior fuit, atque adeò ſpecies Solis tantò minor, quantò Sol fuit depreſſior, & copia abundantior vaporum interpoſitorum. Exempli enim gratiâ, in memorata illa altitudine 3. graduum fuit vmbra digit. 3. lin. 3. part. 6. vniuetsè particularum 474. Ex quibus, vt ſuprà ratiocinando, colligitur Solis Diameter non min. 30 & ſecundorum aliquot, veluti in meridie; ſed grad. 0. min. 28. ſec. 52. dumtaxat. Nec verò propterea conrendo Solis diametrum oculo ſpectatam, organiſque aliis acceptam, in eadem altitudine non apparere maiorem 3 ſed cauſam puto, quod oculus vaporibus tunc vmbrefactus, minùs ad Solem conniuean, & amplificatà pupillà maiotem ſpeciem intrò admittat; pinnacidium verò, illiuſque vmbra non vt oculus afficiatur; & cùm vtrimque ea ora Solis radij propemodùm ſingulares eam lucem creent, quæ vmbram proximè contingit, atque adeò eſt debiliſſima; inde efficiatur, vt vaporum corpuſculis intercipientibus eiuſmodi radios, ſpatiolum priùs lucidum, vicinæ ſibj vmbræ accreſcat; non item paulò remotiùs, quòd pluribus radiis adhuc illuſtratur.

Sed redeundum tandem ad vmbræ Solſtitialis Obſeruationem. Initiò non eſt, quòd inuſtatu in comparatione Gnomonis abs me vſurpati, cum eo, quo olim vſus Pytheas. Id enim tibi erit curæ, qui, vt poſſes efficere, Obſeruationem ſollicitaſti. Patere ſolùm, vt cum ille Gnomonem ſuum diuiſerit in particulas 600. eliciam, ſi nos eandem diuiſionem vſurpauiſſemus, prodituram fuiſſe vmbram partium 213$\frac{1}{2}$. Quare & numeris reductis, pronunciari poſſe à nobis proportionem eſſe Gnomonis ad vmbram, qualis 120. ad 42$\frac{1}{2}$. præter quadraniem vnius quintæ; cùm ille pronunciauerit, vt 120. ad 41$\frac{1}{2}$. Sicque Solem habuerit altum ſuperiore margine, 70. grad. 47. min. 43. ſec. Et verò, quoniam differentia eiuſcemodi diſcrimen induceit ab inuenta nobis altitudine, gr 0. min. 21 ſec. 44. Agnoſco, & lætor pto tuo inſtituto rem ſuccedere; quando ex tua Parallaxi, maximaque declinatione ſequitur, vt priſcis Pytheæ tèporibus, Eclipticæ obliquitas exſtiterit grad. 23. min. 52. vti ex Tychonica gr. 23. min. 53$\frac{1}{2}$. eiuſmodi eſſe debuiſſe ipſe quàm proximè ſupponis. Vnum quid deeſſe videtur; nempe quòd proditum non ſit, qualem, quàtum, aut quo modo Gnomonem Pytheas vſurparit. Etenim, ſi id haberemus, liceret tutò examinare, annon pars ſaltem diſcriminis ea obſeruationis defectu prouenire potuerit; an proportio quam prodidit, fuerit penitus exquiſita. Et fauere quidem videtur illa ſcrupuloſitas partium 42. vnâ quintâ minus: ſed primùm, quod ſciam; nemo prodidit id fuiſſe à Pythea diſerte conſcriptum. Refert ſolùm Strabo. Hipparchum aſſeruiſſe Bizantij proportionem eſſe Gnomonis ad vmbram, qualis eſt 120. ad 41. vna quintâ minus; adeò vt, cùm aliunde ſcripſerit Hipparchus Maſſiliam cum Bizantio in eodem eſſe parallelo, ob eandem rationem Gnomonis ad vmbram proditam à Pythea, inde colligamus fuiſſe quoque Pytheæ proportionem illam 120. ad 42. vnâ quintâ minus; vel, quod eſt idem, vt 120. ad 41$\frac{1}{2}$. Potrò poterat Pytheas prodidiſſe proportionem vnâ, alterave particulâ abundantem, aut deficientem, & habere tamen Hipparchus proportionem vtrobique obſeruatam eandem; idque præſertim, cùm nihil obſtaret, quominus vterque locorum (non exiſtente diuerſa maximæ diei quantitate) in eodem ſemper parallelo conſtitueretur; licet paucorum minutorum circa Solſtitialem altitudinem inuehereiur differentia. Mirabilis ſanè res foret, ſi duæ iſtæ

ciuitates

ciuitates æqualitet adeò ab Æquatore distarent, vt ne vno quidem milliari, ac proinde minutis paucis circa latitudinem dissiderent. Sed vnde aliundè etiam coniecturam? Ecce, cùm Ptolomæus, vel ex Pytheæ scriptis, vel ex Hipparchi certè commentariis, proportionem à Pytheа obseruatam contrucntibus, desumpsisse illam videatur, quam tradit esse Massiliæ vt 60. ad $20\frac{1}{7}$. Vides, vt, reductione facta ad Hipparchicos numeros, proportio inde deducatur qualis est 120. ad $141\frac{1}{7}$. & tertiam partem vnius quintæ. Hæc autem proportio, cùm ne vna quidem integra quinta differat à Bizantio, vt proinde potuerit pro eadem ab Hipparcho vsurpari; nihilominus eadem præcisè non est, & quantulumcunque dissideat, neque diuersitatem vllam sensibilem circa quantitatē diei maximæ efficiat, inducit tamen maximam Solis altitudinem, non iam 70. grad. 47. min. 45. sec. sed 70. grad. 51. min. 7. sec. discrimine videlicet grad. 0. min. 5. sec. 14. Quod iam tibi facetet declinationem maximam illis Pytheæ temporibus grad. 23. min. 55. sec. 32. Quanquam hæc solùm obiicio, vt ansam præbeam eam tuinandi, num fortassis quas habemus ab Antiquis Obseruationes, eiusmodi non sint, quibus scrupulosas, & iodubias superexstruere Hypotheseis liceat.

Eoim-verò, quia, sat scio, nihil esse tibi veritate antiquius, scrupulum non dissimulabo, vnde videatur Machinæ, quam molitis esse metuendum. Habes tu pro fabula meta Octauæ Sphæræ anomaliam; habeo & ego; siquidem persuaderi illam nunquam potui, attendens ad lubricitatem Obseruationum, quibus fulcitur. At nunquam-ne, mi VVendeline, similis quædam obseruationum incertitudo te induxit, vt cosideretes potuisse antiquos circa eas, ex quibus variatio obliquitatis Eclipticæ deducta est, hallucinari? Vides profectò, quod attioet ad posteriora hæc tempora, admittendum minimè esse, quod Peurbachius, Copernicus, & alij obliquitatem, seu maximam declinationem deduxerunt ad 23 grad. 28. min. quando eximius ille Tycho, misso Fruemburgum obseruatote cum Instrumento idoneo, & refractionibus spectaris, ad quas illi non attendissent, planum fecit addenda esse minuta ad minimum tria; adeò vt fuerit potiùs limitanda obliquitas ad grad. 23. min. 31. qualis quoque deducitur ea obseruatiooe VValteri, qui ante ducentos penè fuit annos. Quare & cùm obliquitas à duobus iam sæculis perseueret eadem: quidni etiam potuerit aliquot priùs sæculis eadem planè perseuerare? tametsi Artificum quidam, vt Thebitius, Almæon, Propharius, & alij essa eam pronuntiauerint graduum 23. & minutorum 32. 33. 34. & ad summum 35. idque ab æuo Albategnij, seu sæculis circiter octo. Etenim, sicut posteriores obseruatores peccarunt in detrahendis minutis tribus; cur non & priores peccare potuerunt in addendis tribus, aut quatuor; veritate semper incedente media inter vtrumque errorem? Regrediamur vlteriùs; oonne ipsa quoque agnoscis ante sæcula ex. celebrem Mathematicum, Pappum illum Alexandrinum, talem habuisse obliquitatem, qualis proximè iam est, videlicet 23. grad. 30. min.

Et excusare quidem contendis, quasi deceptus is fuerit, falsam supponēs cum Ptolemæo latitudinem Alexandriæ. Sed primùm mùm, eredamus-ne dicendum, Pappum tam fuisse socordem, vt tatiocinatus circa propoetionem diametrorum Tropici, ac Sphæræ totius, eamque à Ptolomaica dissidere animadoertens, uon intellexerit quid sibi, quid Ptolemæo consequēs foret; neque examinauerie, cur obliquitatem ex placito tuo statuere deberet grad 23. min. 42. cùm Ptolemæus eam habuisset gr. 23. min. $51\frac{1}{2}$. nempe intra duo, aut tria sæcula 9. min. contractiorem, quæ tribus superioribus eadem perstiterat? Deinde. vt paulò vberiùs suppositam illam abaretē falsitatem considetes; velim aduertas Ptolemæum non tam constituisse per Gnomonis vmbram latitudinem Alexandriæ (vt tu videris innuere) quàm methodo alia ab ipso conscripta, quæ semidiametri Solaris siue additione, siue detractione, quam causaris, non egeat. Vt enim mittam methodum per circumpolares Stellas; ecce, docet ille in Opere Magno, se fabricatum fuisse Quadrantem (quin & armillas etiam) eoque sæpiùs obseruasse meridianam Solis altitudinem in vtroque Solstitio; adiicitque mediam inter maximam, infimamque, fuisse altitudinem Æquatoris, cuius, inquit, complementum ipsa Poli altitudo, seu loci latitudo est. Nisi fortè, cùm Ptolemæus admoneat eadem methodo locorum latitudines vbiuis gentium obtinendas; existimemus illum ipsā non obtinuisse Alexandrinam & vel obstinuisse dumtaxat ex Gnomonis vmbra, non aduertendo illi addendam Solis semidiametrum; vel, si vtroque modo obtinuit, & discrimen animaduerit, non examinasse discriminis causam, ea veritatem agnitam errori certo posthabuisse? Sanè cùm nefas sit id putare; vide aliundè, quàm cauerit ne semidiameter imponeret Solis. Nempe testatue eodem loco se accepisse medium vmbræ proiectæ à cylindrulo, qui in centro Quadrantis erat, & de armillis cùm loquirnt, verbis expressis meminit altitudinis centri Solis. Neque morandum, quòd in Geogtaphia videantur plurimæque locorum latitudines, ex Gnomonum vmbris, oon attenta Solis semidiametro deriuatæ: Nam & verisimile est non eundem esse Geogtaphiæ, Constructioniſque magnæ authorem; &, ad Alexandriam quod spectat, noo est, cur certo testimonio potiorem ducamus coniecturam dubiam; vt oeque tatiocinium, quod ex stadiasmis concluditur, aut alia etiam consimilia. Addere possem, non videri omneis Mathematicos semidiametro Solari detusos; quippe illum Mālium, qui Romæ pilam Obelisci apici imposuit, id effecisse quis non suspicetur, vt ipsa vmbra verticia in semetipsam collecta (quæ sunt verba Plinij) posset ex centro vmbræ pilæ haberi vera non margims, sed centri Solis altitudo! Attamen hæc de Ptolamæo, & Alexandria

xandria solùm interxui, vt arguerem, nisi Pappus imitatus Ptolemæum deceptus non fuit circa Alexandriæ latitudinem; fuisse igitur tempore illius obliquitatem Ecliptic æ 23. gr. min. 10.

Cæterùm ipse Ptolemæus obliquitatem hanc obseruans ante sæculū 15. seu annis à Christo 130. Quadrantem illum, vel ligneum, vel lapideum ita deseripsit, vt & ratione materiæ vel exquisitas diuisiones non admiserit; vel pro aëris varietate distortaeti potuerit; & ratione quantitatis mediocris extiterit; adeò vt trienteis, aut quadranteis graduum dumtaxat exceperit; ac vix de quinis solùm minutis certitudinem fecerit; & ratione situs, atque erectionis in meridiana linea, item que cylindri ad centrum normalis, vmbramque in limbum vsque producentis, obseruationem lubricam, incertámque ctcauerit; denique, vt is fuerit, qui errorem trientis gradus, siue minutorum 20. facillimè induxerit. Certè ne Ptolemæus quidem ausus est maiorem certitudinem polliceri, quàm intra minuta 5. comprehensam (nempe illorum medium est assignata obliquitas grad. 23. min. 51 $\frac{1}{2}$. & tu vis illum adhuc errasse minutis propemodùm quinque; cùm obliquitatem statuis eius tempore exstitisse gr. 23. min. 46 $\frac{1}{2}$. Adeò proinde vt nihil reiect, vel ob causas expositas, ampliorem nonnihil credere errorem; obliquitatémque temporis illius, eandem extitisse, quæ etiam-nunc est. Quòd si Ptolemæus est visus eam tueri sententiam, nihilominus probabile est, cùm de illa sibi non planè confideret, voluisse illum nihil imprimis exquisitum proponere, (quod tanium tamen Astronomiæ Instauratorem addecuisset) ac deinde exístimasse insistendum potiùs Eratosthenis, & Hipparcho; seu quia putaret Eclipticam tantæ luxationis non esse capacem, seu quia suæ diffidete, quàm ipsotum, mallet industriæ.

Porrò, quod attinet imprimis ad ipsum Eratosthenem, qui ducentis annis ante Christum floruit, is Meridiano toto diuiso in partes 83. reperit 11. ex illis inter Tropicos collocari, adeò vt illarum quinque inter Æquatorem, & alterum Tropicum, obliquitatem exhibuerint 23 grad. min. 51 $\frac{1}{2}$. At quia constat, vel ex Cleomede, Eratosthenem, scaphilis illis vsum, quæ, vt initio referebam, vix possunt dimidij, aut etiam vnius gradus integri certitudinem facere; non est, cur ille non potuerit particellā tantulā vnius 83. obseruando errare, quæ trientem gradus seu minuta 20. superaddere ad veram obliquitatem potuerit. Si coniecturam præterea poscis; non dicit Ptolemæus Eratosthenem reperisse præcisè proportionē 83. ad 11. sed dicit *proximè*; puta quasi innuens aliquid potuisse ad partem 11. vel deesse, vel superesse. Sin ille vsus est Armillis, quas Regibus primus suggessit; notum est genus id Instrumenti vix posse vnquam ipsi Cælo ita couenire constituì vt non inducat fallaciam paucorum saltem minutorum; & quem praui illarum situm Ptolemæus conquestus est, temporis vitium opinatus, potuit vel ab initio, eiusmodi ex parte esse.

Ad Hipparchum verò quod spectat, qui fuit sæculi dimidio posterior, is obliquitatem non tā obseruauit, quàm ab Eratosthene traditam supposuit, eaque est vsus, quem admodum idem Ptolemæus habet, qui etiam aliquories de Hipparcho loquens, errorem esse obseruationis, magisquā rei asserit; adiicitque aliquando, obseruationem fieri, quantum fieri potest per Instrumentorum structuram, & constitutionem. Sanè vtcumque ipse Hipparchus fuerit exactus in cæterisjin hoc tamen negotio sollicitus multum fuisse non videtur, ac præsertim quidem, si eius est opus in Phœnomena Aratea, & non potiùs Hipparchi, vt aiunt, Bithyni. Ille enim primùm celebrium locorum, vt Rhodi, atque Athenarum latitudines attingens, gradus integros solùm curat. Et, ne dicas Athenarum verbi gratiā altitudinem Polarem graduum præcise 37. quippe ex eodem colligitur gr. 36. min. 52. cùm proportionem statuit Gnomonis ad vmbram Æquinoctialem sesquitertiam; & tursus 37. grad. 3. min. cùm facit diem maximam horarum 14. min. 36. & adde, vel deme, quantum voles, Solis semidiametrum; non propterea etit quidpiam exquisitum, sed tantundem ferè vtrimuis peccabitur, atque id quidem ratiocinando ex suppositā ab ipso obliquitate grad. 23. min. 51 $\frac{1}{2}$. nam aliunde, constat illam ab eodem platicè magis exprimi, dum dicit esse partium circiter 14. cùm si obseruassset, tam bene fortassis dicere potuisset grad. 23. quàm 24. vera nempe obliquitate intercedente media.

Heinc quod ad Thaletem, & cæteros sectatur, quorum tempestate obliquitatem colligis 24. grad. ea ratione qua dixerunt distantiam inter Tropicos continere 8. parteis, quarum circulus totus 60. paret profectò id, tantò minùs, quam tu scrupulositatem exigis, admittere, quantò illi octauam partem assumpsisse solùm videtur, quòd integram vsurpaturis ea longè propior veræ fuerit, quàm vel 7. vel 9. quorum numerorum alter 21. alter 27. graduum exhibuisset obliquitatem. Et mirum, quòd illam tu imminuas trientē vnius minuti; sed nimirum superiùs facis illius initium, qui Anomaliam sic ducis, vt Obliquitatem deducas à gradu 24. min. 30. ad gr. 23. m. 30. tantā præcisione, vt ne vnum quidem secundum abundet, vel deficiat. Id abit, vt ego contendam esse impossibile; sed cùm dimisio circuli in 360. parteis merè arbitraria sit; ecquis mirum non arbitretur, si natura vni illorum ita se alligauerit, vt ne pilum quidem ab ea post tot sæcula sit aberratura. Ac si indubitatæ quidem ab ipso vsque initio obseruationes exstarent, tum profectò verisimilior efficeretur coniectura; at quia illæ, meo iudicio, ἀνεπαρτίτως sunt; non ægrè feres, si moneam, vt examines, num præpropere fortassis voluerit naturam sic esse adstrictam. Vides certè vt vis facienda obseruationibus sit, & diuersa quidem ab aliis, qui diuersas & Anomalias, & Periodos ex obseruationibus eisdem constituunt. Quod me attinet, vereńdum patarem, ne sera posteritas conatus meos esset

risora ; atque idcircò id cauerem , ne merces meæ non sine quadam hæsitatione propalatæ , diuenditæque viderentur. Quippe euanire videmus vt cotruant tandem , ac euanescant, quæ non tam natura, quàm opinione fulciuntur ; adeò ex vso naturæ est, vt quæ dies delet hominum commenta , iudicia eius sula confirmet. Non quòd sim propterea in ea opinione , vt cælestium circumductionum tanta sit regulatitas, quanta iactati vulgò solet. Suas Astris deuiationes competere existimo ; vt sua quoque fata habent ; sed nempe, vt decet tanta corpora, post sæcula multa tandem agnoscendas. Hoc tantùm volo , si nonnullæ discrepantes obseruationes inæqualitatem quandam videantur arguere;non idcireò statim esse ipsi Cælo tribuendum, vt discrepet secum ; sed examinandum imprimis , num quid vitij potuerit ab Obseruatoribus admitti. Id præstitisti ipse ex parte , còm voluisti obliquitatem aliam reuerà extitisse , & aliam obseruatam fuisse ab Artificibus præcipuis. Ipse ambigo, ne, quod superest , errori quoque sit adscribendum. Tu me beabis, si pro tua subtilitate immensa scrupulum hunc exemeris , quem veritatis ergò iniicio,ac tui etiam,tuæque famæ,vt nempe omnibus expensis,ea,quæ moliris firmiùs constabilias.

Ad Pytheam redeo , cuius propterea fidei nihil detrahitur;tametsi idem potuit cum illis proceribus Ptolemæo, Hipparcho, Eratosthene , peccatum peccare. Venit ille potiùs mihi commendandus & amore Patriæ , & Ciuitatis gratiâ,quæ vt Euthymenem in Austrum , sic ipsum in Boream emisit , per Atlanticum : tecitaturos, quid in Terris vsque vltimis viseretur. Nec refert, quòd, vt Seneca mentitum Euthymenem scribit , sic Strabo , Polybium sequutus , plurima mendacia Pytheæ adscribit : Quippe & Philosophus, ex Cleomede fuit ; ac veri proinde studiosus;& quod ad cælestis quidem obseruationes attinet ,id videtur sufficere , quòd fuerit Matheseos, ac ipsius adeò Astronomiæ valdè petitus. Peritiorem certè vel ipso Eudoxo, ab Hipparcho accipimus,cùm Eudoxũ quidè reprehendit dicentem esse quandam Stellam in eodem semper loco consistentẽ , quæ quidem polus Mundi sit ; & Massilienſem Pythean commendet dicentem In polo nullam esse Stellam , sed vacuum esse locum cui tres Stellæ adiaceant , quibuscum ipsum Poli punctum quadrangulam circiter figuram efficiat : vt illud præteream, quòd ipsi prooterea fidem adhibuit , Eratosthenem imitatus , dum ex eiusdem laboribus Geographiam suam locupletauit. Nempe & descripsit Terræ ambitum , Opus Scholiastis celebratum, & memoratos Gemino de Oceano scripsit Commentarios. Quin Strabo quoque ipse tacerè non potest illius peritiam περὶ τὰ ὑράνια, καὶ μαθηματικὰ ; causatur solùm voluisse illum eruditionis suæ prætextu conciliara fabulis fidem. Et vide tamen, vt experientia nos iam edocuerit illa reuera contiugere in plagis Borealibus , ad quas vos propè accedtis , quæ Strabo voluit Pythean descripsisse solùm περὶ μὲν τινα ὑράνια, καὶ τῶν μαθηματικῶν θεωρίας , eiosmodi sunt , *fructum miserum nihil , animaliumque mansuetorum parum ibi nasci ; mitio & alio cibo ,fructibus & radicibus vesci homines ; &c.*

Quod fabulæ locũ potissimùm dedit,ipsa est Thules historia,quam hodie etiam plærique volunt non esse dictã Islandiam , sed Insulam quandam ex Orcadibus, adhærentes Ptolemæo,qui eam statuit quatuor gradibus citrà circulũ Polarem. Sanè verò,si nihil Terrarum sub eo circulo detectũ iam foret;posset Pytheas haberi mendax,referens se eò peruenisse , vbi æstiuus Tropicus geteret vicem Arctici , hoc est maximi circulorum semper appatentium;at quia iam etiã naoigando peruenitur in Islaudiam , vbi Tropicus pro Arctico est ; Quid-ni habeamus Pytheæ fidem, & banc Thulen esse credamus, quam sic nominatam primus prodidit;Quam cæteri certè supponunt,aut fingunt,situm non habet huiusmodi;& Cleomedes meliùs, quàm Strabo Thulem reliquit,vbi Pytheas collocasse memorabatur. Et ne dubitare quis possit de Pytheæ sagacitate , ac solertia, quasi loca citeriora habere potuerit pro eo,in quo dies maximus 24.horarum , verba sunt illius apud Geminum *monstrabãt nobis Barbari, vbi Sol cubaret ; eueniebat enim circa hæc loca nocte omninò paruam fieri,hîs quidem horarum duarũ, illis verò trium , vt post occasum paruo intervallo statim Sol postè oriretur.* Quæ refero, vt innuã, quemadmodum Pytheas eò paulatim peruenerit,vbi nulla tandẽ nox foret in æstiuo Solstitio;ac simul insinuẽ,quàm grata esse debeat illius memoria,qui primus mortalium tam lõgè processit.At fabulam sapit quodis reuulit, *neque terram ibi porrò esse,neq; mare,neque aerẽ, sed quidpiam ex iis concretum , pulmonu marini simile , in quo terra, & mare sublimia pendeant, atque vniuersa ; hocque esse quasi vinculum vniuersi , neque pedibus accessum , neque manibus.* Sed nota potiùs hominis fidem;siquidem dixit solùm Pytheas se pulmonis formam vidisse;referre autem cætera quasi auditu solo percepta. Addit Strabo dixisse solùm ibi Tropicum pro Arctico esse , quod superest autem non commemorasse , neque an Insula sit Thule , neque vtrùm habitationes eò vsque pertingant , & alia similia ; quæ si voluisset imponere , haud dubiè profectò scripsisset. Quod attinet verò ad Pulmonis formam ; quid-nam haber incommodi,si quidpiam simile oceutrit Insulis illis natantibus, quæ in Belgio vestro visuntur , aut Algoso mari ? Etenim quid-nam esse potest pulmoni similius , aut in quo magis terra,aqua & aër suspensa cohæreant ? sed ille, vt puto, voluit dicere aërem illum caliginosum , quo eiusmodi Insula perpetuò ferè obsidetur , & ad Austrum potissimùm , qua parte Hecla perpetuò ardens fumos emittit continuos. Quin potuit etiam nescio quid portentosum significare , cuiusmodi est Montem illum flammas ad radices habere , niueis in verticibus , nebulas omnia circumuestientes, quod est susque deque esse Elementa, ac veluti Rheam allegoricam , quam exinde Tzexes desumpsit;cùm etiam addant.qui loca tenent , ascedi eò , vel etiam procul , sine

periculo

periculo non poſſe. Quòd autem id præterea fuerit vniuerſi vinculum, & quæ alia ſunt Pythææ recitata, ſimile eſt iis, quæ Incolæ ipſi etiam-num credunt, ac referunt eſſe ibi cartcerem ſordidarum animarum, auditique earum ciulatus, & pluta eiuſcemodi.

Alia quoque ſunt quæ improbat Strabo, vt abeſſe Thulem à Britannia ſex dierum nauigatione (quod Plinius quoque ex Pythea habet) Cantium Britanniæ à Celticæ aliquot, & ſacrum Promontorium à Gadibus quinque. Sed nimirum videtur Pythe. s conſcripſiſſe totius ſuæ nauigationis diatium, cõmemotaſſeque quantum temporis inter ſuperandum locorũ interualla conſumpſiſſet. Quod ſi eadem met interualla videantur cuipiam depoſcere, vel bteuius, vel prolixius tempus; cogiter ſolùm quàm nunc citiùs, nunc tardiùs eodem perueniatur, provt nauigantes vtuntur vento aduerſo, vel ſecundo; vehementi, vel remiſſo; itemque provt æſtus, Euripi-ve aut retardant, aut promouent, & locorũ vel ignoratio, vel notitia, vel coniectura obſtat, adiuuat ve. Et diaria quidem ſeu itineraria tum marina, tum Terreſtria errores plærumque non leueis inducunt in Geographiam; at culpa non eſt referentium quot diebus iter confecerint; ſed eorum qui exiſtimant confecere omneis vbique temporibus iiſdem, aut æqualibus eadem, aut æqualia ſpatia. Quomodo proinde non Pytheas diatio, ſed Hipparchus ducta à ſe conſequutione deceptus eſt, cùm Pythæ fidem dicitur ſequutus, aſſerendo maximam diem in Auſtraliore Britannia eſſe 19. horarum; ac ſimili modo Eratoſthenes inſaſſignandis Britannicis affinibus. Vocat præterea ille figmenta, quæ retulit Pytheas de Oſtidamnijs, Calbio, Vxiſamia, aliiſque locis; & quaſi nunquam poſſit ipſi non eſſe ob Thulen infenſus, hominem appellat mendaciſſimum, quòd, qui viderunt Hiberniam, non eiuſmodi Inſulæ, ſed aliarum ſolùm paruarum circa Britanniam meminerint. At non eſt, cur id refutetur, cùm poſſint non omnes eodem peruenire; & quod nonnulli reticent, non euertat quod alij narrant. Iudicium fert Strabo de rebus, quas ipſe non viderit; quare & poteſt decipi, dum delectum habet eorum, quos ſequatur, vti nominatim circa ipſam Hiberniam illi contigit; dum ad Boream Britanniæ eam ſtatuit, ac circa memoratum Cantium, dum conſpici dicit ab oſtiis Rheni, & plura conſimilia. Præterea illud circa Thulen non videri abſimile credito à maioribus circa Atlanticam figmento. Vt enim, quòd nemo ex ea veniſſet, retuliſſet-ve aliquid, ex priſcis illis temporibus, fabula mera creditum fuit, quod à Platone conſcriptum exſtat donec in Atlantico mari America detecta eſt: Ita quòd nemo poſt Pytheam ad Thulen vſque perueniſſet, aut de ea quidpiam prodidiſſet, fabula fuit habita illius enarratio; donec in illo mari detecta eſt Iſlandia, in qua circulus Tropicus deprehenſus eſt pro Arctico eſſe.

At quonam modo id excuſetur, quod ait Pytheas ſe peragraſſe quidquid eſt Europæ

Obſervationes Gaſſendi.

Regionum ad Oceanum, ex Gadibus ipſis ad Tanain vſque? Sanè, quòd potuerit Hiſpaniæ, Galliæ, ac Germaniæ oras perluſtrare, ac fortaſſis quoque Daniã ſuperatã penetrare longè ad Balthicum ſinum, qui fuit olim Sarmaticus, Hyperboreuſque creditus Oceanus, creditus complecti Scandiæ Inſulas, quas nunc eſſe Noruegiæ, Sueciæque continentcis conſtat; nemo inficias ierit. Quòd exiſtimauerit autem ſe ad Tanain vſque perueniſſe; Deum immortalem! quàm id videtur pro caligine eorum temporum eſſe excuſatione dignum? Qui Expeditionem Alexandri nõrunt, compertum habent, cùm is peruenilſet ad Mare Hircanum, ſeu Caſpium, habitum illud ipſi fuiſſe, niſi pro Mœotide Palude, in quam Tanais influir, ſaltem pro eo maris ſinu in quem Mœotis teſtagnaret, nempe pro ipſo Euxino Ponto; quo etiam modo proditum ipſi, & creditum eſt, Nili initium in India ad Hydaſpen fluuium exſtare. Adiecit Strabo Polycletum argumenta conieciſſe, vt euinceret eſſe idem Caſpium mare cum Mœotide; & qui fluuius vocatus eſt Iaxartes, Tanaiden eſſe; quod tametſi Strabo ipſe improbatit, vt ipſius temporibus fuit iam Geographia excultior; haud exuit tamen eam opinionem, quæ Caſpium ex Oceano per anguſtum oſtium, & canalem deducebat, quamque iam nemo defenderit. Memoro hæc autem, vt ſubindicem, ſi Alexandri tempotibus ea fuit ad Orientẽ de Tanaide, Mœtoideque opinio; potuiſſe haud minore iure eandẽ eſſe ad Occidentẽ de iiſdemmet Palude, ac fluuio; maximè verò occurrendo inſigni cuipiã fluminj ex iis, quę in Scandicum, ſiue Balthicum influerent mare. Tum ſanè ea adhuc fuit Terrarum ignoratio, vt viguerit adhuc perſuaſio, quam Expeditionis Argonauticæ ſcriptores, ac imprimis Orpheus (ſi Poëma illud tam eſt antiquum) indiderant, vt facilè crederetur ex Ponto Euxino, ac per fretum quidem, ingreſſum patere in Oceanum Hyperboreum, ſeu Saturnium, nõnullis mare Mottuum vocatum. Ne memorem, quod aliqui interpretarii ſunt eſſe ipſum Mare Hadriaticum, ex quo per Etidanum in Rhodanum peruenireturtat, & per Rhodanum in Sardocũ mare. Vtcumque ſit, vides profectò, traditione non caruiſſe, quòd ex Oceano, in quo nauigauit Pytheas, peruenirí poſſet in mare, quod Tanain exciperet, perinde ac creditum fuit, peruenirí poſſe in illud ex Caſpio.

Quanquam velim mihi confirmes vixiſſe Pytheam ipſiſmet Alexandri temporibus. Nã quod Strabo illum facere videtur ſuperiorem æuo Dicæarchi, à quo Atiſtoteles auditus, eam pati poteſt interpretationem, vt conſcripta à Pythea non tam Dicæarcho diſpliceuerint, quàm fuerint diſplicitura. Cæterùm vetò apud Strabonem illud inijcit ſcrupulum, quod Polybius retulerit fuiſſe Pythean quidpiam commentum circa Maſſilienſeis, Narbonenſeis, & Corbilonenſeis; dum à Scipione interrogatos de Britannia Maſſilienſeis nihil habuiſſe, quod de ea reſpondetent, commemoraiit. Nempe cùm is Scipio videatur non fuiſſe alius, quàm maior ille

Africanus. aut certè Pater, Patruus-ve eius, occasione Belli Punici secundi, siuè Hannibalici, quod cœpit Olympiade 140. Simile verò planè est, extitisse Pythean ad summum horum Scipionum coætaneum; sicque posteriorem toto fæculo Alexandri Magni ætate; quando obiisse constat Alexandrū Olympiade 113. Neque obstat, quòd Eratosthenes, qui Pytheæ fidem dicitur sequutus, circa idē tempus fuisse celebretur; quippe eualgatam Pytheæ Relationem abundè legisse potuit Eratosthenes, cùm Geographiæ admouit manum; quando & ipse quoque refers observatā ab illo fuisse Eclipticæ obliquitatem non ante Olympiadem 143. & aliundè constat ipsum peruenisse ad 146. ex eo, quòd natus apud Suidam 126. octogenarius obierit. Ecquam nam putas proinde meam circa occasionem peregrinationis Pytheæ esse cōiecturam? Existimarim Massilienseis, postquam à Scipione interrogati de Britannia, nihil habuere, quod responderent, seu erubescentes, seu adhortatione etiam à Scipione facta, id cepisse consilij. vt ipsam Britanniam exploratum mitterent, ac deligerent Pythean insignem Mathematicum, qui describeret omnia, ac alia etiam vberiùs edocere ipsos posset, ne tanta rursum confusione erubescere cogerentur. Sanè ex iis monumentis, quæ ex Pytheæ expeditione supersunt, apparet præcipuum eius studium circa Britāniam exstitisse. Quin etiam potuit tantò magis Massilienſium Respublica ad Expeditionem istam propendere, quantò iam mari valdè potens, & Coloniis procul missis, studiosa commercij, interesse suâ putauit agnoscere, num posset quidpiam emolumenti consequi ex Gentibus etiam ignotis. Nonne idem nuper factitatum scimus à Principibus, Rebuspublicisque: Heiuc non est, quamobrem Polybius obiiciat fide carere, vt Pytheas, cùm esset priuatus, & pauper, tantum obicrit Terræ, ac maris. Haud dubiè enim fide non caret, si publicis vti potuit sumptibus. Sed defuerint publici sumptus; annon seu ipsa Respublica, seu Mercatorum societas, seu Ciuis quispiam opulentus eam expeditionem instituerit, potuit Pytheas ad eam acciri, vt vnus saltem eorum, cui ex præstita opera quasi Cleanthes aliquis indignus victu non haberetur? Annon adesse illi potuit in ea Ciuitate amicus, qui commeatus & omnia necessaria suppeditaret; cùm Genius præsertim eius Ciuitatis, affectus diuitis amici erga amicū pauperem in Xenothomi, & Menecrate ediderit rarum exemplum? Quid? quod potuit etiam Optimatum quispiam ita florere opibus, vt generosè aliundè erga Philosophiam, ac bonas artes animatus, & nauim ad eiusmodi expeditionem præbuerit, & Pytheam virum Philosophicum, Mathematicumque seu sollicitatum, seu etiam fortè sollicitantem, ac vltrò sese offerentem, & delegerit, & quibus-vis rebus necessariis instruxerit. Hoc certè Genio natum habemus eximium nostrum Fabricium, cùm ab eo præstita sint hactenus similia non pauca; & Ciuitas illa etiam olim extulit Crinam Mediolum, tanta munificētia, vt (referente Plinio) centies H.S. hoc est monetæ, quæ nobis iam vsui, vltra nongenta, ac trecenta Turonicarum librarum millia; seu nonaginta tria millia Pistolarum, muris Pattiæ reliquerit, mœnibus quoque aliis, non minore summa exstructis.

Condonabis, mi VVendeline, si digrediar tantopete in gratiā eius Comprouincialis, qui vltima illa Terrarū primus inuisit, descripsitque, & quo non habet Occidentes totus, quem antiquiorem valeat inter Doctos commemorare. Ad ipsam redeo Ciuitatem, in qua cùm essemus, disquisiuimus, an qui est ab ea Traiectus maris Mediterranei in extremum vsque Orientem obseruatis nostris aptè responderet, idque præsertim quòd petispecto Ciuitatis inclytæ situ, secundum latitudinē, iucundum foret addiscere quā differentiā discreparet secundùm longitudinem cùm à locis cæteris, tum præsertim ab Alexandria. An porrò, cùm tu Alexandriæ latitudinem ampliaris, licebit mihi heic obiter discrimen longitudinis, quo illa à nobis abest decurtare. Habes iam quas Obseruationes optimus Fabricius fieri procurauit tum Alepi in Syria, tum Cahyri in Ægypto, præter eas, quas nos in hisce Regionibus peregimus, circa Eclipsin illam Lunarem superioris anni, ac mensis Augusti. Habes ex illis Tabulas, Chartasque Geographicas omneis distantiora facere ea loca à nobis triente penè longitudinis, ac itineris, quàm reuerā distent. Quidnam exinde consequitur circa situm illius Vrbis, à qua omnes Astronomi supputandi initium faciūt. Sanè vt omnes non parūm errent, dum se ab illa sepositos amplius quàm æquum sit, assumunt. Mitto alios; vnus Keplerus qui nonissimus omnium rem accuratiùs examinauit, besse horæ ad minimum Alexandriam fecit suo Vraniburgico, ac Romano simul meridiano Orientaliorem, quàm par foret. Quippe cùm ex obseruatione, Massilia, & Cahyrum absint hora 1. min. 43. subtrahe exinde minuta tum octo, quibus ille facit Alexandriam Cahyro Occidentaliorem; tum 28. quibus Roma Massiliam; remanebit sanè discrimen Romam inter, & Alexandriam hora 1. min. 8. à quo non longè abluserat Ptolæmeus Author Magnæ Constructionis, admittens ex quadam Menelai obseruatione hor. 1. min. 20. Et amplius quidem Author Geographiæ statuens hor. 1. min. 30. Sed ipse Keplerus longè plurimùm, iiiducens hor. 1. min. 48. excessu à verò, vt dixi, bessis horæ integri, seu 40. min. Dixi autem ad minimùm; quoniam, si res examinetur ad obseruationem factam Neapoli, à qua iuxta eundem tantum abest Roma, quantum à Cahyro Alexandria, videlicet octo minutis, profectò cùm eadem sequatur ex obseruatione differentia inter Romam & Alexandriam, quæ inter Cahyrum & Neapolim, nempe 50. solùm minutorum; fiet excessus supra verum vnius horæ proximè, minutorum puta 58. Immanis error, & quem tamen fatear potiùs admissum fuisse, quàm minutorum solùm 40. quòd aliundè inter Massiliam, & Neapolin distantia

ſuarias ſit maior minutis illis 18. quàm à Keplero ſupponatur. Ex quo efficitur, vt cùm vniuersè peccetur in constituenda distantia, siue differentia longitudinis inter Massiliam, & loca illa ad extremum mare Mediterraneum constituta, potissima erroris pars ex Campania vsque, & Sicilia, ac Melite protsum sit nata.

Possem id tibi confirmare ex eo, quòd cùm nuper versaremur Massiliæ, Nautas varios rogauimus, vt omni chartarum præiudicio depositio, recenserent ipsi quid itineris inter proxima quæque loca interiici existimarent, provt sulcantes Mediterraneum obseruassent sæpius eorum intervalla cum ipsis chartis non cohærere. Siquidem id euicimus, vt ex 2700. milliaribus, quæ inter Massiliam & Alexandriam Syriæ, seu Alexandrettam vulgò nuncupantur, censuerint 500. detrahenda esse (plura haud-dubiè detracturi, si semel præoccupationem potuerint ampliùs exuere) & minimam quidem partem ex Massilia in Meliten, maiorem ex Melite in Cretam, & maximam ex Creta in Cyprum, ipsamque Alexandriam. Sed rem totam placet potiùs confirmare ex solutione Problematis, quod nostratum ingenia frustrà hucvsque vexauerat (ac fortè etiam exterorum quando quotquot Nautæ hoc mare frequentant, id ferè proponunt quibuscumque nôrunt curiosum esse Matheseos) scilicet hæc solutio referuata videbatur agnitæ ex illa Eclipsi contractionis distantiæ, quam hactenus Nautæ ex chartis supponant.

Problema sic habet, *Qui fiat, vt Nautæ, postquàm superarunt Sardiniam, & Africæ vram, aut saltem vicinas salutarunt Insulas, ac potissimum ex quo præterierunt Meliten, debeant, vt in Cretam appellant, non recta via insistere, sed deflectere ad læuam, siue versus Boream, vnâ quartâ, vt vocant, venti, siue $\frac{1}{32}$. totius circuitus, provt Pixide Nautica, seu Magnetica indicatur: ac duabus etiam quartis, seu dimidio venti, vt ex Creta vsque superata, perueniant in Cyprum; & ex Cypro tandem attingant Alexandriam. Quî etiam fiat, vt redeundo, non possint in Cyprum & Cretam deduci, nisi venti dimidio; neque in Meliten nisi quartâ venti à recta via deflectentes, atque id quidem semper ad læuam, hoc est, iam versus Austrum, cùm oporteret iam ad dextram, siue versus Boream deflectere.* Ac ferè quidem ipsi Nautæ trahi sese à Terrâ dicunt, sed nempe non considerant, cùm duæ sunt naues, quæ inuicem sibi altera eundo, altera redeundo occurrunt, tam debere vnam quàm aliam in eandem partem attrahi, licet non possit ab eadem Terra vtraque nauis recedere, nisi, vt altera ad læuam, ita altera ad dextram flectatur. Sunt, qui causam coniiciant in motum Maris proprium, ac illum præsertim, qui ex Ponto vsque per Ægeum imprimitur: sed ij tamen se ab ea difficultate non expediunt, quotsum etiam fiat redeundo versus læuam deflexio; quoniam eo casu error cursus à motu inductus non corrigeretur, sed duplicatus proueheretur. Sunt, qui causentur ventorum lineas cum chartis malè cohærentes; sed, vt præteream cætera, nihil potest hoc facere ad duplicatam deflexionem. Sunt, qui causam subesse putent in ipsa acu Magnetica, illiusque variatione, quæ, quòd versus ortum increscat, deflexionem illam faciat necessariam. Verùm docet nos experientia variationem Magneticam non obsequi legibus secundùm Gilbertì placita præscriptis, & maximè quidem, cùm nobis Anglia orientalioribus ea magnoperè decrescat. Vt prætermittam variationem, quæ obseruata Alexandriæ, aut mediis locis dicitur, non esse eorum graduum, quos eiusmodi exigit deflexio. Ad summum hæc omnia meræ coniecturæ, & vt breue faciam, nihil hactenus quod hunc nodum soluat videtur prolatum. Ipsi an videamur faciliùs ex contracta distantia rem expedire, tu iudex esto.

Sunto A Melite, B Creta; vera distantia, seu rectum iter, & ventus, quo ex Melite tenditur in Cretam, est linea A B. Verùm Nautæ chartis fidentes Cretam non putant adeò propinquam, sed eam arbitrantur iacere in C, atque idcircò rectam viam, seu ventum, ex Melite in Cretam ducentem esse ipsam lineam A C. Porrò, quia docuit experientia incedentibus per lineam A C euenire, vt postquam tantum confectum est viæ, quantum reuera est necesse, vt perueniatur in Cretam, reperiatur nauis non in B, sed potiùs in D, versus Africam, toto intervallo B D. Eapropter huic malo vt occurrerent, cogitarunt cum deflexione versus læuam incedere, & loco venti A C vsurpare quartam ab ipso, videlicet lineam

A B. Quæ ea ipsa est, quam sequi oportuit. Sic redeundo vera distantia, recta via, germanus ventus, quo ex Creta veniendum est in Meliten, est linea B A. Non putant id Nautæ, qui Meliten habent longè distantiorem, nempe non in A, sed in E. Vnde & viam rectam, seu ventum illeine huc ducentem existimant lineam B E. At quia experiundo edocti sunt fore, vt si illà incederent, postquàm emensi essent iter ad Meliten vsque necessarium, non iam essent in Melite, seu in ipso A, sed potiùs in F, seu versus Siciliam, toto intervallo A F. Idcircò, ne id euenirer, ineedendum constituerunt eum deflexique rursùs in læuam, & loco venti B E vsurpare quartam ab ipso, vide-

licet [illegible] æqui etiam reuetà vſurpandu[illegible]. Sc[illegible]deinde A Creta, B Cyprus, deprehendes pari ratione deflexionem ſemper faciendam ad læuam; ſed iam enim venti dimidio, ob falſam diſtantiam habitam maioremjea qua efficitur, vt eundo interuallum B D & redeundo interuallum A F euadat longè auctius. Quod idem proportione eſt concipiendum in exteris. Sed hæc obiter memorata ſunto; niſi quod fortaſſis non abs re erit heic attexere, quod præclarus ille Schickardus, ὁ μακαρίτης, ante duos annos, putà ſub finem Martij 1634. ad me ſcripſerat, literis quas heic bona ſorte, dum hæc ſcriberem, reperi, vnà cum exemplo tuarum, quod eximius Fabricius aſſeruatum voluerat; neque enim Autographum habere præ manibus datur. Verba igitur Schickardi hæc ſunt: *Spero me obtenturum differentias meridianorum inter Alexandriam; & Romam duplici ratione, vna mediante Conſtantinopoli, vbi obſeruauit Muhamed Zelebi eandem, quam ego heic Tubingæ; vt ſim certus, diſtare orientem breuius a nobis, quàm Tabulæ tradunt; altera per lineas Nauticas ex Portolano Barbaro-Græco, Authore nouitio.* Alia ſequuntur ad eandem rem. Verùm neſcio quorſum iam tandem euadam.

Itaque finem vt euagandi, ita ſcribendi facio; addo ſolùm cùm proximis abhinc diebus ſim diſceſſurus; facturum me iter Forcalcarium, vt poſſim illeic exſcribere, & quamprimùm tranſmittere, quæ in Arnaldino Codice indicas haberi. Exſcribam etiam poſteà Diniæ meis ex Commentariis Mercuriales Obſeruationes; præſertim ſi reſcr[illegible]70. quare damus literas ad manus tuas perue[illegible] Scito interea Mercurium viſum, obſeruatúmque mihi fuiſſe à die 26. ſuperioris menſis in præſentem vſque, ac ſpem ſupereſſe, vt poſſit aliquot adhuc diebus videri, quidquid Keplerus præſcripſerit. Tu bene Vale, &c, vt me amas, æqui, bonique conſule quidquid heic mearum erit nugarum. Saluto ſemper Viros eximios, meique amantes Myræum, Geuartium, Puteanum, Chifflerium. Iterum Vale. Aquis-Sextiis Eidib. Iulij M.DC.XXXVI.

POST-SCRIPTVM.

ERat in procinctu optimus Fabricius ad tranſmittendum has literas, cùm id cepit conſilij, vt donec me remorarentur, mitteret quæſitum Arnaldinum Codicem, ex quo quæ depoſcis, heic excerperem, & ipſe interea, quas tunc non vacabat, literas conſcriberet, meis excerptóque iungendas. Itaque res ita ſuccеſſit, vt Codicem iam præ manibus habeam, méque accingam ad exſcribendum loca Stellarum verificata non ad annos Chriſti 937. aut 1406. quando illa tibi iam adeſſe ſcribis; ſed ad annum 1364. neque loca modò Reguli, ac Spicæ, vnuſque, aut alterius præterea, ex Stellis nobilioribus; verùm etiam quotquot exſtant in eo abaco; ne, ſi fortaſſis alia quoque futura vſui fuerint, illa aut te non poſtulaſſe, aut me non adieciſſe pœniteat. Abacus igitur ſic habet,

Loca Stellarum verificata Anno Chriſti 1364.

		Longitudo Si. gr. min.	Latitudo gr. min.	Pars	Magnitudo
Aries.	Extremitas alæ maioris Equi.	0. 15. 18.	12. 31.	Sept.	2
	Venter Ceti.	0. 13. 10.	2n. 0.	Mer.	2
	Cauda Ceti.	0. 8. 0.	15. 20.	M.	2
	Poſtremum fluminis.	0 18. 20.	53. 0.	M.	1
Taurus.	Caput Algol.	1. 17. 45.	23. 0.	S	2
Gemini.	Retinens habenas.	2. 13. 10.	2 2.30.	S	1
	Spathulæ Alajoth.	2. 21. 0.	20. 0.	S	2
	Aldebaran, vel Oculos Tauri.	2. 1. 0.	5. 10.	S	1
	Orion.	2. 25. 30.	14. 1.	M	2
	Humerus dexter Orionis.	2. 18. 10.	17. 0.	M	2
	Pes Orionis.	2. 8. 0.	31. 0.	M	1
Cancer.	Caput Geminorum.	3. 11. 28.	9. 40.	S	2
	Brachium ſiniſt. Gemini antecedentis.	3. 14. 50.	6. 15.	S	2
	Halabor.	3. 6. 0.	39. 10.	M	1
	Algomeiſa.	3. 17. 20.	16 10.	M	1
	Canopus.	3. 5. 18.	29. 0.	M	1
Leo.	Illa quæ eſt in latere Vrſæ maioris.	4. 5. 19.	72. 50.	S	2
	Sequens illam.	4. 14. 19.	79. 50.	S	2
	Illa quæ eſt in dorſo Vrſæ maioris.	4. 10. 49.	40. 0.	S	2
	Illa quæ vocatur Edus, ſeu Dubhe.	4. 19. 19.	44. 0.	S	2
	Coxa ſiniſtra Vrſæ maioris.	4. 21. 9.	46. 30.	S	2
	Pectus Leonis.	4. 20. 20.	7. 30.	S	2
	Cor Leonis.	4 20. 40.	0. 10.	S	1
Virgo.	Illa, quæ vocatur Alcore.	5. 0. 18.	53. 30.	S	2
	Illa, quæ vocatur Benenar.	5. 18. 0.	54. 0.	S	2
	Dorſum Leonis.	5. 2. 20.	13. 40.	S	2
	Cauda Leonis.	5. 12. 45.	12. 50.	M	1

Libra.

		Longitudo Si. gr. min	Latitudo gr. min.	Pars	Magnitudo
Libra.	Illa, quæ vocatur Alramech.	6. 14. 10.	31. 30.	S	1
	Spica in manu Virginis.	6. 15. 0.	2. 0.	S	1
	Pes dexter Centauri.	6. 28. 20.	51. 10.	M	2
	Calcaneus Pedis sinistri Centauri.	6. 29. 20.	55. 20.	M	2
	Extremitas Pedis anterioris Centauri.	6. 26. 30.	41. 10	M	1
Scorpius.	Illa, quæ vocatur Elpheca & Minurs.	7. 2. 50.	44 30.	S	2
	Caput Stateræ Metidionalis.	7. 6. 10.	0. 40.	S	2
	Caput Stateræ Septentrionalis.	7. 9. 20.	8. 30.	S	2
	Calcaneus Pedis Centauri.	7. 3. 30.	51. 40.	M	2
Sagittarius.	Cor Scorpionis. Alcantrab.	8. 2. 0.	4. 0.	M	2
Caper.	Vultur cadens.	9. 5. 30.	62. 0.	S	1
	Cuda Gallinæ.	9. 27. 18.	60. 0.	S	2
	Illa, quæ vocatur Alchayr.	9. 22. 0.	29. 10	S	2
	Canilla sinistra Sagittarij.	9. 6. 0.	23. 0.	M	2
	Spathula sinistra Sagitarij.	9. 16. 0.	13. 30.	M	1
	Genu sinistrum Sagittarij.	9. 5. 0	18. 0.	S	2
Aquarius.	Spathula sinistra Aquarij.	10. 14. 50.	8. 50.	S	2
	Os Piscis Meridiani.	10. 15. 10.	*V.* 0.	M	1
Pisces.	Illa, quæ vocatur Spathula mai. Equi.	11. 14. 50.	19. 40.	S	2
	Humerus dexter maioris Equi.	11. 20. 20.	31. 0.	S	2

Nota, quod motus Octauæ Sphæræ à tempore Alphonsi, vsque ad 1406. *fuit grad.*11. *min.*44. *sec.*30.

In margine verò è regione Aldebaræ, legitur characterè nouitio, *Anno autem* 1600. *Oculus Tauri distabat ab Æquinoctiali gr.*64. *min.*6. *Quare intra annos* 236. *confecti sunt gradus tres. & minuta sex. ac proinde vnus gradus conficitur intra annos* 77. *& paulò minus.*

Hactenus exscribo omnia, provt iacent, etiam quod oris Piscis meridiani latitudinem attinet, quæ nisi confuso illo characterè non exstat expressa. Importunum foret quidpiam admonere circa loca eiusmodi; idque præsertim, quoniam huiusce παραχαραξεως nihil te latet. Auerem magis addere quidpiam circa obseruatas Lunæ Quadraturas; nimirùm quod id facetet ad constitutam abs te distantiam, ac magnitudinem Solis; sed & te omnia circa hanc praxim præcauisse est coniiciendum, & non vacat iam apparanti discessum conscribere plura. Itaque Vale iterùm.

EPISTOLA III.

Eidem.

PAucæ hotæ sunt, ex quo datis ad Fl. Langerenum literis, tum te rediuiuum sum congratulatus, quem rumor dudum deportârat in Regua viuis innia; tum obtuli autographum, quod mihi præ manibus fuit, duarum illarum Epistolarum, quas non redditas suspicatus sum, conscriptas licet à septem annis; quando eo toto tempore nullum abs te responsum tuli. En verò præclarus NAVDÆVS opportune conuenit me, vt, quia nuper, nescio qua sorte mentionem tui factam dixit in acceptis à Slingelando nobilissimo literis, ipseque innui, si meæ fortè non incidissent in tuas manus, posse me adhuc, quod adseruassem eatum exemplum transdere; idcircò nihi significet tum se id scripsisse ad nobilissimum longè Virum, eúmque respondisse te nihil de meis compertse Epistolis; tum eatum exemplum, cuius fecit spem, exoptare summoperè; tum occasionem, qua id possit tutò transmitti, ad manum esse. Itaque nihil prorsus cunctatus assumo ipsum præ manibus, & paginæ isti extremæ verbulum appono, ex quo correctio quæpiam Epistolæ posteriori sit adhibenda. Videbis in ea non potuisse me alia ratione congruo loco ducere meridianam lineam, quàm acus Magneticæ ope, variatione suppositâ quinque graduum quam-proximè, quantam iampridem Aquis-Sextiis cum Galterio, optimo illo, quem benè nosti, obseruitaram. At quia deinceps admonitus Gellibrandi opusculo hanc variationem non constare, sed continenter decrescere: comperi ipsam apud nos non excedere iam duos gradus; ideò errasse me agnoui, quatenus non fecit tunc Sol in meridie, cùm in meridie illum habui, sed abfuit ab eo tribus gradibus, quibus adhuc ascendere vno minuto, vnoque secundo potuit. Quamobrem & cùm maxima superioris marginis Solis altitudo habita fuerit 70 grad. 25. min. 59. sec. haberi potiùs debuit 70 grad. 27. min. præcisè, aliaque exinde veniunt corrigenda. Vt minus autem dubites, memini, aciis meos etiam Commentariolos relatum habeo, quanquam non insertum in Epistolam, dixisse me aliam in aperto Sole, & ex Sole ipso meridianam lineam, & conquestum fuisse tum applicitam huiusmodi lineæ Magneticam acum non euariare ad gradum tertium; tum Gnomonis vmbram eam non attigisse (obseruante alio, quem præfeceram) nisi sextante

extante circiter horæ postquam mea illa it superata. Atque ego quidem id tum coniiciebam in ipsius lineæ defectum, vt in qua ducenda, error aliquis inobseruatus contigisset. At deprehendi postmodum errorem aliò irrepsisse, quod etiam habetur vberius expressum in Epistola, quam Pater Kircherus in opere suo de Magnete editam volui: Præterea autem si ad te fortè, quæ fuit conscripta à me Peireskij Vita peruenit, legere te in ea potuisse quandam velut summam Epistolæ huius (posteriotis nempe ad te) in qua aliunde quod habetur de apparente diametro Solis deduxi fusiùs in aliqua ad Licetum Epistola, quæ cum nonnullis aliis emulgata fuit superiore anno. Plura scribere iam non vacat. Tu iis, quæ hoc quaternione continentur, sic fruere, vt scias te mihi in summa veneratione semper haberi. Repeto salutem, quam nunciari velim amicis illis commemoratis, quotquot sunt tecum superstites, ac simul exopto non iograta fir, quam velim habeat vbertimam meretissimus ille Slingelandus. Vale. Adscribebam ista Parisiis Eidibus Iunij M. DC. XLIII.

Accipe, quod vnà transmitto Exemplum meæ illius de Stellis nouem Coloniæ circa Iouem visis Censuræ, ipsumque habe cum Langereno, ad quem parum abfuit quin manè destinatum fecerim commune. An admonebo te Satutuum, de quo in illo quidpiam videbis, tecoperasse iam latetones diuersimodè. Atque tandem de Rebus Astronomicis hæc dicta sufficiant.

FINIS.

Ex Typographia DANIELIS GAYET,
& IACOBI FAETON.

005661661